


Bt. 17. Cryp.  
R. Fiedländer  
& Sohn, Berlin.



2189/2

Geyers Obbauzugst 4 Bände  
2 Aufl. 1 fo. bei Hartmann in  
Münster.

Mit den beiden Zugst. ist jeder voll bef  
dingen. Minderer  
die für die gedruckten  
Gehalts keine Spalten!

J. O. Cadiers Lesarten und  
Abkürzung der ersten Ausgaben  
1 fo 12 Künzberg bei Tübingen 1845

Kem. Cass  
1878

Shumana




Smithsonian Libraries

*Adopt-a-Book Program*

Adopted by

James Mead



SYNOPSIS METHODICA  
F V N G O R V M.

---

S I S T E N S

ENVMERATIONEM OMNIUM HVC VSQVE  
DETECTARVM SPECIERVM, CVM BRE-  
VIBVS DESCRIPTIONIBVS NEC NON  
SYNONYMIS ET OBSERVATIONIBVS  
SELECTIS.

---

A V C T O R E

D. C. H. P E R S O O N,  
SOCIET. REGIAE GOTTING. CORRESP., LINNAEAN.  
LONDIN., PHYSIC. GOTTING., JENENS., BEROLIN.,  
TIGVRIN. ET SOC. MINERALOG. JENENS.  
MEMBRO.

---

*P A R S P R I M A.*  
CVM TABVLIS AENEIS.

---

GOTTINGAE  
APVD HENRICVM DIETERICH.  
1801.

Summa laus est sapientiae humanae, valde  
similia cognoscere.

ARISTOTELES.

OK  
603  
P47X  
1801  
Pars 1-2  
CNHRB

159825

## Praefatio.

---

Iam dudum in Re botanica desideratum opus erat, omnes huc vsque notas, sed variis in libris descriptas fungorum species in vno libro collectas habere. Quapropter confido, me haud ingratum hic suscepisse laborem.

Etsi variae adhuc Europaeae regiones, vt exteris sileam, nondum aut vix, quod ad scientiam mycologicam spectat, indagatae sunt, nihilominus iam magna est horum vegetabilium multitudo, quae aut in *Gallia*, aut in *Anglia*, aut in *Germania* detecta sunt;

Person, C. H.

cui non parvus nouarum speciernm numerus accedit, partim a me ipso in his vicinisque regionibus detectarum, aut ab aliis plantarum cryptogamicarum indagatoribus acutissimis et solertissimis mecum communicatarum, quorum nomina, quamuis parca, suis oculis grata adposui mente.

Dolendum omnino est, quod pleraeque species, quae pulchrum ob colorem singularemque formam omnino hoc mererentur, tam propter ipsarum substantiam, quam paruitatem absque formae et coloris mutatione subeunda conseruari in herbariis non possunt; quo in eos, qui cognitionem suam ex hoc adminiculo solummodo delibant, parum forte vtilitatis hac ex scientia redundabit. Praeter excursionis vtilitatem in aliam patentemque naturam corpori aequae ac animo profuturam e contrario plantarum scrutatores fruuntur delectatione, quam obseruatori praebet



praebet plantarum cryptogamicarum indagatio in locis ipsis natalibus.

Quod ad ipsius operis institutionem pertinet, hanc Commentationi meae: *Tentamen dispositionis methodicae fungorum. Lipsiae 1797.* tanquam basi superstruxi, mutatis nonnunquam generibus, quae ad interim, vsque dum accuratioribus observationibus ut diversa confirmarentur, ut familias generibus affinibus inserui; alia noua addidi, prout scientia in dies accrescens hoc postularet.

Tales modo species admisi, quas aut ipse possideo, aut quarum icones adfuerunt fidae, quas, experientia edoctus, ut tales habere poteram, inter quas merito numerandae sunt *Bulliardi* et *Sowerbei* icones, ad quas et differentias et breues descriptiones concinnaui. Eas quoque non praetermittendas autumaui species, ex quarum descriptionibus liquet, illas peculiare

prae se fere characteres; hoc vero raro, aut in parum amplis generibus factum esse moneo. Nonnullos ab aliis auctoribus descriptos fungos et mihi huc vsque ignotos, ideo recipere haud potui, cum saepius nescirem, quibus familiis, sectionibus aut subdivisionibus eos optime adnumerarem. Aliquas, vti videtur novas, praesertim *Agaricorum* et *Sphaeriarum* species a me ipso detectas aut mecum communicatas describendas adhuc distuli, vsque dum accuratius examinatae sint. Quasdam summam ob affinitatem tantummodo quidem vt varietates aut subspecies, praepositis, vti solitum est, litteris graecis, enumeravi, quas vero in fungorum examine non negligendas peto. Ob breuitatem et in spatii compendium necessaria solummodo allegavi synonyma, et ad specierum illustrationes breues addidi descriptiones nec non observationes.

Mihi

Mihi hinc illinc exprobatum est, quod characteres tam genericos quam específicos nonnunquam muto, verum haecce obiectio partim inscitia, partim ex studio vituperandi, vt opinor, prouecta est, nam quin prouocem ad ipsius *Linnaei* aliorumque grauium virorum opera, vbi tum generum, tum specierum characteres saepe saepius cominuantur, quisque aequus aestimator hoc facile perspicere potest, illud ab repetitis observationibus nouisque detectis speciebus omnino pendere, et hoc praecipue in scientiae botanicae parte parum aut nondum bene exculta accidere debet.

Ceterum per hunc laborem aliquid contulisse spero, vt *Linnaei*, viri summi, dictum *Mycologiae* non amplius conueniat, quod in *Philos. botan.* p. 241. *Ed. Holm.* 1751. de fungis adtulit, nimirum: “Fungorum

ordo in opprobrium artis etiamnum  
Chaos est, nescientibus botanicis in his,  
quid species, quid varietas sit.”

Dabam *Gottinae*,

Mense Martii 1801.

C. H. PERSON.

---

---

CONSPECTVS SYSTEMATICVS  
CLASSIVM, ORDINVM AC GENERVM,  
FRAEMISSIS NONNVLLIS DE FVNGORVM  
PARTIBVS.

---

§. 1.

Pauca de fungo ipso praemittenda sunt. Completam vero terminologiam synonymis et exemplis illustratam aliud in tempus differo.

*Fungus* est vegetabile simplicissimum, solummodo *partes fructificationis* aut potius, dum ut plurimum iam *maturescens* inuenitur, *fructum*, sensu latiore sumtum, *nudum* exhibet.

Nullus enim caudex, nulli rami, nulla folia neque frons, in paucissimis vix crusta simplicissima, in fungis inuenitur, quae aliis in vegetabilibus tam perfectioribus, quam minus perfectis, ut diuersae a floribus et fructibus partes, communia sunt.

Prout fungus plus minusue completus est, sequentes in iis obseruantur partes.

§. 2.

*Radix* manifesta, paucis tantummodo speciebus adest, plerumque se ut *villum* (albicans) aut *fibrillulas* exhibet.

§. 3.

*Stipes* est pars elongata et teres, receptaculum, pileum etc. sustentans. Pro diuersa

speciei natura magnitudine, crassitudine, substantia et insertione differt, in plurimis quoque deest, in paucissimis ramosus est.

## §. 4.

*Receptaculum* plerumque ipsum sistit fungum, hinc partes fructigeras gerit. In diuersis speciebus sub diuersis occurrit formis, quae sequentibus indutae sunt nominibus.

1. *Pileus* in fungis (secundae praesertim classis) carnosus et magnis ac apertis, hemisphaericus, dimidiatus et in resupinatis effusus est. Substantia carnosus, suberosus, tremellosus et membranaceus variat.
2. *Peridium* in fungis (primae classis) membranaceus est et siccus, puluere copioso plerumque repletus.
3. *Cupulaeforme* est in fungis pezizoideis.
4. *Capituliforme* in fungis minutis seu mucoriformibus.
5. Nonnullis in speciebus etiam *perithecium* audit, praesertim in duris, gelatina aut substantia gelatinosa ex thecis (sub microscopio examinata) constante farctis.
6. *Receptaculum* in nonnullis elongatum, teres simplex et ramosus est. (*Clauariae*.)
7. In aliis vt membrana crustaeforme occurrit ex. gr. in *Trichiis*.
8. In *Sphaeriis* carnosus suberosus est et *Stroma* audit.
9. In *Byssoides* e filis compactis aut fibris constat.

## §. 5.

*Pileus* insuper distinguitur parte immediate semina continente, quae *Hymenium* s. *membrana fructificans* dicitur; haec in *Heluelloideis*

deis sub lente obseruata ex *thecis* liberis, *sporulis* refertis et fibrillulis s. *paraphysibus* interstinctis, in aliis membranam similem sistit; substantia, situ et forma semper cum pileo conuenit.

## §. 6.

*Hymenium* insuper forma varia distinguitur.

1. In multis totum omnino laeue, s. nullis distinguitur protuberantiis: in *Pezizis*, *Helvellis*, *Clauariis* etc.
2. Aut in *lamellas* et *venas* prominet ex. gr. in *Agaricis* et *Meruliis*.
3. In *tubos* elongatur, aut tantummodo *porosum* est, in *Boletis* et *Poris*.
4. In *Hydriis*, *Odontiis* etc. *dentibus*, *subulis aculeis* etc. distinguitur.
5. *Papillosum* in *Thelephoris* est, in quibus quoque nonnunquam *setosum* apparet.

## §. 7.

*Semina* sic dicta fungorum tantum vt *pruina* aut *farina* in fungis praesertim apertis et in *Sarcocarpis* nuda obseruantur aut elastice nubeculae adinstar propelluntur. In aliis *gelatina* (latice) s. mucilagine innatant, si magna in copia adsunt (*puluis*), plerumque *peridio* s. *capsula* clausa inclusa inueniuntur, in nonnullis *capillitio* aut *filis* intertecta sunt, formam habent globosam aut ouatam. Solitarie considerata etiam *Sporae* s. *Sporulae* denominantur.

*Vesiculae* ex sporulis condunatis constare videntur.

## §. 8.

Nonnullae fungorum species membrana quadam ante evolutionem obteguntur, quod *involucrum* appellatur.

Si

Si totum fungum vna cum stipite includit *volva* dicitur, si pileum modo, praesertim Hymenium obtegit *annulus* nuncupatur; hic iterum tantum vt *fila arachnoidea* occurrens *cor-tina* s. *velum* tunc audit, quo etiam dentes et *ciliae* in *Pezizis*; et puluis albicans ac tomentum in *Sphaeris* pertinent. Secundum *Hedwigium* organa mascula continet.

## §. 9.

Praeter has partes insuper *verrucae* (in *Lycoperdis*), *squamae*, *pili*, *tomentum* in nonnullis conspiciuntur.

## §. 10.

*Locus natalis* in variis speciebus variaesunt, in plerisque parasiticus est, vt pleraeque plantae aphyllae parasiticae sunt. Omnes minutissimae species ex. gr. *Sphaeriae*, *Pezizae*, *Trichiae*, *Aecidia* etc. in truncis putrescentibus aut in foliis crescunt. Omnes species dimidiatae, suberosae (pleraeque) et effusae in fungis maioribus quoque truncigenae sunt. Plerique tamen *Agarici* in syluis (praesertim acerosis) ad terram proueniunt, alii, praecipue fimicolae, prates et fimeta amant. Nonnulli fungi subterranei sunt.

## CLASSIS PRIMA.

ANGIOCARPI. Fungi clausi, seu semina vt plurimum copiosa interne gerentes.

## ORDO PRIMVS.

SCLEROCARPI. Fungi duriusculi substantia interna molli.

GENERA.



GENERA.

1. *Sphaeria*, peritheciis rotundis, substantia gelatinosa.
2. *Stilbospora*, massam nigram cohaerentem, sub lente ex *thecis* aut sporulis constantem sistens.
5. *Naemaspora*, gelatina fluxilis, in cirros prominens, sub lente amorphia.
7. *Tubercularia*, recept. obsoletum, gelatina compacta rotunda.
3. *Hysterium*, *perithec.* oblongum, rima longitudinali dehiscens.
4. *Xyloma*, applanatum suborbiculare, inaequale dehiscens, intus farctum.

ORDO SECVNDVS.

SARCOCARPI. Fungi *carnosi* farcti.

11. *Sclerotium*, receptac. o. Forma varium, intus laeue simulare.
12. *Tuber*, recept. o. Magnum subglobosum, intus venis seminiferis distinctum.
10. *Pilobolus*, vesicula capituliformis, recept. stipitiiformi hydrophoro imposita.
9. *Thélebolus*, vesicula papillaeformis, receptac. globoso cupulari insidens.
8. *Sphaerobolus*, vesicula globosa, receptac. globoso radiatim fisso primo inclusa.

OBS. *Vesicula* in tribus his generibus elastice prosilit.

ORDO TERTIVS.

DERMATOCARPI. Fungi membranacei, coriacei aut villosi intus puluere farcti.

† TRICHOSPERMI, puluere seminali filis intertexto.

13. *Batarrea*, Voluata. Peridium pileiforme, stipitatum a volua calyptratum.
16. *Tulostoma*, peridium stipitatum: ore cylindrico cartilagineo.
14. *Geastrum*, volua radiatim fissa, peridium laeue, (acaule) ore piloso dehiscens.
15. *Bouista*, peridium laeue sessile, apice dehiscens, cortice exteriori per partes euanescente.
17. *Lycoperdon*, peridium caulescens, apice demum ruptum, verrucis (deciduis) obsitum.
18. *Scleroderma*, peridium induratum (suberosum), subtessellatum, indeterminate demum ruptum.
19. *Lycologa*, laeuis, membranacea, interne primo pulposa.
20. *Fuligo*, subdifformis (magna), fibroso-grumosa, primo tota mollis.
21. *Spumaria*, effusa, cortice exteriori rigido dilabente.
22. *Diderma*, subrotundum laeue, peridium duplex, columella magna.
23. *Physarum*, peridium simplex, subfarinaceum inaequaliter rumpens, fila adnata latentia.
24. *Trichia*, peridium glabrum, inaequaliter rumpens, capillitium compactum elastice se expandens.
25. *Arcyria*, peridium ad dimidium euanescentes, capillitium ouatum.
26. *Stemonitis*, capillitium stylum ambiens.
27. *Cribraria*, capillitium reticulatum pulverem includens.

†† GYMNOSPERMI, puluere nudo s.  
filis non reticulato.

28. *Licea*, peridium solitarium, subrotundum.
29. *Tubulina*, peridia tubuliformia in cespitulum connata.
30. *Mucor*, peridia stipitata, capituliformia, primo subaquosa, dein opaca, fugacia.
31. *Onygena*, peridium stipitatum siccum persistens.
32. *Aecidium*, peridia aggregata teretia sub foliorum epidermide erumpentia.
33. *Vredo*, peridium o. Sporulae rotundae vniformes.
34. *Puccinia*, peridium o. Sporulae septulis distinctae caudatae.
35. *Trichoderma*, denudatum, puluis tegmine villosio cinctus.
36. *Conoplea*, fila compacta, puluere manifesto interspersa.

††† SARCOSPERMI, fructibus luculentis carnosis.

38. *Cyathus*, receptaculum infundibuliforme, fructibus lentiformibus repletum.

## CLASSIS SECVNDA.

GYMNOCARPI. Fungi carnosi, semina (parca) in receptaculo (*Hymenio*) aperto gerentes.

### ORDO QVARTVS.

LYTOTHECII. Membrana fructicans s. *hymenium* in *laticem* (gelatinam) demum solutum.

39. *Clathrus*, pileus (acaulis) ramis anastomosantibus pertusus.  
 40. *Phallus*, pileus cellulis reticulatus, aut tuberculatus.

## ORDO QVINTVS.

HYMENOTHECII. *Hymenium* membranaceum indissolubile, *sporulis* pulverulentum.

† AGARICOIDEI, hymenio lamelloso aut venoso.

41. *Amanita*, stipes basi voluatus.  
 42. *Agaricus*: Evoluatus, s. voluatus.  
 α. *Lepiota*, stipes annulatus, lamellae areolantes, nec nebulosae.  
 β. *Cortinaria*, annulus in fila arachnoidea solutus.  
 γ. *Gymnopus*, pileus carnosus conuexus, stipes nudus.  
 δ. *Mycena*, pileus membranaceus conuexus, striatus, stipes nudus (fistulosus).  
 ε. *Omphalia*, pileus excavatus orbicularis, stipes centralis.  
 ζ. *Pleuropus*, pileus integer plerisque dimidiatus, stipes lateralis aut nullus.  
 η. *Coprinus*, pileus membranaceus aut subcarnosus, cum lamellis deliquescens.  
 κ. *Pratella*, pileus carnosus subdeliquescens, lamellae nebulosae s. variegatae, aut subaquosae, molles.  
 λ. *Lactifluus*, pileus et lamellae lactescentes.

- μ. Russula*, lamellae longitudine aequales.
43. *MERVLIVS*, lamellae venosae tumidulae (superficiales).
- α. *Cantharellus*: pileus manifestus, stipitatus, aut dimidiatus acaulis.
- β. *Serpula*, resupinata effusa, superne venosa reticulata.
- γ. *Gomphus*, clauaeformis.
- †† BOLETOIDEI. *Hymenium* in tubos varios prominens.
44. *Daedalea*: pileus suberosus, subtus sinubus oblongis subporiformibus reticulatus.
45. BOLETVS: pileus manifestus, tubi teretes integri.
- β. *Fistulina*, tubi liberi.
- γ. *Polyporus*, ramoso-lobatus vndique porosus.
- δ. *Poria*, effusa resupinata superne porosa. (Corium tubuloso-porosum. *Wibel.*)
- ††† HYDNOIDEI. *Hymenium* in aculeos aut dentes prominens.
46. SISTOTREMA, hymenium primo porosum, demum in dentes compressos lacrum.
- β. *Xylodon*, effusum resupinatum.
47. *Hydnum*, aculei integri, teretes, (pileus manifestus.)
- β. *Odontia*: effusa, resupinata.
- γ. *Hericium*, elongatum, ramosum.
- †††† GYMNODERMATA. *Hymenium* laeue aut papillosum.
48. THELEPHORA, pileus dilatatus, coriaceus, vniformis.

- α. *Craterella*, pileus infundibuliformis, integer.  
 β. *Stereum*, pileus dimidiatus, demum horizontalis.  
 γ. *Corticium*, effusum resupinatum.  
 49. *Merisma*, erectum, ramosum.

††††† CLAVAEFORMES. Fungi carnosii, elongati, pileo cum stipite confluyente.

50. CLAVARIA, clauula similaris, vniformis, stipite continua.  
 α. *Ramaria*: clauulis ramosis.  
 β. *Clauaria*: clauulis indiuisis.  
 γ. *Typhula*: clauula subcapituliformis (*Clavariae* nr. 56 -- 62.)  
 51. *Geoglossum*, clauula carnosia ligulata, stipiti contigua (eoque breuior.)

††††† HELVELLOIDEI: pileus stipitatus, membranaceus, a stipite distinctus.

52. *Spathularia*, pileus membranaceus, ligulatus.  
 53. *Leotia*, pileus capituliformis, subtus stipitem tantum ambiens.  
 54. *Heluella*, pileus inflatus, vtrinque deflexus.  
 55. *Morchella*, pileus carnosus, areolis lacunosus.  
 56. *Tremella*, substantia gelatinosa, forma anomala.  
 57. PEZIZA, receptac. concauum s. cupulaeforme (substantia tremellosa ceracea, coriacea).

- β. *Stictis*, recept. coriaceum siccum ligno immersum.
- γ. *Solenia*, elongata, membranacea.
58. *Ascobolus*, thecae e receptac. cupulaeformi prominent et dissiliunt.
59. *Helotium*, recept. stipitatum conuexum, capituliforme.
60. *Stilbum*, mucoriforme, capitulum globosum, primo subaquosum, dein opacum.
61. *Aegerita*, fungilli acaules granuliformes.

ORDO SEXTVS.

NAEMATOTHECII. Fungi byssoidei.

62. *Ascophora*, capitulum inflatum.
63. *Periconia*, capitulum farctum, farinaceum.
65. *Isaria*, subclauaeformis farinacea (albida).
64. MONILIA. Fila moniliformia (capitulum constituentia).
- β. *Aspergillus*, stipes diuisus, fila digitata, recta.
- γ. *Torula*, acaulis effusa byssoidea, fila moniliformia.
66. *Dematium*, byssi cespitosi aut effusi, filae laeuis.
67. *Erineum*, cespituli byssoidei, subgrumosi, foliis immersi.
68. *Racodium*, byssus subcompacta, pannum referens.
69. *Himantia*, byssus ramosa, aut subradiciformis, villosa.

70. *Mesenterica*, fungus serpens, venosus gelatinosus, omenti- aut mesenteriformis.
71. *Rhizomorpha*, rigida, glabra fibrae- aut radiciformis.

obs. Vegetabilia haec loca suffocata et crypta amantia ad plantas Lichenosas potius transferenda sunt.

---



---

## EXPLICATIO ICONVM.

---

### T A B. I.

Fig. 1. *Sphaeria fragiformis* (varietas paullo maior nigricans). Fig. 2. Eadem transversim dissecta. Haec species ad sectionem secundam pertinet.

— 2. *Sphaeria concentrica*, var. stipitata. Fig. 4. eandem in diametro repraesentat.

OBS. Ideam Sectionis primae offert, quamvis potius ad sectionem secundam pertinet.

— 5. *Sphaeria verrucaeformis*. Eadem in Fig. 6. epidermide soluta, lente aucta est proposita et in Fig. 7. a. ad sphaerulas monstrandas in diametro proposita est.

— 7. b. Sphaeriam *quercinam* tali modo proponit, sed haec species ostiolis manifestis subangulatis a priore differt. Hae duae species ad Sectionem tertiam pertinet.

— 11. *Sphaeria vda*, ad sectionem quartam pertinens. Eadem in fig. 12. lente aucta

b 3

quae

quae ad *fig. 13.* in diametro proposita est, quo sphaerulae ligno immersae conspici possint.

*Fig. 8.* Sphaeria *cupulaeformis*, in *fig. 9* et *10.* sub lente depicta. Ad sectionem *septimam* pertinet.

— *14. a.* Est Sphaeria *pusilla* ob minutiem lente aucta tantummodo repraesentata, species est e Sectione *sexta*.

— *14. b.* Sphaeria *velata*, cum qua antecedens communiter crescit, etiam ampliata delineata est. Ad sectionis *octavae* subdivisionem *tertiam*: *Brachystomae* refertur.

— *15.* Sistit Sphaeria *cristatam* lente auctam. In Sectione *octava* sub diuisione *prima*: *platystoma* militat.

## T A B. II.

Fig. 1 et 2. Est *Sphaeria quaternata* e Sectione sexta.

- 3. Sph. *fibrosa* in fig. 4. ad lit. a. lente aucta, ad lit. b. horizontaliter dissecata, ad Sectionem huius generis quintam attinet.
- 5. *Hysterium Fraxini* cum amplificatione ad fig. 7 et 8.
- 6. a. *Sphaeria dryina*, magnitudine vero naturali vt puncta tantum apparet, vid. fig. 5. a. E sectionis octavae subdiuisione secunda: *Macrostoma*.
- 9. exhibet *Sphaeriam spinosam*, cuius diuersae partes nimirum *ostiola* et *sphaerulae* in fig. 10, 11 et 12. sub lente pictae sunt. Ad Sectionem quartam pertinet.
- 13. *Sphaeria compressa* sub lente delineata ligno immersa: ad lit. a. ostia supra lignum eminentia et ad lit. b. transuersim secatae.
- 14. Est Sph. *biformis*: sphaerulis forma diuersis. Sub lente picta.
- 15. *Stilbospora ouata*, vt materies nigra e ramo exsudans apparet.
- 16. a. repraesentat *sporulas* huius speciei et b. *thecas* sphaerulareum e gelatina desumptas, sub microscopio composito depictas.

## TAB. III.

*Fig. 1.* *Batarrea phalloides* (magnitudine naturali paullo minor). *Fig. 3.* sistit stipitis partem cum volua interiore ad *a.* et volua exteriori ad *b.* *Fig. 2.* offert pileum perpendiculariter dissectum, *c.* fragmentum voluae pileum calyptrantis, et *d.* pars seminifera est.

— 4. *Bonista plumbea*, magnitudine nativa, cum cortice (volua?, peridio exteriori?) lacero, demum euanescente.

— 5 et 6. exhibet *Cribrariae* speciem (*Sphaerocarpus semitrichoides Bull.*) cum membrana subiacente, *Trichiis* solenni.

OBS. Haec vti sequentes figurae e *Bulliardi* operae desumptae sunt, cum characteres generum bene exprimant.

— 7, 8 et 9. *Physarum aurantium*, pro diuerso maturitatis stadio. *Fig. 8* et *9* sub lente propositae sunt.

— 10, 11 et 12. *Physarum?* *Sphaerocarpus globuliferus Bull.*

OBS. Singularem ob structuram, nulli generi proprius conuenientem, hic denuo aeri incisa est haec species.

— 13. sistit *Leotiam Ludwigi*.

— 14. est *Clauaria* (*Typhula*) *Erythropus tuberulo* oblongo sulcato (*Sclerotio?*) insidens, sub lente picta.

— 16. monstrat *Merisma penicillatum*.

— 15. *Periconia Stemonitis*, lente aucta.

## TAB. IV.

Fig. 1. *Fuligo rufa*, ad latus rupta.

- 2. *Scleroderma* (*Lycoperdon*) *ceruinum* ad *lit. a.* particula corticis seorsim sub lente delineata.
- 3 et 4. *Tubulinae* species a *Bulliaro* *Sphaerocarpus cylindricus* denominata, a quo haec pictura mutuata est.
- 5. *Licea flexuosa*. In *fig. 6.* ad lentem aucta; vnum peridium apertum est, in quo *pulvis nudus* s. absque capillitio conspici potest.
- 7. *Aecidium Crataegi*, in *fig. 8.* sub lente pictum, *peridio* in dentes longissimos fisso.
- 9. *a. Vredo linearis. β. Polypodii*; pulvis sub epidermide caulis nidulans, nec vti in priore genere *peridio peculiari* inclusus, vti hoc ex *figura 10,* ampliata, apparet.

## T A B. V.

*Fig. 1. Peziza sulcata* nativa magnitudine.

- 2. *Merulius elegans*, ad *a.* in diametro; et *b.* pars fungi ab inferiore proposita.
- 3. *Agaricus roseus*, cum parte pilei ad *a.*
- 4. *Agaricus Stylobates*, eius *pileus* ad *a.* in diametro, ad *b.* pars baseos membraceae sub lente picta.
- 7. *Stilbum rigidum* sub lente delineatum.
- 5. repraesentat *Hydnum ochraceum*.
- 6. Magnitudo parum aucta hac in *Figura* sequentia adumbrata sunt subgenera: ad *litt. a.* *Odontia*; ad *b.* *Poria*; ad *c.* *Corticium* (*Cortic. cinereum*).

---

## ADDENDA ET CORRIGENDA.

---

Pag. 80. post *Sphaeriam operculatam* inserenda:

156. *b.* *Sphaeria anserina*: simplex sphaerulis tectis cum ligno prominulis, ostioliis erumpentibus papillato-teretibus. —  *Ic. et Descr. fuag. p. 5. t. 1. f. 8.*

Hab. in ligno exsiccato, ob sphaerulas intra illud latentes colliculoso.

Pag. 89. Ante *Sph. Himantiam* adde:

171. *b.* *Sphaeria byssacea*: crustacea: crusta pulveracea alba, sphaerulis immersis punctiformibus nigris.

*Sphaeria byssacea Weig. Obs. bot. p. 42.*

Hab. frequens ad caudices *Quercuum annosarum*. Latissima, Lichenoidea.

171. *c.* *Sphaeria epigaea*: crustacea terrestris: crusta lutescente-pallida, sphaerulis immersis punctiformibus nigris.

Hab. vere in sylvaticis ad *terram limosam*, quae hinc submucilaginosa et nigropunctata apparet.

171. *d.* *Sphaeria leucocephala*: subcrustaceo-farinosa sphaerulis prominulis concolore albidis.

*Sphaeria leucocephala Ehrh. Pl. crypt. exsicc. nr. 290.*

Lichen colliculosus *Hoffm. Enum. Lichen. t. 2. f. 2.*

Hab. ad sepes et in syluis ad truncos exsiccatos passim, farinae stratae e longinquo similis.

OBS. Tres hae species forte melius inter *Plantas lichenosas* ad genus: *Verrucaria* referendae sint, nisi gelatina *fluxilis* obstaret.

Pag.

*Pag.* 101. post nr. 11. inserendum:

11. *b.* *Hysterium elatinum*: maiusculum prominens, sparsum subflexuosum: disco subdenudato demum rufescente.

Lichen (*Oreographa*) *elatinus*. *Acharius Lichenographia suecica*. p. 22.

Hab. ad corticis squamosi frustula *Pini Abietis* L. in *Suecia*, *Hercynia* et in *Misnia*.

11. *c.* *Hysterium fagineum*: subimmersum oblongum: disco albido. *Schrad. Journ. f. d. Bot.* 2. p. 68. †

Hab. inprimis ad *Fagi sylvatici* ramos et truncos cortice denudatos. Crassiusculum, colore e cinereo in dilute pallescentem vergente. Discus demum albo-farinaceus etc. *Schrad.*

obs. Sequentes ab eodem Auctore l. c. descriptae species vix huius generis sunt, quamvis forma conueniunt, cum *perithecio* vero destitutae videantur; hae *pag.* 102. post nr. 15. collocandae sunt:

15. *b.* *Hysterium pinastris*: erumpens ouale nigrum nitidum. *Journ. l. c.* p. 69. t. 3. f. 4.

β. *Hyst. limitatum*, subgregarium, erumpens, laeue, pluribus linea nigra inclusis. *Wiebel Fl. werthem. primitiae*. p. 329.

Hab. in foliis deiectis *Pini sylvestris* et *Abietis*.

15. *c.* *Hysterium arundinaceum*, immersum depressum ouale granulosum e fusco ferrugineum. p. 68. t. 3. f. 3.

Prov. ad culm. emortuos *Arundin.* *Phragmitis*, quos saepe ad palmarem longitudinem obtegit, cum epidermide culmi quasi connatum! *Schrader.*



Pag. 163. post *Spumaria Physaroides*.

3. b. Spum.? *Didermoides*: subcrustacea, peridiis aggregatis obouatis laxe stipitatis caesiocinereis, cortice laeni albido deciduo.

Mecum amice communicatum a cl. *Achario*. In foliis et ramulis deiectis crescit.

Obs. Haec et antecedens species a *Didermatibus* praesertim quoque absentia *columellae*, quae in *Didermatibus* plerumque magna est, differt.

Pag. 304. Ad subspeciem: *Ag. cinereus* sequens synonymum addi potest: *Agaricus cinereo-rimosus*. *Batsch. El. fung. 2. p. 63. f. 206.*

Pag. 346. Inter varietates *Agarici myomyces* enumerandus quoque est *Ag. madreporius*, rigidus fragilis, pileo cinereo fusco-fibroso, stipite solido niveo, lamellis dilatatis griseo-lineamentibus. *Batsch El. fung. Cont. 2. p. 53. f. 203.*

Pag. 486. inter nr. 444 et 445. ponendus est:

444. b. *Agaricus trabeus*: subimbricatus, suberosus opacus sordide fuscescens glaber, lamellis simpliciusculis carneo-rutilis.

Inueni mense Februario ad ligna et trabes in vallis prope *Frankfurt*.

*Pileus* rugulosus, sub lente tomento tenui obtectus apparet.

*Ag. quercino* *Linn.* affinis quidem videtur, sed ab eo teneritate et lamellis non reticulatis differt.

Pag. 356. ad *Hydn. concrescens*, exclude Synonym. allegatum *Batschii*, quod diuersam indicare videtur speciem: dicit enim cl. Auctor p. 102-103: *Hydni suberosi* var. *a. spongiosa* distinguitur stipite fere nullo, pileo magno crasso dilatato et substantia spongioso-aquosa

s. succi plena, instar madentis spongiae officinalis: — Eiusd. Hydni suberosi var.  $\beta$ . *aurantiaca* (quam etiam accepi a cel. *Swartz*) quoque vt species diuersa distingui posset, “differt a reliquis siccitate externa, pileo sublaterali, stipite bulboso, radice fusiformi et colore” *Batsch* p. 101. f. 101. — Hydni suberosi var.  $\gamma$ . *cinerea* varietas vetusta nostri *H. concrenentis* est, et Hydni zonatum *Batsch* p. 111. f. 229. nostram speciem bene exprimit.

Pag. 518. Ad *Boletum perennem* vt synonymum, quoad viua mecum a Rev. *Trentepohl* communicata specimina pertinet *Boletus Infundibulum Roth. Catal. 1. p. 244.*

Pag. 14. nr. 22. loco *REBESIA* leg. *RIBESIA*.

— 119, lin. 23, loco du sucoirs leg. de suçoirs.

— 120. — 6 leg. *repandae*.

— 140. — vltima. loc. 135. leg. 237.

— 145. — 22. post *Proteus* add.  $\zeta$ .

— 413. — ad nr. 293. loc. *DICHROVSL. NITIDVS.*

— 419. — 10 post. 2. add. p. 255.

— 468. — 26 loc. raris pone parcis.

— 472. — vltima leg. *ochraceis*.

— 515. — 16 loc. *annulatis* leg. *angulatis*.

— 516. — 4 leg. *substrictus*.

— 527. — vltima loc. vnc. *nutissimi* leg. *minutissimi*.

— 653. — 9 loc. vere leg. vero.

— 701. — 4 leg. *Betulae Alni*.

*Agaric. umbrosus, pluteus* s. *ceruinus Schaeff.* et *nannus* ob substantiam lamellarum subaquosam quasi, mollem, et colore demum (ob sporulas) obscuriorem forte potius ad *Pratellas* amandandi sunt.

---

# CLASSIS PRIMA.

---

## ORDO PRIMVS.

---

I. SPHAERIA. *Receptaculum* (stroma) varium. *Sphaerulae* subrotundae: exsiccatae vt plurimum cauae; humectatae *gelatina* s. latice gelatinoso e *theeis* liberis constante refertae.

SECTIO PRIMA: caulescentes s. receptaculum elongatum, clauaeforme, truncato praeditum. (*Xylaria* HILL. SCHRANK. *Hypoxylon* JUSSIEU).

\* *Recept. substantia carnosae.*

1. SPHAERIA MILITARIS: carnosae flavescens - rubra, clauula sphaerulis prominentibus tuberculosa. *Comment. de fung. clauae* f. p. 11. *Obs. mycol.* 2. p. 66. t. 2. f. 3.

*Clauaria militaris*, clauata integerrima, capite squamoso *Linn. Syst. veg. ed.*

15. p. 1018. *Fl. dan. t. 337. f. 1. Holmsk. coryph. ic. et ed. Pers. p. 55.*

*β. polycephala:* minor in clauulas plures diuisa.

Habitat autumnni initio post largas pluuias in syluis ad truncos putrescentes, inter muscos, passim quoque in locis graminosis sub terra, semper vero supra crucis, aut chrysalidibus phalaenarum, a humiditate nimia forte emortuis.

*β. rarius* ad latera truncorum inueni.

Totus fungus 2-3 uncias longus. Clauula rarius bifida. *β. vero*, quae vix vnc. 1 magna, clauulas 3-5 habet, aut cespitulum quemdam plurium speciminum offert.

2. SPHAERIA ALVTACEA: carnosae opaca pallida, clauula sublaeui. *Comm. p. 12. Obs. mycol. 2. p. 66. t. 1. f. 2. a. b. c.*

Hab. autumnno passim in pinetis.

Longitudine biunciali fere est. Clauula crassiuscula subcylindrica, substantia valde leuis, superficie fere glabra.

*β. Sph. albicans:* maiuscula carnosae albidae pallescens, clauulis stipiteque basi turgidis. †

*Sphaeria clauata Sowerby engl. fung. t. 159.*

obs. In syluulis anglicis a Dom. *Hemsted* et *Sowerby* autumnno repertus est hic fungus; qui quoad iconem omnino distincta species videtur, eiusque clauula intus caua quoque delineata est. *Sph. alutacea* tertia parte maior. Eam vero cum nondum viderim, primum hic vt varietatem aut subspeciem enumerare voluerim.

3. SPHAERIA CAPITATA: clauula ouata badia, stipite longiusculo crasso, radice tuberosa. *Comm. p. 13. Fl. dan. t. 450.*

Clauaria capitata. *Holmsk. coryph. ic. et ed. Pers. p. 52.*

β. *agariciformis*: stipitata, stipite flauo cylindrico, pileo ouato castaneo punctato subgeminato, radice tuberosa bioluata, interne nigra. *Bolt. Funguss. pag. et tab. 130.*

Prouenit rarius in *Dania* et *Anglia* ad terram.

obs. Quatenus duae hae, vt varietates modo propositae, inter se diuersae sint, diiudicare non possum, cum ambae mihi adhuc ignotae sint. Suo de fungo cl. *Bolton* sequentia profert:

The root is black, and of a turfy, spongy substance, it is surrounded with a thick volva of the same substance with

the stem. This volva is surrounded by another, which is dry, husky, and of a brownish green. The stem while young is solid and smooth, when old becomes fistular, furrowed and a little wined; in both states it is soft, pliable and easily splits in yellow shining filaments. — It turns black and rots in decay.”

4. SPHAERIA ENTOMORHIZA: capitulo subrotundo fusco, stipite longo tenuissimo.

*Sphaeria entomorhiza*, stipitata, capitulo subrotundo fusco *Dicks. Pl. crypt. brit. Fasc. I. p. 22. t. 3. f. 3.*

Hab. in *Anglia* in laruis insectorum emortuis.

*Stipes* simplex vel duplex, subcompressus, biuncialis. *Capitulum* sphaericum superficie granulata. *Dicks.*

5. SPHAERIA OPHIOGLOSSOIDES: clavula incrassata subturgida nigrescente, stipite basi intusque flavo. *Comm. p. 12. Gmel. Syst. Nat. Linn. 2. p. 1474. Ehrh. pl. crypt. exsicc. Dec. 16. nr. 160.*

*Clauaria radicata. Bull. champ. p. 195. t. 440. f. 2.*

Prov. autumnno praesertim in ericetis, aut in pinetis.

*Clauula*

*Clauula* ex ouato subteres, passim bifida. Totus fungus externe oliuaceo-nigrescens, intus flauo-virens.

\*\* *Recept. substantia suberosa.*

6. SPHAERIA BVLBOSA: terrestris subramosa glabra nigrescente-cinerea, radice tuberosa. *Comm. p. 14. Obs. myc. 2. t. 1. f. 1. a. b.*

Hab. autumnno in pinetis ad terram inter muscos.

Obs. Caule glabro, radice subglobosa bulbosa a sequente differt. *Clauula* inmatura teres, acuta; matura compressa.

7. SPHAERIA HYPOXYLON: gregaria ramosa compressa basi hirta. *Comm. p. 14. Obs. myc. 1. p. 20. t. 2. f. 1. a. f. Sowerby engl. fung. t. 55.*

*Sphaeria cornuta. Hoffm. veg. cryptog. I. p. 11. t. 3. f. 1. (Varietas maior.)*

*Clauaria Hypoxylon, ramosa cornuta compressa Linn. Syst. veg. ed. 15. p. 1018. Holmsk. coryph. ic. et ed. Pers. p. 81-87.*

*β. cupressiformis, minor, clauula ventricosa aut tereti acuminata. — Mich. Nov. gen. pl. t. 55. f. 5.*

*Sphaeria cupressiformis, subsimplex stipitata, capitulo conico. Woodw. apud With. bot. arrang. 3. p. 457.*

Crescit

Crescit copiose in syluis et hortis ad truncos putrescentes.

*Clauulae* hyeme inmaturae puluere copioso albo obtectae, sphaerulisque omnino destitutae, quibus gaudent aestate, dum maturae sunt. *Conf. Comm. de fung. clauaef. p. 115.* Hirsuties nigra, quae in fungo immaturo in stipite adest, deinde in tomentum fuscum mutatur.

8. SPHAERIA CARPOPHILA: caulescens tenuis, primo subulata villosa, demum clauata glabra: clauula cylindrica stipite multo breuiore. *Obs. mycol. I. p. 19. et II. p. 65. t. 1. f. 3. a—d. Comm. pag. 18.*

Hab. satis frequens vere ad pericarpia s. calyces induratos Fagi sylvaticae, locis subhumidis, foliis deciduis obtectos.

*Clauula* in iunioribus villo laxo, olivaceo inuoluta, apice albicans; aestate matura glabra, et ob sphaerulas valde prominentes tuberculata.

9. SPHAERIA DIGITATA: cespitosa nigra, stipitibus glabris basi connatis, clauulis teretibus, apice acuminato sterili. *Comm. p. 15. Obs. mycol. 2. t. 2. f. 6. (inmatura) f. 1. (matura).*

Clauaria



*Clauaria digitata*, ramosa lignea nigra.  
*Linn. Syst. veg. ed. 15. p. 1010. Bull. champ. p. 192. t. 220. Schaeff. fung. bav. t. 265.*

obs. In syluis, vbi sequens species solummodo occurrit, eam hactenus nondum inueni.

10. SPHAERIA POLYMORPHA: gregaria, forma varia, clauulis ventricosis sphaerulis vndique cinctis. *Comm. p. 17. et p. 114. Obs. myc. 2. p. 64 et 65. t. 2. f. 2. 4 et 5.*

*Sphaeria carcharias. Gmel. Syst. Nat. Linn. 2. p. 1474.*

*Sphaeria carchariae* β. obtusa *Weigel obs. bot. p. 49. t. 3. f. 3.*

*Sphaeria digitata Sowerby engl. fung. t. 69.*

*Clauaria digitata Holmsk. coryph. ic. et ed. Pers. p. 75. Fl. dan. t. 900.*

Hab. in syluis fagineis ad truncos.

*Clauulae* apice obtusae, plerumque ibi sphaerulis instructae, colore nigro.

obs. Magnitudine, praesertim vero forma valde variat; hinc diuersae dantur varietates in *Obs. mycolog. 2. l. c. descriptae et delineatae*, quarum duas praecipuas hic iterum enumerare licet:

*α. spathulata*: subcompressa obconica, stipite breuissimo.

*β. mamillana*: clauula ventricosa, acumine longo crasso sterili terminata.

SECTIO SECUNDA: recept. acaule subrotundum effusumque, sphaerulis peripheraericis tuberculosum. (*Periphaericae*.)

11. SPHAERIA CONCENTRICA: obovata subrotundaque magna, intus stratis concentricis interrupta. *Comm. p.* 18. *Bolt. funguss. p.* 180. *t.* 180.

*Sphaeria fraxinea*, subrotunda nigra externe glabra subpustulata, interne circulis concentricis notata. *Sibth. Fl. oxon. p.* 401. *Sowerby engl. fung. t.* 160.

*β. pedicellata*: fuscescens minor substipitata.

*Sphaeria tunicata. Tode fung. mecklenb. 2. p.* 59. *t.* 17. *f.* 130.

*Lycoperdon atrum Schaeff. fung. bav. t.* 329. (Varietas atra.)

Hab. passim ad truncos *Salicis*, aut *Fraxini*.

OBS. Quoad formam plus minusue rotundam, rarius subeffusam, aut quadrangularem (cfr. *Bolton l. c.*), nec non quoad colorem fusciscentem, aut nigrum variat memorabilis haec species. Specimina

mina vero stipitem quemdam exserentia, plus quam varietatem sistere videntur.

12. SPHAERIA RVBIFORMIS: magna tota nigra, sphaerulis globosis prominulis. *Disp. meth. fung. p. 2. et in Annal. bot. Fasc. II. p. 20. t. 2. f. 1.*

Hypoxylon granulofum *Bull. champ. t. 487. f. 11.*

β. effusa dilatata vndulata.

Hab. in syluis ad truncos aridos, vt plurimum solitaria crescens.

Forma subrotunda, aut ouata, basi plana, nonnunquam et effusa: receptaculo tunc obsoleto. Extus intusque unicolor nigra.

13. SPHAERIA FRAGIFORMIS: gregaria subconfluens rubiginosa, intus atronitens, sphaerulis papillatis. *Disp. meth. fung. p. 49. et in Annal. bot. l. c. p. 21. t. 2. f. 5. Hall. stirp. helv. p. 121. t. 47. f. 10.*

*Lycoperdon variolosum*, parasiticum sessile subrotundum, cortice exteriori fuluo deciduo; farina atra compacta *Linn. Syst. veg. 15. p. 1019.*

Hab. frequentius in syluis ad truncos fagineos.

Plura specimina agmine denso saepe inter se confluunt. Iuniores colore grato,

fere miniato. In statu veteriore, vbi colore sordide rufo inquinatae, corticem sphaerulas continentem saepe amittit. Substantia compacta, carbonacea, substriata, nitens.

obs. Huius loci videntur sequentes, mihi nondum obuiaae, species:

α. *Sphaeria radians*, composita subglobosa, aggregata sparsa, subtuberculosa, atra, submonosticha; volua puluerulenta fulua; sphaerulis albis. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 29. t. 12. f. 101.*

β. *Sphaeria castorea*, composita subglobosa aggregata sparsa, aequalis, nigra, monosticha; volua fusca, fugaci; sphaerulis atris *Tod. l. c. p. 28. t. 12. f. 100.*

14. SPHAERIA ARGILLACEA: sparsa subglobosa argillacea aut lutescente-cinerea, sphaerulis prominulis papillatis, substantia molliuscula fuscescente.

*Sphaeria argillacea*: subrotunda sparsa argillacea: intus nigrescens, sphaerulis prominentibus papillatis *Disp. meth. fung. p. 49.*

In truncis praesertim fraxineis rarius occurrit.

Latitudine trilineari. Nonnunquam etiam longitudinaliter effusa reperitur. Colore variat.

15. SPHAERIA GRANVLOSA: effusa lata nigra tenuis, sphaerulis globosis ad dimidium liberis, ostiolo minuto acuto.

Prouenit hinc inde ad ramos deciduos.

An species constans? *Sphaerulae* nitidae, granulaeformes, a basi vltra dimidium solummodo inter se connatae. Color niger, in nonnullis parum fuscescens.

16. SPHAERIA RVBIGINOSA: late effusa rubiginosa rugosa, sphaerulis sublaetentibus.

Prouenit ad ramos deiectos et obteetos, locis vmbrosis.

Latitudine bi- aut triunciali est, pulvero primo flauescente, deinde rubiginoso satis crasso obteeta. *Sphaerulae* non distincte prominent. Substantia nigra.

17. SPHAERIA COHAERENS: gregaria confluens planiuscula, primo laeuis sordide fuscescens, demum subbullata nigrescens. *Disp. meth. fung. p. 2.*

Hab. ad caudicem Fagi sylvaticae, in locis eiusdem arefactis, quibus tenaciter adhaeret.

Plura specimina secum fere connata sunt. *Sphaerulis* demum bullatim prominentibus a sequente specie differt.

18. SPHAERIA FUSCA: difformis subconfluens fusca: intus subconcolor, sphaerulis umbilicatis subprominulis *Disp. meth. fung. p. 49. et in Annal. bot. l. c. p. 22. t. 2. f. 3.*

*Sphaeria confluens. Willd. fl. berol. p. 416. t. 7. f. 21.*

*Sphaeria fragiformis. Hoffm. veg. cryptog. 1. p. 20. t. 5. f. 1.* Sub tanta magnitudine mihi vero nondum obuia.)

*Sphaeria tuberculosa. Bolt. Funguss. t. 123. f. 1.*

Hab. praesertim ad ramos exsiccatos *Crataegi Oxyacanthae* in saepibus; interdum quoque in syluis ad ramos coryleos occurrit.

Colore opaco, sordide fusco, forma irregulari, depressa, praesertim vero *sphaerulis punctatis* s. quasi umbilicatis, ob defectum ostiolorum, ab affinibus speciebus distinguitur. Datur *varietas*: forma regulari, colore fusco nitido, sphaerulis magis prominulis. *Conf. Disp. meth. fung. p. 49.*

19. SPHAERIA PALLIDA: gregaria nuda subrotunda carnosa pallida, sphaerulis prominentibus.

*Sphaeria gelatinosa*, composita globifera, puluinato-gelatinosa, lutea monosticha,

sticha, globulis spermaticis stramineis  
*Tode Fung. mecklenb. 2. p. 48. t. 16. f. 123.*

β. *viridis*, sphaerulis subgelatinosis viridibus.

*Sphaeria gelatinosa* β. *viridis*. *Tode l. c. p. 49. t. 16. f. 124.*

Hab. passim ad truncos pineos.

Aetate iuniore ferme albida, tomentoque albido ad basin cincta, demum glabra, ex pallido straminea, forma pulvinata; substantia mollis; 2 lin. lata.

20. SPHAERIA RUFÆ: irregularis applanata laevis rufa intus albida. *Obs. mycol. 1. p. 20.*

Hab. in sylvis densis rarius ad ramos fagineos.

obs. Antecedenti omnino affinis et forte eiusdem modo varietas est; sed colore formaque differt, et sphaerulae vix prominent.

21. SPHAERIA MELOGRAMMA: subseriata erumpens obconica nigrescente-fulginea, sphaerulis subprominulis.

*Sphaeria ocellata* *Disp. meth. fung. p. 2.*

*Variolaria Melogramma* *Bull. champ. p. 182. f. 1.*

*Sphaeria obducta* *Bolt. fung. t. 125?*

β.

β. *Sphaeria ambigua*: subsolitaria, sphaerulis nonnullis liberis.

Hab. haud infrequens ad ramos *Fagi sylvaticae*, e quorum cortice erumpit, epidermide cincta. Plura indiuidua vt plurimum in seriem oblongam crescunt.

De varietate β., vbi *sphaerulae* nonnullae, vti in familia subsequente *cespitosa*, inter se liberae, aut modo subconatae sunt, dubius adhuc sum, numne potius diuersam exhibeat speciem; colore et magnitudine quidem conuenit, sed multo rarior est, et situ indeterminato crescere solet.

22. SPHAERIA REBESIA: erumpens mollis elliptica subdepressa, sphaerulis dissectis albicantibus. - *Disp. meth. fung. p. 50 et in Annal. bot. l. c. p. 24.*

Hab. frequens hyeme in ramis exsiccatis *Ribis rubri*, e quorum cortice transversim erumpit.

Color ater opacus. Forma rotunda, plerumque vero oblonga, longitudinaliter quasi-canaliculata. Superficies obostiola prominula sub lente granulosa.

23. SPHAERIA SAMBVCI: erumpens suborbicularis laeuiuscula atra, substantia molli cinerescente.

Sphae-



*Sphaeria natans*, composita subrotunda, conuexo-plana aggregata atra, monosticha; cortice superne colliculoso, substantiam viscidulam indurescentem continente; sphaerulis aggregatis albis. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 27. t. 12. f. 98.*

Hab. passim ad ramos *Sambuci nigrae*, et *Samb. Ebuli*.

Sesquilineam vix magna, opaca, planiuscula. Substantia interna mollis quidem, sed vix tremellosa, multo minus fluxilis, ita vt sphaerulae ei innatantes nequaquam dici possint; hinc nomen minus conueniens mutandum duxi.

obs. *Sphaeriae disciformi* e longinquo similis, a qua vero tam substantia, quam sphaerularum situ differt.

SECTIO TERTIA: Forma varia, effusa, orbicularis aut rotunda, sphaerulis sparsis horizontalibus, stromati carnosissimo immersis: ostioliis sparsis, vt plurimum prominulis, papillaeformibus, aut spinulosis. (*Compositae.*)

24. SPHAERIA PORONIA: stipitata pezizaeformis albida, disco truncato, sphaerulis sparsis punctiformibus nigris. *Comun. p. 19. Flor. dan. t. 288. Bolt. funguss. t. 127. f. 1.*

Sphae-

*Sphaeria punctata* Sowerby *engl. fung.*  
t. 54.

*Peziza punctata*, turbinata truncata,  
disco punctata. *Linn. Syst. veg.* 15. p.  
1017. *Bull. Champ.* p. 259. t. 252.

*Poronia Gleditschii*. *Willd. fl. berol.*  
p. 400.

Hab. in regionibus arenosis, imprimis  
in fimeto equino, rarius in vaccino.

Primo intuitu *Pezizam* refert. Sub-  
stantia coriacea. Stipes fuliginosus. Dis-  
cus niveus: punctis sparsis nigris.

25. SPHAERIA DEVSTA: late effusa  
crassa undulato-rugosa pustulata, primo  
carnosa cinereo-albida puluerulenta, de-  
mum nigra rigida. *Obs. mycol.* 1. p. 19.  
*Hoffm. veg. cryptog.* 1. t. 1. f. 2. *Bull.*  
*Champ.* t. 487. f. 1.

*Sphaeria maxima*. *Web. spic. fl. Göt-*  
*ting.* p. 286.

*Sphaeria versipellis*. *Tode Fung. meck-*  
*lenb.* 2. p. 55 t. 17. f. 129. (Icon optima.)

Hab. in sylvis ad truncos frequens.

Tempore vernali crescere incipit: for-  
ma depressa; disco cinereo-puluerulento:  
limbo albicante, et substantia molli sese  
exhibet. Autumno bullato-undulata, ri-  
gida, totaque nigra. *Sphaerularum* ostiola  
in superficie, vt pustulae, sparsim pro-  
minent. Non-

Nonnunquam, sed rarius, stipite quodam, s. prominentia stipitifor-  
mi instructa, praesertim si in trunco carioso, aut  
ad terram in truncorum vicinitate cre-  
scit; *cfr. Obs. mycol.* 1. p. 19. t. 1. f. 4.  
*et 5.*, vbi haec varietas sub nomine *Sphae-*  
*ria Platyceps* commemorata est. *Spo-*  
*rulae* huius speciei forma sunt lunatae.

26. SPHAERIA LENTA: aggregata sub-  
orbicularis nigra, disco gibbo, margine  
subrependo. †

*Sphaeria lenta*, composita, lentifor-  
mis, aggregata, lenta, pulla, monosti-  
cha, sphaerulis globosis. *Tode fung.*  
*mecklenb.* 2. p. 50. t. 12. f. 102.

In trunco fagi excisae putrescente et  
simul in eius radicibus terra leuiter tectis  
autumno inuenta.

Crescit gregatim confertimque, duo-  
bus, tribus quatuorue haud raro connatis.  
Duas tresue lineas lata. Lentis figuram  
habet: disco gibbo; margine compresso  
subrependo, exsiccatione vndulato. Co-  
lore pulla, ad luridum vergens; laevis,  
vieta vero rugulosa: centro depressa.  
Substantia candida, lenta, fibrosa, va-  
lida. Prope corticem vnica *sphaerula-*  
*rum* series cernitur, etc. *Tode.*

27. SPHAERIA CITRINA: terrestris late effusa laevis citrina: ostiolis minutis fuscescentibus. *Obs. myc.* 1. p. 63.

Prouenit in syluis ad terram, in viis, aut ad latera truncorum cauorum. Autumno.

Latitudine palmari, substantia molliuscula, aetate iuniore ad latera tomentosa. *Poriae* quandam speciem e longinquo mentiens.

28. SPHAERIA ROSEA: terrestris effusa rosea, margine subbyssino albicante.

Hab. autumno ad terram in syluis.

Obs. Aestate bis solummodo hanc, quoad colorem, elegantem speciem inveni, sed nondum sphaerulis instructam; forte cum in eam adhuc immaturam incidere. Quoad formam, crescendique modum cum anteriore specie ita conuenit, vt nequaquam dubitem, quin ad hocce genus quoque pertineat.

29. SPHAERIA OCHRACEA: terrestris effusa ochracea margine subtomentosa, ostiolis prominentibus.

Hab. rarissime ad terram vdam in syluis.

Subor-

Suborbicularis aut inaequaliter effusa est;  $\frac{1}{2}$  vnc. lata, lin. 1 crassa; superficie tuberculosa.

30. SPHAERIA ATROPURPUREA: composita rotundato-plana sparsa atropurpurea, monosticha; sphaerulis ovalibus papillatis connatis nigris. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 52. t. 13. f. 105.*

In ramis exsiccatis *Crataegi Oxycanthae* a b. *Tode* inuenta; 1 — 2 vnc. lata.

obs. An a *Sphaeria rubiginosa* quoad speciem diuersa?

31. SPHAERIA INSITIVA: composita, corticalis, plana lineari-acuminata, candida, monosticha \*); velo cum substantia fungi connato; sphaerulis papillatis atris. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 36. t. 13. f. 108.*

Rimas epidermidis vitis demortuae omnes omnino ita infarcit, vt quasi insititia videatur. *Tode.*

32. SPHAERIA MACVLA: composita, polymorpha, planissima atra, monosticha;  
B 2 cha;

\*) Monosticha sphaeria est, cuius sphaerulae aliae aliis non incumbunt; sed in vnicam modo seriem digestae inueniuntur. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 23.*

cha; sphaerulis globoso-acuminatis velo fugaci tectis. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 33. t. 13. f. 106.*

In ramulis querneis defractis aridis post pluuias largiores.

*Maculae* atrae, satis magnae, nonnullis vnciiis interdum latae, vt plurimum rotundae, quae si per lentem conspiciantur, sphaeriam ob oculos ponunt, de cortice protuberantem, planam, atram, superficie tomentosam, s. panno holosericeo admodum similem. *Tode.*

32. SPHAERIA SERPENS: effusa inaequalis nuda nigrescens, sphaerulis subprominentibus.

*β. lumbricoides*: magna repens elongata vtrinque attenuata. *Obs. mycol. 1. p. 18.*

Hab. ad ligna faginea, quercina. *β.* in salicibus cauis interdum occurrit.

Aetate iuniore cinerescens, subtomentosa, ita vt tali in statu pro diuersa specie facile sumi possit. Vnc.  $1\frac{1}{2}$  magna depressa, tenuis. Stroma, saltem manifestum, non adest, hinc dubium, numne melius ad sequentem referenda sit sectionem.

34. SPHAERIA VNDVLATA: nuda crassiuscula vndulato-rugosa, ostiolis subrotundis prominulis, stromate candido.

Hab. rarissime ad truncos.

Duas vnc. lata 1 — 2 lin. crassa, superficie vndulato-rugosa ab antecedente differt.

35. SPHAERIA STIGMA: ambiente-effusa laevis rimosa, ostiolis immersis planiusculis.

$\alpha$ . Sphaeria stigma. *Hoffm. veg. cryptog.* 1. p. 7. t. 2. f. 2.

Hypoxylon operculatum. *Bull. Champ.* p. 177. t. 478. f. 2.

Hab. vt plurimum ad ramos exsiccatos *Crataegi Oxyacanthae*, hinc ad sepes, ex hac frutice constructas, frequens obseruatur.

In statu iuniore laevis, fuscescens; demum nigra, transuersim rimosa.

$\beta$ . Sphaeria decorticata: longitudinaliter effusa atra, ostiolis prominentibus subconicis. — *Sowerby engl. fung. t. 137.?*

Hab. ad ramos *Coryli Auellanae*.

E longinquo eandem quidem sistere videtur speciem, sed parum crassior, non

rimosa, et stroma albidius; praecipue vero ostiolis acutis prominulis differt.

56. SPHAERIA FLAVO-VIRENS: composita, substantia puluerulenta flauo-virescente.

*α. subrotundata:* Sphaeria flauo-virens, conuexo-plana nigra, intus virescens. *Hoffm. veg. crypt. 1. p. 10. t. 2. fig. 4.*

*β. effusa:* elongata effusa nuda.

Hab. frequens ad ramos exsiccatos in syluis.

Forma subrotunda rugosa, quali a cel. *Hoffmann* depicta est, rarius et modo si sub corticis epidermide crescat, sese exhibet; vt plurimum hinc in trunco nudo ad vnc. 1 — 2 effusa,  $\frac{1}{2}$  — 1 vnc. lata obseruatur. Externe opaca, nigrescens, si vero dissecetur, aut frangatur, mox ostendit colorem virescentem, quo stroma, hac in specie puluerulentum, gaudet. *Ostiola* prominent, conica et obtusa sunt.

37. SPHAERIA PODOIDES: conferta dura inaequalis, ostiolis spinulosis ad latera vt plurimum erumpentibus. *Disp. meth. fung. p. 50.*

Hab.



Hab. frequens vt plurimum ad truncos quercinos.

Substantia tenax, intus candida.

β. *inermis*: dantur et indiuidua tota laeuius, s. vbi ostiola non prominent.

obs. Huius loci videtur *Variolaria ceratosperma*. *Bull. champ. p. 184. tab. 432. f. 1.*

33. SPHAERIA CERATOSPERMA: subrotunda conuexa sparsa, ostiolis spinulosis e medio erumpentibus. †

*Sphaeria Ceratospermum*, composita, stylifera, subrotunda, puluinato-conuexa, aggregata nigra; sphaerulis bifariis; stylis spermaticis scabro-rudibus cum iisdem connatis. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 53. t. 17. f. 131. var. α.*

Prouenit in cortice *Rosae caninae* demortuae gregatim, eiusque epidermide fissa obsepta. Iulio.

Cortex fungi niger, laeuis, aequalis a substantia fungi separabilis. Haec fibrosa est, minus compacta, alba, languide demum fuscescens. *Sphaerulae* stylum (ostiolum) satis longum, superficie scabrum, strigosum, et longitudinaliter quasi sulcatum expellunt. *Tode.*

ORs. An specie ab antecedente diversa? *Var. β. farcta*, a b. auctore huc relatam, ad *Sphaeriam podoidem* pertinere verosimile est.

39. SPHAERIA QUERCINA: erumpens conuexa suborbicularis, ostiolis prominulis quadrigonis. *Disp. meth. fung. p. 2.*

Hab. ad ramos quercinos.

*Ostiola* nonnunquam ad dimidiam lineam elongantur. Sequente maior.

40. SPHAERIA DISCIFORMIS: sparsa orbicularis planiuscula laevis: ostiolis immersis subpunctiformibus.

*Sphaeria disciformis. Hoffm. veg. cryp. 1. p. 15. t. 4. f. 1.*

Hab. frequens ad ramos exsiccatos *Fagi sylvaticae*, ex quibus sphaerulae vndique, variolae ad instar, prorumpunt, colore atro subnitido; substantia intus albido-cinerea.

41. SPHAERIA FRIABILIS: suborbicularis plicato-rugosa opaca, substantia alba friabilis.

Hab. rarius ad ramos exsiccatos salicinos.

Lin. 1 et ultra lata, vt plurimum subrotunda aut parum oblonga, valde prominēt, disco vt plurimum subdepressa: margine subflexuoso.

42. SPHAERIA SORDIDA: subrotunda aut elliptica teres rugosa opaca sordide nigrescens, disco depresso, ostiolis latentibus, substantia molliuscula fuscescente - cinerea.

Hab. rarius ad ramos fraxineos.

Magnitudine varia, a lin. 1 ad 2 lata, epidermide cingente priuata, subcylindrica apparet. *Discus* parum rugosus. *Ostiola* nunc obsolete prominent; nunc desunt. Substantia interna molliuscula, nunc virescente - cinerea, vt plurimum fuscescens.

β. *Sphaeria Crataegi*: erumpens subrotunda rugosa sordide nigra, gelatina rubra, substantia virescente - cinerea.

Hab. rarius ad ramos exsiccatos *Crataegi Oxyacanthae*.

obs. Forma cum antecedente conuenit, etiam quoad substantiam internam; sed eius gelatinam e sphaerulis torundae in formam expressam, aut in globos exsiccatam et colore roseo indutam obseruauit.

43. SPHAERIA LIGNEA: erumpens subrotunda minor extus, intusque fuligineo-pallescentis, ostioliis subprominentibus.

Hab. rarius ad ramos quercinos.

Colore sordide pallescente, superficie tremellosa quasi, mox se distinguit. An forte *var. iunior Sph. quercinae?* sed dimidio minor, etiam colore diuersa est.

44. SPHAERIA VERRUCAEFORMIS: subrotunda puluinata rugosa, ostioliis latentibus. *Disp. meth. fung. p. 2.* (Sph. Auellanae.)

*Sphaeria verrucaeformis. Ehrh. Pl. cryptog. exsiccatae Dec. 23. nr. 280.*

*β. stellata:* minor, ramorum epidermide stellatim fissa obiecta, ostioliis subprominulis.

Crescit vt plurimum ad ramos *Coryli Auellanae*, rarius ad *Fagi* truncos.

Inter maiores huius familiae pertinet; 3 lin. fere magna. *β.* ad ramos fagineos inuenitur; minor, sub angulata, imo et depressa, ac epidermide tecta, quae eleganter in lacinias 4 — 6, triangulares, fissa est.

45. SPHAERIA BULLATA: depressa subrotunda ovalis reniformisque, ostioliis papillatis.

*Sphaeria bullata*, conuexa nigra, intus alba. *Hoffm. veg. crypt.* 1. p. 5. t. 2. fig. 3.

Hab. ad ramos *Salicis albae* siccos in sepiibus. 2 — 4 lin. lata. Substantia candida.

46. SPHAERIA SUCCENTURIATA: composita, oblongo-pulvinata, sparsa, bicorticata, atra; sphaerulis succenturiatis simplicibusque. *Tode Fung. mecklenb.* 2. p. 37. t. 14. f. 109.

Ad ramos quercinos deciduos.

Duas tresue lineas longa. *Cortex* exterior laevis, aequalis, ater, resinosus; interior fuscus, vterque angustus, et inseparabilis. *Substantia* fungi grisea, fuscens, solida, perscissa nitet. *Sphaerulas* atrae duplicis figurae, ac molis continet, alias nempe immersas et ad corticem interiorem applicatas, pyriformes, quarum orificium attenuatum intra fungi corticem interiorem exterioremque dilatatur in capsulam homogeneam, globosam, sed admodum compressam, vertice demum pertuso; hae pro fertilibus habendae.

bendae. Adsunt vero et aliae sphaerulae, altius defossae, figurae ovalis, capsula hac aduentitia orbae, quas steriles proinde iudico. *Tode l. c.*

OBS. Quod auctor de reliquis sphaerulis, inferiorem receptaculi partem occupantibus, commemorat, in pluribus aliis speciebus hoc locum quoque habet, et quae ab aliis sphaerulis hac in re praecipue differunt, quod ostiolis ad emitendam gelatinam sunt destitutae. Hae nempe aut pro plane sterilibus, et non foecundatis sunt habendae, vti hoc etiam in aliis plantis perfectioribus saepe invenitur, aut forte temporis progressu, fungo ad maturitatem accedente, altiorrem peterent locum, eorumque ostiola prominere. Hoc interea accuratius inquiri, omnino meretur.

SECTIO QVARTA: effusa, sphaerulis horizontalibus, primo et ad marginem solitariis, deinde confluentibus, carne seu stromate manifesto non coniunctis; nonnullis distantibus sed crusta quadam connexis. (*Monostichae* \*).

47.

\*) Hanc Sphaeriarum familiam parum factitiam esse fateor, cum nonnullae species ad antecedentem sectionem potius pertinere, aliae melius

47. SPHAERIA LATA: late effusa subrugosa opaca, sphaerulis subprominulis intus albidis ostiolis conicis asperis. *Obs. mycol.* 1. p. 68.

Prov. ad ligna et ramos exsiccatos.

Ad longitudinem 4 vnc., imo ad spithamam, intra corticis substantiam sphaerulae proueniunt, in crustam quandam inter se connatae; ad latera liberae; dissectae ob gelatinam induratum albidam apparent.

48. SPHAERIA MVCOsa: effusa aggregata mollis, primo rubescens, demum opaca nigrescente-grisea. *Obs. mycol.* 2. p. 68.

Prov. initio veris in baccis *Cucurbitae Pesonis* putrescentibus.

Bi-triuncialis est. *Sphaerulae* globosae, substantia valde molles, crustam griseam exhibent.

49. SPHAERIA TYPHINA: subcomposita elongato-ambiens in graminum culmis

melius inter simplices militare videntur; verum stromatis absentia eas a praecedente remouet familia, et habitum quendam *Sphaeriae compositae* ita prae se ferunt, quo minus ad simplices referre possint.

mis parasitica. *Ic. et Descr. fung. Fasc. 1. p. 21. t. 7. f. 1.*

Hab. aestate in graminum culmis in sylvis, aut locis paludosis.

Colore primo alba, et superficie laevis, dein flava et subgranulosa fit ob sphaerulas, quae vero molles, farctae sunt.

50. SPHAERIA GRAMINIS: epiphylla sublinearis maculaeformis nitente-nigra, ostiolis latentibus. *Obs. mycol. t. 1. f. 1. 2.*

Hab. in foliis praesertim *Elymi europaei* exsiccatis, vbi vt macula, latitudine et longitudine inaequalis, sese exhibet et totum folium occupat.

51. SPHAERIA TRIFOLII: atra parua, magnitudine varia, cespitulo inaequali ruguloso interne subpuluerulento.

Habitat autumnno in foliis adhuc viridibus *Trifolii repentis*:

$\frac{1}{2}$  — 1 lin. lata. *Sphaerulae* farctae, intus albicantes.

52. SPHAERIA ANETHI: elongata interrupta sublinearis rugosa opaca, sphaerulis cohaerentibus papillatis subnudis. *Obs. mycol. 1. p. 67.*

Sphaeria



*Sphaeria microscopica*. Ehrhart. *pl. exsicc.* Dec. 23 n. 229.

Prouenit ad caules *Anethi graueolentis* exsiccatos.

*Cespitulus* a 3 — 4 lin. ad vnc. 1 longus, primo subcinereus, dein nigrescit,

53. SPHAERIA LONGISSIMA: atra sphaerulis minutis in series longissimas paralelas confluentibus. *Obs. myc.* 2. p. 68.

Hab. in caule exsiccato *Chaerophylli bulbosi*, vbi lineas, numero 1 — 3 et 4, nigras ab vno caulis nodo ad alterum efficit.

54. SPHAERIA NEBVLOSA: grisea, sphaerulis minutissimis sparsis maculas nigrescente-griseas interruptas inaequaliter lineatas efformantibus, ostiolis prominulis subacutis. *Obs. mycol.* 2. p. 69.

Prouenit in Herbarum maiorum caulibus satis frequens.

Maculae 3 — 4 lin. et vltra longae,  $1\frac{1}{2}$  latae, nebulaeformes, in quibus observantur *sphaerulae* minutissimae et inter se distantes.

55. SPHAERIA PICEA: elongata inaequalis picea, sphaerulis sparsis subdepressis

sis latentibus, demum pertusis. *Ic. et Descr. fung. Fasc. 2. t. 10. f. 7. et 8.*

Hab. ad caules aridos *Atropae Belladonnae* etc. Vere.

Maculae opacae, piceae, *Sclerotio duro* fere similes, vnc. 1 fere longae, a lin. 1 ad 4 latae, colore piceo, quae obtegunt *sphaerulas* distantes, in ligno latentes obtusas, molles, oblongas, prominentes, demum vero medio pertusas.

56. SPHAERIA STRIAEFORMIS: gregaria striaeformis breuissima vtrinque subatenuata laevis, sphaerulis latitantibus astomis.

Hab. rarissime ad caules Herb. maiorum (*Pastinacae?*).

Cespitulus strias  $\frac{1}{2}$  —  $\frac{3}{4}$  lin. longas paralelas opacas, nigrescentes efformat, sub quibus nidulantur *sphaerulae* molles, astomae, globosae.

57. SPHAERIA VELATA: tecta latissima, sphaerulis sparsis immersis, crusta submembranacea tectis, ostiolis subprominulis.

Hab. rarius in ramis *Tiliae*.

Sub epidermide proueniunt *sphaerulae*, intra corticem fibrosam nidulantes, vt plu-

ut plurimum solitariae, rarius 2—3 aggregatae, crustaque tenui obsolete membranacea, sordide nigra obvelatae; nec prominent vti in *Sphaeria lata*. Ad latitudinem quadriunciam et ultra vndique ramum occupat haec species.

58. SPHAERIA VDA: difformis oblonga aut subquadrangularis nigra, sphaerulis ostiolisque obtusis inaequaliter prominentibus. *Disp. meth. fung. p. 3.*

Hab. ad ligna exsiccata quercina, vbi in formam linearem, aut inaequaliter dilatata, crescit.

Nunc *sphaerulae* ad dimidium prominent, nunc sola ostiola, quae obtusa, eminent. Si sphaeriae cespitulus horizontaliter dissecatur, tunc lineam nigram subcircinatam in ligno inuenies.

β. *salicaria*: cespitulo subinterrupto, sphaerulis rugulosis prominulis, circa ostiola subdepressis.

Hab. ad ligna Salicis cauae exsiccata. An distincta species?

59. SPHAERIA SPICULOSA: subeffusa atro-inquinans, ostiolis longis teretibus tenuissimis.

Rarissima haec species mecum communicata a cel. *Schrader*.

Prouenit ad ramulos, quem colore nigro inquinat, quibus vero *sphaerulae* totae sunt immersae: ostiolis prominulis, quae tenuia, crassitudine ferme aequalia, et 1 — 2 lin. longa sunt.

60. SPHAERIA SPINOSA: magna effusa dilatata, ostiolis crassis spinosis quadrigonis. *Disp. meth. fung. p. 3.*

Hab. ad ligna trunci indurata nigrefacta. Vere?

Ad latitudinem nonnunquam insignem reperitur. *Sphaerulae* ligno primo immersae et subsolitariae, dein prominent et secum connascuntur.

61. SPHAERIA PROTRACTA: crustacea tota nigra, sphaerulis per paria in seriem oblongam approximatis, ostiolis brevissimis obtusis subrugoso-angulatis.

Hab. in ramis *Aceris campestris*.

Sub cortice prouenit, intra cuius rimas ostiola prominent, quae se approximando adtingunt. Cespitulus 4 lin. ad vnc. 1 longus, lin. 1 latus, materie crustosa tectus.

SECTIO QUINTA: Sphaerulis per receptaculum quoddam crustaeforme, conicum in cespitulum forma distinctum, coaceruatis: ostiolis versus medium conuergentibus. (*Pustulatae s. tuberculatae.*)

62. SPHAERIA FERRUGINEA: transuersim erumpens nigra, ostiolis spinulosis strictis, intus sphaerulis puluere ferrugineo cinctis. *Obs. mycol.* 1. p. 66. t. 5. f. 1 — 2

Hab. ad ramos exsiccatos *Coryli Auelanae*.

OBS. Medium inter hanc et familiam compositam, tenet locum, cum ostiola sibi non valde approximent, et intus stroma quoddam puluerulentum, a substantia ligni forte ortum, obseruetur.

63. SPHAERIA CILIATA: subrotunda, sphaerulis in corticis substantia prominente nidulantibus, ostiolis longissimis diuenticatis subflaccidis. *Obs. mycol.* 2. p. 67. t. 5. f. 3.

Hab. ad ramos *Vlmi campestris* haud infrequens.

Receptaculum pallidum, a substantia lignosa corticis ortum. *Ostiola* ciliiformia, laeuissima.

Obs. Huius loci videtur *Sphaeria Hystrix*. *TODE Fung. mecklenb. 2. p. 53. t. 16. f. 127.*, sed sphaerularum ostiola obstant, quae incrassata dicuntur.

64. SPHAERIA FIMBRIATA: epiphylla subcircinata: ostiolis spinulosis clauatis basi fimbria albicante cinctis. *Obs. myc. 1. p. 70.*

$\alpha$ . *Carpini*: sphaerulis dense approximatis, cespitulo irregulari.

*Sphaeria Carpini. Hoffm. veg. crypt. 1. t. 1. f. 1.*

*Sphaeria spiculosa. Batsch. El. fung. p. 273. f. 182.*

$\beta$ . *Coryli*: cespitulo orbiculari, sphaerulis nonnullis distantibus.

*Sphaeria Coryli. Batsch. l. c. Cont. 2. t. 42. f. 231.*

Hab. frequens in foliis *Carpini Betuli*.

Aestate in foliis adhuc viridibus maculas nigras sistit; autumnno ostiola spinosa, laeua, sursum incrassata, basi fimbriis, a foliorum epidermide ortis, cincta, protrudit.

*Var.  $\beta$ .* rarissima est et solum circa *Jenam* hucusque a *cel. Batsch* inuenta, et mecum beneuole communicata.

65. SPHAERIA PRVNASTRI: ventricosa, ostiolis spinulosis erumpentibus quadrigonis.

Hab. ad ramos exsiccatos *Pruni spinosae*.

Receptaculum sphaerulas includens, sub cortice crescit. *Ostiola* erumpunt, basi adproximata, sursum diuergunt.

66. SPHAERIA SCUTELLATA: orbicularis puluinata erumpens, ostiolis sparsis teretiusculis crassis subspinulosis.

Hab. hinc inde ad ramos exsiccatos *Acerinos*.

Aetate iuniore sphaeriam quandam simplicem repraesentat, et ostiolum saepe vnicum, crassum, subrotundum protrudit; deinde totus cespitulus, epidermide tectus, conspicitur tumidus, 2 lin. latus, 1 fere crassus, qui ex pluribus sphaerulis constat, tandem partem superiorem vna cum sphaerulis amittit: basi, scutellarum difformium ad instar, remanente. An huius sectionis species?

67. SPHAERIA RADVLA: pustulata, ostiolis subteretibus prominentibus, angulato-asperis.

Hab. ad ramos (quercinos?) exsiccatos.

Pustula, sphaerulas ambiens, orbicularis depressa. *Ostiola* prominent, 5 — 8 obsolete angulata, obtusa, ad tactum, radulae ad instar, aspera.

68. SPHAERIA NIVEA: conica, disco farinaceo niueo, ostiolis prominulis papillatis.

*Sphaeria niuea*, tuberculosa, tuberculis truncatis niueis. *Hoffm. veg. crypt.* 1. p. 28. t. 6. f. 3.

Lichen *rosaceus*, tuberculis niueis nigro-punctatis. *Fl. Dan.* t. 325. f. 1.

Hab. frequens ad ramos exsiccatos *Populi Tremulae*.

Aetate iuniore puncta alba repraesentat, demum discum manifestum acquirit, ostiolisque instruitur granulaeformibus; substantia interna sicca, puluerulenta, pariter alba, inter quam nidulantur sphaerulae.

Obs. *Sphaerium Talus*. Var.  $\alpha$ . *Tode Fung. mecklenb.* 2. p. 24. t. 11. f. 92. huc pertinere ex viuis speciminibus, mihi ab eo ipso missis, edoctus sum; verum quodammodo ab indagatore, ceteroquin exacto, sphaerularum ostiola pro sphaerulis sumi, nec non delineari potuissent,

mihi



mili plane ignotum est, cum, pustulis dissectis, hae mox in conspectum veniant.

69. SPHAERIA LEVCOSTOMA: disco truncato albido, poris nigrescentibus perforato. *Disp. meth. fung. p. 50. et Bot. Annal. St. 11. p. 23.*

Prouenit passim ad caudicem et ramos exsiccatos *Pruni domesticae et Cerasi.*

obs. Discus albidus quidem, sed loco ostiolorum prominentium foraminibus 2 — 3 pertusus est.

70. SPHAERIA BETULI: subrotunda, ostiolis globosis papillatis. *Disp. meth. fung. p. 3.*

Hab. frequens ad truncos et ramos exsiccatos *Carpini Betuli.*

obs. Nonnunquam, si rami, in quibus prouenit, locis vdis, aut suffocatis iaceant, ostiola teretia, difformia, spinulosa euadunt, quemnam *statum Sphaeria tentaculata BATSCH El. Fung. Cont. 1. p. 277. t. 30. f. 182.* exhibet, et qui ob ostiola quemquam facile inducere poterat, vt diuersam ex hac varietate constitueret speciem.

71. SPHAERIA CORNICULATA: subrotunda, ostiolis confertis crassiusculis e tereti subrotundis apice umbilicatis.

*Sphaeria corniculata.* *Ehrh. pl. crypt. Dec. 30. nr. 300.*

Hab. sub cortice ramorum.

Primo intuitu *Sphaeriae Betuli* similis, a qua vero ostiolorum forma quam maxime differt.

72. SPHAERIA FIBROSA: orbicularis depressa: disco expallescens, ostiolis subrotundis nitidis disco subexcauatis.

Hab. in substantia corticis fibrosa ramorum, praesertim prunorum.

*Ostiola* corticis epidermidem perforant eamque, colore nativo rufam, in ambitu pallidum reddunt, qua nota mox dignoscitur haec species, antecedenti ceterum quam maxime affinis. Fibrae corticis per fungillum ipsum penetrant.

73. SPHAERIA MICROSTOMA: subrotunda, disco prominente planiusculo, ostiolis minutissimis granulaeformibus.

Hab. ad ramos *Pruni domesticae.*

Lin. 1—2 lata, 1 alta. *Sphaerulae* substantia ligneo colore cinctae. *Ostiola* plurima, conferta, pro ratione parua.

74. SPHAERIA TVMIDA: maiuscula turgida, disco prominente planiusculo obtuso nigro, ostiolis nullis.

Hab. rarius ad ramos exsiccatos quercinos.

$1\frac{1}{2}$  lin. lata, lin. 1. alta, substantia interna ex oliuaceo subcinerascens.

75. SPHAERIA AMPVLLACEA: subrotunda, collo tereti elongato, disco obtuso prominente.

Hab. interdum in ramis *Tiliae*.

Basis rotundata, corticis fibris immersa; collum elongatum; discus subconvexus, margine subangulatus. *Sphaerulae* in paucis speciminibus modo distinctae obseruantur. An *Sph. Tiliae* varietas?

76. SPHAERIA PVSTVLATA: sublenticularis, collo breui contracto, disco fuliginoso poro vnico perforato.

*Sphaeria pustulata*, lentiformis perforata. *Hoffm. veg. crypt.* 1. p. 26. t. 5. f. 5.

Hab. passim ad ramos salicinos etc.

OBS. Plures adhuc occurrunt huius et nonnullarum antecedentium specierum varietates, aut subspecies, quae vero tam paucos praebent characteres distinctiuos, quibus facile distingui potuissent.

SECTIO SEXTA: Sphaerulis in circum digestis decumbentibus nudis, sub epidermide nidulantibus: ostioliis approximatis ut plurimum erumpentibus. (*Circinnatae*.)

OBS. Forte modo ut Subdiuisio antecedentis sectionis consideranda, cum species, quoad ostiolorum situm, in vniuersum conueniant.

77. SPHAERIA PENTAGONA: circinnata maiuscula, ostioliis rectis teretibus rugosis, ut plurimum pentagonis.

Hab. in ramis *Sambuci Ebuli?* a Dr. *Blottner* mihi missa.

Ad maiores et elegantiores huius familiae pertinet. *Sphaerulae* totae corticis substantia tectae. *Ostiola* atro-nitida, in cylindrum crassum obtusum approximata, primo sulcato-angulata, deinde distinctius 4—5-gona.

78. SPHAERIA CAPSVLARIS: circinnata, ostioliis prominulis sphaerulas ouato-pillatas mentientibus.

Prov.

Prov. ad ramos exsiccatos.

Haec rara aequae ac singularis species, aetate iuniore pustulas exhibet albidas, linea nigra cinctas; valde matura, praeter sphaerulas intra corticis substantiam latitantes, alias adhuc protrudit *sphaerulas?* aut *ostiola sphaerulaeformia* ovata, intus caeva, papilla acuta instructa, nitida, quod omnino peculiare est.

79. SPHAERIA PVLCELLA: circinnata nuda, ostiolis longissimis flexuosis. *Disp. meth. fung. p. 5.*

Hab. sub epidermide ramorum et caudicis *Pruni Cerasi*.

Ad maiores huius familiae, nec non inter memorabiles pulcherrimasque pertinet. *Sphaerulae* ovatae, ut plurimum collapsae, pro ratione parvae, earum ostiola e contrario longissima, adpressa, interiora recta, plura flexuosa, apice pertusa.

80. SPHAERIA CORONATA: circinnata, ostiolis incrassatis obtusis laevibus.

*Sphaeria coronata*, ostiolis epidermide perforata spinulosis. *Hoffm. veg. crypt. 1. p. 26. t. 5. f. 5.*

Hab. ad ramos *Crataegi* rarius.

*Ostiola*

*Ostiola* clauata, adscendentia, erumpentia. Semel alia mihi consimilis species fuit obuia, quae ostiolis acutis vtrisque attenuatis distinguitur, quae hinc omnino diuersa videtur.

81. SPHAERIA FAGINEA: circinnata, ostiolis hamatis asperis. *Disp. meth. fung. p. 3.*

Hab. copiose ad ramos *Fagi sylvaticae*, nec alibi, qui hinc colore fuluo-rubiginose tincti sunt et ad tactum, ob ostiola, radulae ad instar, asperi.

β. *Sphaeria turgida*: circinnata tecta turgescens, sphaerulis subrotundis: ostiolis rectis laeuiusculis. *Obs. myc. 1. p. 17.*

Prouenit rarius ad ramos fagineos, quorum epidermidem bullatim protrudit, gelatinaque copiosa emissa eam atro inquinat.

OBS. Nonne potius distincta species, qualem eam l. c. constitui?

82. SPHAERIA AMBIENS: circinnata, ostiolis subouatis discum albidum cingentibus.

Prov. ad corticem *Crataegi*, passim et *Fagi*.

In

In lineas elongatas parallelas saepius crescens. *Ostiola* ita, vt in antecedente, non prominent, nec aspera sunt.

83. SPHAERIA QVATERNATA: circinnata latitans, sphaerulis depressis vt plurimum quaternis: ostiolis breuissimis obtusis. *Obs. mycol.* 1. p. 64.

Hab. non infreqnens ad ramos aridos *Fagineos* et *Acerinos* etc.

*Sphaerulae* subrotundae, opacae, numero 2 — 5, decumbentes. *Ostiola* breuissima, incurua, epidermidem corticis parum perforantia conuergunt.

84. SPHAERIA VMBILICATA: circinnata parua, ostiolis confertis subcupularibus asperis.

Hab. rarius ad ramos *Coryleos*.

Inter minores huius huius familiae species numeranda. *Ostiola* prominent, ad tactum aspera sunt, apice excauata s. profunde umbilicata.

85. SPHAERIA PLATANOIDIS: circinnata, sphaerulis nudis: ostiolis globosis nitidis.

Hab. in *Acere Platanoides*, rarior.

OBS.

OBS. *Sphaeriae Betuli* quidem quoad ostiola affinis, sed sphaerulae non sunt in tuberculum, cortice receptaculi tectum, collectae. *Ostiola* nonnulla umbilicata.

86. SPHAERIA CONVERGENS: circinnata latens nuda, sphaerulis ouatis erectiusculis, ostiolis rectis, suberumpentibus.

*Sphaeria convergens*, composita, rosacea, aggregata; sphaerulis atris, excipuliformibus liberis conuergentibus. *Tode Fung. mecklenb.* 2. p. 39. t. 14. f. 111.

Hab. ad ramos.

*Sphaerulae* intra corticis substantiam nidulantur, non decumbentes. *Ostiola* pro more huius familiae conuergentia, epidermidem perforant, forma cylindrica.

87. SPHAERIA PVSILLA: circinnata minutissima tecta nuda, sphaerulis globosis decumbentibus, ostiolis rectis subadscendentibus teretiusculis.

Hab. rarius sub epidermide ramorum *Tiliae*; et in *Sphaeria velata* innascentem eam hactenus inueni. Facile inter minimas saltem huius diuisionis species ponenda.



88. SPHAERIA SALICINA: circinnata ostiolis apice in discum rugosum perforatum concretis. *Obs. mycol.* 1. p. 64.

*Sphaeria cancellata*, subcomposita, rotundo-oualis, conuexa, aggregato-spar-sa, atra, monosticha, velo prominente, sphaerulis connatis. *Tode fung. mecklenb.* 2. p. 34. et 35. t. 13. f. 107. (etiam huius loci est.)

Ad ramos salicinos obseruatur.

*Ostiola* inter se materie lignoso-fungosa disciformi connexa; hicce discus primo sordide nigrescit, tempore vero progrediente ex cinereo albicat et fungillo adhuc immaturo, simularis illaesus, dein aut poro vno alteroue pertusus, aut, quod rarius accidit, ostiola ipsa ex eius superficie globosa prominent. *l. c.*

89. SPHAERIA OLIVACEA: circinnata, ostiolis apice membrana connexis, pulvere oliuaceo inter sphaerulas.

Hab. rarius ad ramos exsiccatos *Ribis rubri*.

*Ostiola* apice discum subdepressum nigrum efficit. Si cespitulus dissecetur, tunc puluis a receptaculo seu stromate ortus conspicitur.

90. SPHAERIA TESSELLA: circinnata, linea nigra cincta, ostiolis distantibus, vt punctis 4 — 5 nigris.

Hab. in sepibus ad ramos salicinos.

Lin. 1 — 2 lata. Ob ostiola, quae laevia, inter se distantia, punctaque nigra in ordinem :: aut :: :: :: :: disposita mentientia, facile dignoscitur haec species. *Thecae* crassiusculae: *Sporulae* ouatae.

β. *Sphaeria decedens*: circinnata, ostiolis distantibus 4 — 6 breuissimis pertusis linea nigra non cinctis.

Prouenit rarius sd ramos *Coryli Auelanae*.

Vlterius inquirenda, an potius species sit distincta, cum ostiola, inter se quidem distantia, puncta nigra non referant, nec linea nigra circumscribantur. Ceterum a characterè huius familiae quam maxime decedit haec species.

SECTIO SEPTIMA: erumpens, cespitulo subrotundo, sphaerulis inter se liberis, receptaculo insidentibus. (*Cespitosae*.)

obs. Acernulum sphaerularum, e ramorum cortice erumpentium, refert.

\* *Sphaerulis papillatis*.

91. SPHAERIA DECOLORANS: cespitosa cinnabarina expallescent, sphaerulis globosis tuberculato-rugosis.

*Sphaeria decolorans*, rubro-fusca pallescens, sphaerulis granulosis. *Disp. meth. fung. p. 3.*

β. *decipiens*: sphaerulis paucioribus, receptaculo magno prominente.

Hab. ad ramos *Aceris Platanoidis* etc. Varietatem β. vere in ramis *Sambuci racemosae* inueni.

*Sphaerulae*, papillis instructae, e colore obscure rubro demum sordide pallidae fiunt. Receptaculum flauo-rubrum, in β. *Tremellam purpuream* LINN. refert.

92. SPHAERIA COCCINEA: cespitosa dilute rubra, sphaerulis ouatis laeuius.  *Ic. et Descr. fung. t. 12. f. 2. a. b. c.*

*Sphaeria decidua*. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 31. t. 13. f. 104.*

β. *laeta*: sphaerulis subrotundis rugulosis laete rubris.

Hab. haud infrequens in cortice exsicato *Fagi sylvaticae*. *Var. β.* in trunco *Sambuci nigrae* inuenta, et mecum a cel. *Roth* communicata, maiorem cespitem efformat.

D

*Sphae-*

*Sphaerulae* minutae, iuniores granuliformes subouatae. *Stroma* intus flavescens.

93. SPHAERIA LABURNI: magna cespitosa nigra, sphaerulis congestis globosis papillatis opacis. *Obs. mycol.* 1. p. 69.

Hab. ad ramos frigore emortuos *Cytisi Laburni*. *Sphaerulae* subrugosae, ostiolo minutissimo instructae.

94. SPHAERIA POPULINA: cespitosa atra, sphaerulis ouatis laevibus subdivergentibus, receptaculo compacto insidentibus. *Obs. myc.* 2. p. 67. t. 5. f. 10. et 11. a. b.

Prov. rarius ad ramos *Populinos*. Cespitulus ultra ramum prominet, colore aterrimus.

95. SPHAERIA APPENDICULATA: cespitosa, sphaerulis subrotundis opacis subfuscentibus, receptaculo appendiculato subuilloso insidentibus.

*Sphaeria Laburni* var.  $\beta$ . *appendiculata*: minor, receptaculo appendiculato: perscisso ad latera alba punctato. *Obs. mycol.* 1. p. 69.

Hab. ad ramos aridos *Ribis rubri*, non infrequens.

*Cespi-*

*Cespitulus*, 2 — 3 lin. latus. *Sphaerulae* primo intuitu cinereo-fuscescentes, sub lente nonnullae sordide purpurascunt, opacae, intus parum farctae, subpapillatae?

obs. Vtrum *Sphaeria Ribis*, composita, conuexo-oblonga, aggregata, purpurascens, monosticha, sphaerulis ovalibus papillatis prominulis. *Tode Fung. mecklenb.* 2. p. 51. t. 12. f. 103. huc pertinet, an diuersa sit species, aut modo varietas, mihi non constat, cum exemplar, ab eo olim mihi sub hoc nomine missum, *Sphaeria* potius *simplex* tecta, quam *cespitosa* videatur.

\*\* *Sphaerulis astomis.*

96. SPHAERIA AUCUPARIAE: cespitosa nigra albido-puluerulenta, sphaerulis farctis elongato-subcylindricis.

*Sphaeria cespitosa*, composita hydroides lamellata, globoso-cespitosa aggregata atra, lamellis radiatis inferne connatis, apice sphaeruliferis. *Tode Fung. mecklenb.* 2. p. 41. t. 14. f. 113.

Hab. ad ramos exsiccatos *Sorbi Aucupariae*.

obs. Habitu crescendique modo cum caeteris *Sphaeriis* quidem conuenit; sed

intus tota farcta, et perpendiculariter secta, sphaerulas monstrat nonnullas basi connatas, sed non ita distinctas, quales b. *Tode* eas in opere citato delineauit.

97. SPHAERIA VARIA: cespitosa, sphaerulis variis: minoribus ouatis cauis; maioribus subglobosis farctis.

Rarissime ad ramos *Pruni Cerasi* crescit, ex quibus transuersim prorumpit.

*Sphaerulae* colore aterrimae. Inter minores obseruantur nonnullae, quae duplo maiores et pomiformes sunt, intus farctae, disco subumbilicatae, lin. vnam latae.

98. SPHAERIA BERBERIDIS: cespitosa nigra, sphaerulis globosis rimoso-rugosis farctis. *Disp. meth. fung. p. 3.*

Hab. ad ramos *Berberidis vulgaris*.

*Cespitulus* forma plerumque elongatus, maiusculus, in aliis subrotundus, ac minor, cuius latera vt plurimum occupant *Sphaerulae Sclerotio* similes, intus albidae.

99. SPHAERIA FVLIGINOSA: cespitosa, forma inaequali, sphaerulis globosis fuliginoso-nigris farctis laeuibus. *Obs. mycol. 2. p. 68.*

Hab.

Hab. passim ad ramos.

Cespitulum elongatum aut dilatatum efficit. Receptaculum tenuissimum. An huius familiae species?

100. SPHAERIA CUCURBITARIS: cespitosa nigra, sphaerulis rugosis vt plurimum collapsis. *Obs. myc.* 1. p. 64.

Sphaeria cucurbitula  $\beta$ . nigrescens. *Tode Fung. mecklenb.* p. 39.

Hab. passim ad ramos *Carpini* et *Tiliae europaeae*.

Obs. Primo intuitu *Pezizam* quandam cespitosam refert ob sphaerulas, in statu exsiccato collapsas. Hae intus cauae, substantia tenues et molles sunt.

101. SPHAERIA CUCURBITVLA: cespitosa rubra, sphaerulis mollibus laeuiusculis collapsis.

Sphaeria Cucurbitula. *Tode l. c.* p. 33. t. 14. f. 110.

In variarum arborum ramis ramulisque demortuis tempore vernali inuenitur. *Tode*. Mihi rarius hisce in regionibus in ramo populneo obuia fuit. Ab antecedente praesertim colore differt.

SECTIO OCTAVA: Sphaerulis solitariis liberis, receptaculo destitutis. (*Simplices.*)

\* *Ostiolo latissimo, ut plurimum compresso, sphaerulae ipsius latitudinem subaequante.* (*Platystomae.*)

102. SPHAERIA PILEATA: simplex, ostiolo plano obconico. *Disp. meth. fung. pag. 4.*

*Sphaeria macrostoma*: var.  $\epsilon$ . pileata. *Tode fung. mecklenb. 2. p. 13. t. 9. f. 78.*

*Ostioli* figura est ovalis, complanatur id scilicet superne, lateribus ad verticem capsulae contractis: unde cono truncato inuerso quodammodo simile est. Cortex durus et friabilis. In ramulis aridis tum cortice, tum libro immersa occurrit primo vere. *Tode.*

103. SPHAERIA CRISTATA: simplex, sphaerula subglobosa, ostiolo compresso dilatato.

$\alpha$ . *Sphaeria crenata*: nuda conferta, ostioli crista subcrenata sphaerulae latitudine.

Hab. ad ramos *Pruni spinosae* etc. rarissime, sequente maior, nec ligno immersa.

$\beta$ . *Sphaeria arundinis*: subimmersa sparsa, ostiolo laeui sphaerula subangustiore.

Hab.



Hab. in culmo exsiccato *Arundinis Phragmitis*; vt plurimum colore sordide nigro tunc inquinato, vbi *sphaerulae* ab initio fere totae immersae sunt, ostiolo compresso prominente excepto, deinde ultra dimidium eminent.

104. SPHAERIA MEDIA: simplex, sphaerulis sparsis ligno toto immersis, ostiolo prominente latiusculo.

Ad ramos aridos interdum reperitur.

OBS. Species media inter antecedentem et sequentem. *Ostiolum* compressum, rugulosum, latiusculum, vt plurimum solum conspicuum, cum *sphaerulae* intra lignum lateant. An mera varietas?

105. SPHAERIA ANGVSTATA: simplex, sphaerulis immersis, ostiolo lineari angustissimo.

Prouenit rarius ad ligna exsiccata.

*Ostiola* dimidiam lineam vix lata, sphaerularum fere latitudine sunt.

106. SPHAERIA DEHISCENS: simplex immersa, ostiolo compresso labiato dehiscente.

*α. nigra*: Sphaeria *Macrostoma*, simplex aggregato-sparsa globosa; orificio

D 4

largo

largo, labiato. *Tode l. c. 2. p. 12. t. 9. f. 76. Var. a.*

$\beta$ . *fusca* cum  $\alpha$  conuenit, sed minor et capsulae color fuscus, ac osculum neque atrum, et nitidum.

$\gamma$ . *nigro-fusca*: capsula nigra sub microscopio nigro-fusca ac tomentosa apparet; osculo spadiceo laeui, nitido, in *Hederae terrestris* et *Lonicerae Periclymeni* stipitibus aridis. Aprili et Maio. *Tode l. c.*

107. SPHAERIA LIBERA: sphaerula nuda exasperata, ostiolo labiato dehiscente. †

*Sphaeria macrostoma. Var.  $\delta$ . Tode l. c. f. 77.*

Sparsim crescit, ligno haud immersa. In frustulo ligni quercini eam inuenit b. *Tode.*

108. SPHAERIA COMPRESSA: simplex sparsa, sphaerulis totis immersis compressis, ostiolis cristatis.

Hab. ad ligna exsiccata.

Obs. An species constanter distincta? antecedentibus multo minor et *sphaerulis* ipsis compressis ab iis distincta est.

109. SPHAERIA DIMINVENS: simplex nigra, sphaerulis minutis prominulis subtruncatis: ostiolo compresso angusto diminuto, nonnullis subconico.

Hab. rarius ad ligna exsiccata.

*Sphaerulae* subrotundae, aliae disco truncatae s. applanatae, ostiola dimidiam sphaerulae partem adaequant, vt linea prominent et saepe cum ea confluent; nonnunquam ad formam regularem subconicam accedunt.

110. SPHAERIA EPISPHAERIA: simplex gregaria parasitica rubra, sphaerulis minutissimis subcompressis cristatis flaccidis.

*Sphaeria Episphaeria*, simplex aggregato-sparsa, purpurea, globosa: collabescendo-complanata, papilla conuexo-oblonga. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 21. t. 11. f. 89.*

Crescit vt plurimum in *Sphaeria Stigmatate Hoffm.* parasitice.

Substantia tenuis, flaccida, hinc exsiccata crispa; humectata compressa, erecta, apice conuexa, cristaeformis; nonnulla interea inueni specimina, forma ouata diuersa.

\*\* *Ostiolo tereti spinuloso, sphaerulae longitudine, aut hanc superante.*  
(Macrostomae.)

111. SPHAERIA DRYINA: simplex laevis nuda, sphaerula globosa, ostiolo longissimo flexili. *Disp. meth. fung. p. 4.*

*Sphaeria rostrata*, var. nigro-fusca. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 14. t. 9. f. 80?*  
Hab. ad ligna quercina.

Oculo inermi vix visibilis. *Ostiolum longissimum, setaceum, flexile.*

112. SPHAERIA ROSTRATA: simplex nuda, sphaerulis granulatis, ostiolo longissimo spinuloso.

*Sphaeria rostrata* var. *α.* *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 14. t. 9. f. 79.*

In ramulis caesis ac putrescentibus sparsim habitat. Iulio.

*Capsula* globosa, atra, extus granulata, seminis Papaveris fere magnitudine; loco papillae rostro est praedita, praelongo, apice subinflexo, quod lignum, capsulae scilicet demersae et sensim altiora petenti viam pandens, quae tandem ita eleuatur; vt tota in conspectum veniat. *Tode.*

113. SPHAERIA LAGENARIA: gregaria nuda mollis badia, sphaerulis globosis, ostiolis spinulosis strictis.

Hab.

Hab. parasitice in fungis effusis, passim et ad truncos.

Substantia mollis, superficie rugulosa, colore obscure spadicea, basi villo strigoso obducta, de quo vero anceps haereo, vtrum ei propria, an matris pars sit.

114. SPHAERIA STRICTA: simplex nuda opaca nigra, sphaerulis globosis laevibus, ostiolo spinuloso crassiusculo stricto.

Hab. rarius ad ligna exsiccata.

Magnitudine sequentis. *Sphaerulas* nunc inveni sparsas, materie mucosa quasi obtectas, nunc congestas, secum confluentes fere.

115. SPHAERIA CIRRHOSA: simplex sparsa, sphaerulis immersis, ostiolis spinulosis, basi fibrillulis in ligno diurgentibus cinctis.

Rarius ad ligna exsiccata, mollia observatur.

*Sphaerulae* intra lignum latentes, pilis longis, raris obductae. *Ostiola* rudia, subfalcata, prominent; ipsa glabra, basi vero pilis s. cirris pilosis, ad *sphaerulas* pertinentibus, adhuc cincta.

116. SPHAERIA BIFORMIS: sphaerulis ovatis ostiolisque spinulosis strigosis.

β. Sph. *Brachystoma*: sphaerulis globosis, ostiolis breuibus subconicis.

Prouenit rarissime ad truncos.

obs. Sub eodem cortice inueni sphaerulas *globosas* (var. β.), quarum ostiola capsulis breuiora sunt, et sphaerulas *ouatas* (var. α.) cum ostiolis elongatis crassiusculis confluentibus. Pili sparsi tam in sphaerula, quam in ostiolo obseruantur.

117. SPHAERIA BARBATA: simplex epiphylla, sphaerulis nudiusculis basi pilis radiantibus cinctis, ostiolis spinulosis apice in fibrillulas dissectis. *Disp. meth. fung. p. 50. Annalen d. Botan. St. 11. p. 24. t. 2. f. b. a. c.*

Hab. rarissime in foliis deciduis quercinis.

obs. Vltcrius examinanda, an quoad ostiolum, et basin strigosam constans sit.

118. SPHAERIA TUBAEFORMIS: simplex epiphylla, sphaerulis cum epidermide prominulis ouatis, ostiolis spinulosis strictis subrufescentibus.

*Sphaeria tubaeformis*, simplex, stylifera aggregata globosa collabescendo cupularis? atra, stylo spermatico crassiusculo, connato, bicolori. *Tode fung. mecklenb. 2. p. 51. t. 16. f. 125.*

Folia

Folia decidua *Fagi*, *Carpini* et *Betulae* in superficie prona interdum spinulis, vix visibilibus, aggregatis horrent. Quodsi, lente admota, eiusdem folia perlustrentur, tubercula observantur minutissima, hemisphaerica, fulva, apice findenda. Per hanc fissuram effertur spinula, seu stylus crassiusculus, subobtusus, laevis, aequalis, subrectus, fulvus, substantiam e gelatina obduratam prodens. *Tode.*

OBS. In specimine a beato Auctore mecum communicato, sphaerulae non collapsae sunt, et ostiola, luci praesertim obversa, modo sordide rufescunt.

119. SPHAERIA GNOMON: simplex epiphylla, sphaerulis vt plurimum collapsis ostiolisque clauatis glaberrimis. *Disp. meth. fung. p. 51. Annalen der Botanik. St. 11. p. 24. t. 2. f. 6.*

*Sphaeria Gnomon*, simplex stylifera, aggregata, globosa, collabescendo concavescens nigra; stylo spermatico procero, subrecto. *Tode l. c. p. 50. t. 16. f. 125.*

Hab. initio veris, satis frequens ad folia decidua *Coryli Auellanae*, in sylvis locis umbrosis. *Sphaerulae* sublatent. *Ostiola* longa.

120. SPHAERIA SETACEA: simplex epiphylla, sphaerulis sparsis in folii substantia latentibus, ostiolis prominulis setaceis attenuatis. *Annalen d. Botanik. l. c. p. 2. t. 2. f. 7. a.*

Hab. raro in fol. quercinis deciduis, vere. Talia folia, lente illustrata ostendunt setulas nigras, vt plurimum subobliquas, quae ostiola sunt *sphaerularum*, intra substantiam folii latentium. Hae vero minori in numero simul proueniunt, ac inter se distant.

121. SPHAERIA SOLANI: tecta laeuis, ostiolo erumpente filiformi. *Disp. meth. fung. p. 4.*

Crescit autumnno sub epidermide tuberum *Solani tuberosi* putrefactorum, quae vere plantata fuerunt. Minutissima, et oculo armato inquirenda species.

122. SPHAERIA ACUTA: gregaria nuda, sphaerulis atris nitidis subglobosis, ostiolis spinulosis crassiusculis cylindricis. *Obs. mycol. 2. p. 70. Hoffm. veg. cryptog. 1. p. 22. t. 5. f. 2. Sowerby engl. fung. t. 119.*

Hab. vere ad basin caulium aridorum, praesertim *Vrticae dioicae*.

Ad nitidiores pertinet species. Ostiolo fragili facile deciduo. *Sphaerulae* subampullae-



pullaeformes, nonnullae subcollapsae, colore atro nitido.

\*\*\* *Ostiolo sphaerula breuiore subelongato, conico aut cylindrico, ut plurimum vero papillaeformi.* (Brachystomae.)

123. SPHAERIA RUBELLA: simplex sparsa, sphaerulis prorumpentibus, crusta puluerulento-fibrosa rubra cinctis, ostiolo elongato conico subrugoso.

β. *Sphaeria porphyrogona*: simplex aggregata phialaeformis atra, crustae tenuissimae violaceae innata. *Tode fung. mecklenb. 2. p. 12. t. 9. f. 72.*

OBS. Inueni meum fungillum in caulibus exsiccatis plantarum, *Atropae belladonnae* etc., rarius. *Sphaerulae* ligno totae fere antea sunt immersae, deinde prorumpunt, opacae, basi, an a ligni particulis? substrigosae. *Ostiolum* conicum, subelongatum. *Macula* obscure rubella, in ligno obuia, mox hanc speciem manifestat.

Vtrum *Sphaeria Todeana* eadem, an diuersa sit, ex sequente ipsa auctoris descriptione apparebit:

“In caulibus putridis *Solani tuberosi* passim apparent maculae amoene violaceae, oblongae, vnc. 1 et ultra latae. Ex hac

hac crusta eminent ad medium vsque capsulae laeues atrae, minutissimae; papilla habitiori proceras; corpore compresso; basi complanata.”

124. SPHAERIA FIMETI: fimetaria subcrustacea, sphaerulis subimmersis, ostiolo elongato subobliquo.

*α. equina*: crusta tenui caesio-cinerea.

*β. vaccina*: crusta crassiore nigra.

Hab. rarius in fimo vaccino aut equino.

Obs. Ex ostiolis magna gelatinae nigrae copia, praesertim in *β*, secernitur.

125. SPHAERIA PYRIFORMIS: sparsa minuta simplex, sphaerulis pyriformi-conicis, ostiolis acutis confluentibus.

Prov. rarius ad ligna exsiccata.

Obs. Quoad formam quadantenus cum *Sphaeria subulata*. TODE *t.* 15. *f.* 117. *c.* congruit, sed basi latior; colore quoque differt, nec non superficie laevi.

126. SPHAERIA MAMMAEFORMIS: simplex parca, sphaerulis maiusculis globosis laevibus subconfluentibus, totis glabris, ostiolo papillato.

Hab. rarius ad ligna exsiccata.

Obs. Sequentibus affinibus speciebus maior; superficie glabra, laevi; substan-  
tia

tia tenui, fragili; saepe duae, rarius tres confluunt *sphaerulae*. An specie a praecedente diuersa?

127. SPHAERIA POMIFORMIS: gregaria, minuta, sphaerulis pomiformibus laevibus, circa ostiolum papillaeforme subimpressis.

Hab. ad truncos exsiccatos, rarius.

Antecedente triplo minor, et magis fragilis; hinc saepe *sphaerulae* inueniuntur ad dimidium superne dentato-lacerae, quae glabrae et colore nigro sunt.

β. *Sphaeria rugulosa*: gregaria simplex molliuscula, sphaerulis subrotundo-ouatis rugulosis, ostiolo subpapillaeformi obtuso.

Ad ligna putrescentia.

Natura videtur mollis, hinc nonnulla indiuidua subcollapsa inueniuntur, colore opaca, atra. *Ostiola* quoad formam variant: nunc papillaeformia, nunc subobsoleta, in aliis obliqua, seu ad vnum latus spectantia obseruantur.

128. SPHAERIA SERIATA: in seriem elongatam vt plurimum conferta, sphaerulis minutissimis rugulosis mollibus orbiculatim depressis papillatis.

E

Hab.

Hab. in ligno exsiccato quercino, vbi in tractu lineari crescere solet.

129. SPHAERIA PEZIZA: gregaria sordide rubella, sphaerulis globosis, exsiccatis collabescendo - concauis, basi subpilosus.

*Sphaeria Peziza*, simplex globosa hydrophora aggregata rubens collabescendo concauescens. *Tode fung mecklenb.* 2. p. 46. t. 15. f. 122.

*Peziza hydrophora.* *Bull. champ.* p. 243. t. 410. f. 11?

*Lycoperdon hydrophorum.* *Sowerby engl. fung.* t. 23? (huius loci videtur.)

*Sphaeria miniata.* *Hoffm. fl. germ.* 2. t. 12. f. 1.

Hab. frequens ad variarum arborum truncos, et ligna exsiccata cauernosa, autumnno.

Pro diuersa aetate, colore plus minusue viuido differt; demum vero pallescit. *Substantia* mollis, hinc saepe collapsae obseruatur *sphaerulae*, quae etiam, praesertim basin versus, pilis (*Byss*o quadam parasitica?) obuelatae inueniuntur. Guttulas aqueas vero euomentes eas nondum obseruauimus.

130. SPHAERIA ARANEOSA: simplex opaca nigra; sphaerulis papillatis laevibus, villo tenuissimo albicante obtectis. *Icon. et descr. fung. Fasc. 1. p. 24. 25. t. 7. f. 6. b.*

Hab. ad ramos exsiccatos, cortice orbatos.

*Sphaerulae* maiusculae, nunc solitarie, nunc gregarie crescunt, opacae, et tela araneosa quasi obtectae, verum, vti in sequente, crustae tomentosae haud insident.

131. SPHAERIA BYSSISEDA: maiuscula sphaerulis globoso-papillatis, tomento crasso fusco cinctis.

*Sphaeria Byssiseda*  $\beta$ . fusca. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 10. t. 9. f. 70.*

Hab. non raro ad ramos et cortices exsiccatos.

obs. Duas huius speciei possideo varietates: *maior*, sphaerulis magnis sursum glabris: *minor*, sphaer. minoribus vndique subtomentosis. Ex ostioli posterioris villum griseo-cinereum efflorescentem hoc vere observavi.

Varietatem *griseam* T., mihi nondum obuiam et adhuc dubiam, b. *Tode* l. c. ita descripsit:

“Figura capsulae globi aliquantum compressi. Cortex exterior membranaeus, laevis, nitidus, admodum tenuis, e liuido griseus; interior crassiusculus durior, atrii coloris. *Papilla* ferme conica, initio clausa, post modum aperta. Singulae, raro geminae, insident in expanso cuidam rotundato, figura conuexa, e fibris s. filamentis firmulis laxius connecto, lignumque circumquaque obducentibus. Sub finem Martii varietas haec pulchra aequae ac rara in ramulo *Salicis albae* putrescente reperta. *Tode.*”

132. SPHAERIA CINEREA: sphaerulis globosis nigris papillato-acutis crusta villosa crassa cinerea cinctis.

Rarissima et pulchra species mihi *Hala Saxoniae* missa a b. *Wohlleben.*

Prov. ad ligna exsiccata.

*Sphaerulae* confertae, ipsae glabrae, nigrae, vndique, aetate praesertim iuniora, tomento cinereo laxo inuolutae. *Ostiolum* papillato-acutum.

133. SPHAERIA AVRANTIA: conferta, sphaerulis subrotundis rubicundis papillatis, crusta tomentosa aurantio-ferruginea cinctis. *Ic. et Descr. fung. 2. t. 11. f. 4 et 5.*

In

In fungo quodam putrescente exsic-  
cato eam inueni.

E longinquo vt macula aurantia ap-  
paret. *Sphaerulae* ipsae colore sunt ob-  
scuriores, opacae, inmutabiles, rugulo-  
sae, primo immersae, demum ad dimi-  
dium fere e tomento exsurgunt: *Ostio-  
lum* obtusum, satis crassum.

134. SPHAERIA TRICHODERMA: sim-  
plex, sphaerulis conicis denudatis, au-  
rantio-rubris, membranae tomentosae lu-  
tescenti insidentibus.

*Sphaeria Trichoderma*, aggregata spar-  
sa, sessilis, conica, membranae tomen-  
tosae insidens. *Hoffm. veg. in subterra-  
neis hercynicis. Fasc. 1: p. 9. t. 6. fig. 1.*

Hab. in fodinis *Hercyniae*, 130 *Lach-  
ter* et altius a terra remotis, in vetu-  
stissimis plenariae destructioni proximis  
lignis. H.

Expansio membranacea, innumeris  
fibris byssinis contexta, ex cinereo luteo  
et aurantio variegata. Superficies granu-  
losa a minutissimis sphaerulis gregatim  
pronascentibus, dilute sanguinei et au-  
rantii coloris, in basi mucida sessilibus.  
Temporis progressu exsiccatae sphaerulae  
nigrescunt, tenuioris et membranosae

pellucetis ad lentem fabricae: diu satis tamen persistente expansione byssino-tomentosa. *Hoffmann. l. c.*

135. SPHAERIA ALBICANS: simplex maiuscula, sphaerulis globoso-papillatis: nonnullis confluentibus subiculo albicanti subimmersis. *Obs. mycol. 1. p. 71.*

Prov. in Salicibus cauis.

*Sphaerulae* dimidium fere sunt immer-sae, situ vt plurimum elongato, basi ma-terie albicante subtomentosa quasi, et crustae subsimili cincta; sphaerulae ipsae glabrae, nigrae, ceteris maiores. An potius ad sectionem quartam amandanda?

β. *Sphaeria confluens*: simplex con-fluens atra papillata, volua fugaci. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 19. t. 10. f. 87.*

Obs. Subspeciem inter hanc et se-quentem intermediam efficit, et quae, se-cundum *Tode*, in lignis, carie consum-tis, praesertim *Salicis* nascitur.

136. SPHAERIA SEMINUDA: simplex parca, sphaerulis superne glabris atris, inferne tomento tenui albicante, ligno-que immersis, ostiolo conico acuto.

Prov. rarissime ad ligna exsiccata, vs-que tota fere immersa.

*Sphae-*



*Sphaerulae* nunc solitariae, nunc 2 — 3 continuæ, in materia compacta subtomentosa, externe laevi, albicante nidulantur, ex qua deinde, ad dimidium fere, nudæ prominent, quamobrem a sequente differunt.

137. SPHAERIA OVINA: sparsa, sphaerulis globosis ouatisque liberis, tomento compacto albido tectis, ostiolo papillato nigricante.

*Sphaeria mucida*  $\beta$ . alba. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 16.* (Varietas  $\alpha$  cinerea *Tod.* quoque huc, quoad descriptionem spectat.)

Hab. haud raro ad truncos putridos autumno.

*Sphaerulae* vt granula alba apparent, tomento compacto inuolutae, ostiolo minuto nigro distinctae, quo facile dignoscitur haecce species.

$\beta$ . *Sphaeria fuscescens*: gregaria, sphaerulis immersis globosis aggregatis tomento fusco inuolutis. †

*Sphaeria mucida*  $\gamma$ . fusca. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 16. t. 9. f. 75.*

*Tomentum* fuscum valde delicatum est. *Capsulae* lineari plerumque tractu protuberant, contiguæ, haud raro nutantes cernuntur. *Papilla* (ostiolum)

principio fusca, sensim atrum colorem induit. E rimulis lignorum putridorum progerminat Septembri. *Tode.*

138. SPHAERIA MUTABILIS: gregaria, sphaerulis subrotundis difformibusque subpapillatis tomento e virescente ferrugineo obtectis. *Ic. et descr. fung. Fasc. 1. p. 24. t. 7. f. 6.*

Hab. vere et autumno ad ligna exsiccata ad terram iacentia, et obtecta. Tam quoad colorem, quam quod formam variat.

139. SPHAERIA CANESCENS: conferta simplex, sphaerulis ouatis hirsutis incanis. *Obs. mycol. 1. p. 67.*

Crescit ad ramos exsiccatos quercinos; nonnunquam denso agmine.

*Sphaerulae* valde hirsutae, colore ex cinereo virescentes, rarius subfuscae, liberae, substantia fragiles, ad dimidium delapsae, saepe vt cellulae, postea inveniuntur. *Ostiolum* papillaeforme.

140. SPHAERIA CRINITA: simplex sparsa subimmersa nigra, pilis longissimis in ligno repentibus hirsuta.

Rarissimam ac nouam hanc speciem, in ligno, exsiccato crescentem, mihi misit

*Rev.*

*Rev. Tode*, dum adhuc in viuis esset. His in regionibus eam quoque rarius inueni.

*Sphaerulae* in ligno ipso proueniunt, maiusculae, fragiles, ouatae, obtusae, et quod ei singulare, pilis pro ratione longissimis, diuergentibus et in ligno incumbentibus obsitae.

141. SPHAERIA PILOSA: simplex conferta, sphaerulis minutis rotundo-ouatis laeuisculis pilosis, ostiolo simplice.  *Ic. et descr. fung. Fasc. 2. t. 10. f. 9. et 10.*

Hab. passim ad ligna exsiccata muscosa.

obs. Aetate iuniore pilos fasciculatos tantum exhibet, sub lente *Dematio* similis est. Sequentes minor et ob ostiolum cum sphaerula confluens, ab ea diuersa. Pili in sphaerulis breues sunt et diuergant.

142. SPHAERIA HIRSVTA: gregaria conferta, tota nigra, sphaerulis ouatis subtuberculosis sparsim pilosis, ostiolo subangulato obtuso.  *Disp. meth. fung. pag. 51.*

β. *Sphaeria acinosa*, globata clausa nigro-fusca, verrucosa et sparse pilosa.  *Batsch: El. fung. p. 269. t. 30. f. 179.* (Omnino huc pertinet, sed sphaerulae globosae et *astomae* sunt delineatae.)

Prouenit ad truncos putrescentes; aut ad terram, autumnno.

143. SPHAERIA RACODIUM: nigra, sphaerulis simplicibus rugosis hirtis tomento lato insidentibus.

Hab. autumnno ad truncos fagineos et pineos.

E longinquo *Racodii* cuiusdam speciem aemulatur ob subiculum tomentosum. *Sphaerulae* nunc solitariae, nunc aggregatae; oculo inermi quidem vix hirsutae apparent; tomento tamen breui strigoso obtectae, ostiolo papillaeformi instructae. An species satis distincta?

144. SPHAERIA HISPIDA: simplex sparsa pyriformis, atra, (setulis remotis) hispida. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 17. t. 10. f. 84.*

Sparsim in ramulo quercino cortice nudato vegetat. *Capsula* ouata, semilineam longa cum papilla ita confluit, vt *Sphaeriae* figura pyro inuerso similis sit, externe setis remotis, breuibus, ad basin vero longioribus obsita est. *Tode.*

145. SPHAERIA CALVA: simplex sparsa atra papillata, hemisphaerio superiore glabro, inferiore hispido. *Tode l. c. p. 16. t. 10. f. 83. †*

In

In ramulo deiecto arido occurrit.

Diameter capsulae vix dimidium lineae assequitur, color piceus, figura sphaeroidea, seu mala aurantia. *Sphaeria* superne ad medium vsque glabra, nitida, inferne setis hispida. *Ostiolum* papillaeforme. *Tode*.

146. SPHAERIA SPERMROIDES: congesta opaca rigida, sphaerulis globosis deorsum subteretibus, ostiolo papillaeformi obsoleto.

*Sphaeria spermoides* gregaria globularis nigra. *Hoffm. veg. crypt. 2. p. 12. t. 3. fig. 3.*

*Sphaeria globularis*, globata clausa nigra nitoris expers, indurata. *Batsch El. fung. cont. 1. p. 271. t. 30. f. 130.*

Hab. frequens ad truncos aridos.

*Sphaerulae* ita congestae, vt crustam efficiant, sub lente paulo rugulosae, substantia rigidae, fragiles, et basi, vbi teretes fere sunt, hirtae videntur; *cfr. fig. cit. Hoffmanni.*

147. SPHAERIA BOMBARDA: simplex fasciculata fuscescens, sphaerulis elongatis subuentricosis, ostiolo papilla acuta.

*Sphaeria Bombarda*, gregaria oblonga, nigrofusca, apice poro tenerimo semen album

album experimente. *Batsch. Elench. fung.* p. 271. *fig.* 181.

*Naemaspora glabra*, oblonga fusco-glabra. *Willd. Berol. nr.* 1207. *Roth. Flor. germ.* 1. p. 553.

Hab. ad truncos putrescentes, vbi aceruatim crescit.

Primo quidem intuitu nigra videtur, sed sub lente color fuscenscens apparet. Substantia parum mollior; et, tempestate bene fauente, gelatinam in formam et colorem farinae expellit, quod vero cum multis aliis speciebus commune habet.

148. SPHAERIA VENTRICOSA: simplex conferta nuda, sphaerulis medio ventricosis, ostiolo largo sublabiato.

Prov. in ramulo exsiccato. Mihi ante quosdam annos *Hamburgo* a naturae scrutatore solertissimo et acuto ab *Humboldo* beneuole missa.

*Sphaerulae* magnitudine communi, atrae, parum molles, deorsum subatenuatae, hinc obconicae, vltra medium ventricosae. *Ostiolum* breue, orificio largo et labiis tumidiusculis gaudet.

149. SPHAERIA PATELLA: sparsa simplex atra, sphaerulis disco impresso-plicatis, ostiolo papillato subobsoleto.

Sphae-

*Sphaeria penetrans*  $\alpha$ . *Patella*: TODE  
*Fung. mecklenb. p. 45. t. 15. f. 121.*

In caulibus plantarum putrescentibus.

*Sphaerulae* in exemplare, ab auctore  
mecum communicato, etiam aqua irriga-  
tae, disco collapsae remanserunt.

Obs. *Sphaeria penetrans*  $\beta$ . *compressa*  
TODE *l. c. t. 9. f. 74.* quoad descriptionem,  
quamvis mancam, diuersa species videtur.

150. SPHAERIA ARTOCREAS: (epi-  
phylla) simplex sparsa atra mammaefor-  
mis, collabescendo conuexo-complanata:  
plica annulari. *Tode Fung. mecklenburg.*  
*2. p. 20. t. 9. f. 73.*

In foliis emortuis *Fagi sylvaticae* cer-  
nuntur tubercula admodum parua sparsa,  
atra, quae, lente perlustrata, *sphaerias*  
sistunt mammiformes. Senescentes, dum  
collabescunt, forma earum ex hemisphae-  
rica plus minusue fit depressior, plica  
enim tunc fere in medio papillam in mo-  
dum annuli cingens, et tum fungillus  
*Artocreatis* figuram quodammodo aemu-  
latur. *Tode.*

151. SPHAERIA LINGAM: simplex  
sparsa suboualis depresso-concaua plicis  
rugosa, ostiolo rudi decumbente, aut  
subnullo.

*Sphae-*

*Sphaeria Lingam*, simplex, stylifera, aggregata suboualis puluinata, collabescendo concaua, rugosa, atra; stylo spermatico breuiusculo decumbente. *Tode l. c. p. 51. t. 16. f. 126.*

E caulibus exsiccatis *Brassicae oleraceae rubrae* dense pullulat.

*Sphaeria vieta*, si quae alia, multiformis depressa; nunc complanatam, nunc orbicularem tumidam; nunc vero quasi labiatam; nunc demum in labia, seu plicas concentricas subangulatas, corrugatam cernes. *Tode.*

152. SPHAERIA DOLIOLVM: simplex sparsa nuda, sphaerulis eleuatis subteretibus obtusis: plicis lateralibus distinctis, ostiolo papillaeformi.  *Ic. et descr. fung. fasc. 2. t. 10. f. 5 et 6.*

Hab. in caule plantarum maiorum.

*Sphaerulae* paruae, nitidae, e tereti subconicae, nonnunquam subdepressae. *Ostiolum* manifestum, papillaeforme.

153. SPHAERIA HERBARVM: simplex, sphaerulis sparsis laeuibus ut plurimum subdepressis, ostiolis papillatis.

*a. complanata*: maior, sphaerulis iit plurimum denudatis collapsis.

Sphae-



*Sphaeria complanata*, simplex aggregata? mammiformis pulla, collabescendo complanata. *Tode Fung. mecklenb.* 2. p. 21. t. 11. f. 88.

$\beta$ . *conuexa*: sphaerulis nudis orbiculari-conuexis, ostiolo prominente crassiore aperto.

$\gamma$ . *tecta*: minor, sphaerulis tectis, ostiolis prominentibus punctiformibus. *Obs. mycol.* 2. p. 69.

Prov.  $\gamma$ . copiose in caulibus siccis herbarum;  $\alpha$ . et  $\beta$ , quae ob ostiolum forte distinctae, rarius iisdem in locis occurrunt.

154. SPHAERIA FISSA: sphaerulis subconfluentibus seriatis erumpentibus globosis rugulosis papillatis demum dehiscentibus.

Ad ramos exsiccatos *Rosae caninae* reperitur.

*Sphaerulae* turgidae, in situ protractu e cortice prorumpunt, substantia molles, basi videntur subiculo puluereaco badio insidere; inde forte ad antecedentis familiae species pertinet; verum non in formam cespituli crescit. *Sphaerulae* nonnullae secum confluunt; valde maturaе fissae sunt et hiant.

155. SPHAERIA CAPITATA: simplex subimmersa, ostiolis globosis sulcato-rugosis maximis.

Rarissime intra fissuras truncorum aridorum occurrit.

OBS. Primo intuitu ostiola, quae omnium affinium specierum maxima, sphaerulas ipsas mentiuntur.

156. SPHAERIA OPERCVLATA: simplex sparsa, sphaerulis immersis latentibus, ostiolis prominulis globoso-depressis subangulatis.

$\beta$ . *aspera*: ostiolis prominulis elongatis subteretibus asperis.

Hab. ad ramos exsiccatos.

*Sphaerulae*, intra lignum absconditae, globosae sunt. *Ostiola*, quoad formam, eadem sunt, quae in *Sphaeria Stigma* var.  $\alpha$ . observantur.

Nonnunquam vero, vti in  $\beta$ , sed rarius elongantur, tenuiora et ad tactum aspera euadunt, ita vt primo intuitu diversam speciem designare videantur.

157. SPHAERIA LIVIDA: simplex, sphaerulis subcompressis immersis, ostiolis subprominulis materie cinereo-liuida cinctis.

Hab.

Hab. singularis ac rara species ad ramos exsiccatos.

*Sphaerulae* intra lignum latent, percissae suboblongae sunt, intus gelatina compacta, albido-cinerea repletae; earum *ostiola* vix quoque prominent, lignumque variolosum, griseum reddunt, ac materie, forte gelatina e capsulis sudante, obsita inveniuntur.

158. SPHAERIA ERYTHROSTOMA: simplex epiphylla, sphaerulis tectis, ostiolis compactis prominulis subrubellis. *Obs. mycol.* 2. p. 70.

Hab. in foliis exsiccatis *Pruni Avium*, e ramis adhuc pendulis. Vere.

*Sphaerulae* totae in substantia foliorum latent, quarum *ostiola*, cornea quasi indurata, obtusa, rubro-fusca, teretia cernuntur.

159. SPHAERIA SANGVINEA: simplex ovata sanguinea, apice perforata. *Sibth. oxon.* p. 404. *Bolt. Funguss.* p. 121. t. 121. f.

*Hypoxylon phoeniceum*, unicolor minimum, sparsum, globoso-ellipticum rubrum glabrum. *Bull. Champ.* p. 171. t. 487. f. 3.

Obs. Haecce species, mihi adhuc dubia et incognita, forte ad *Sphaeriam coccineam*

*neam* pertinet, cum auctores ad stroma subiacens non respexerint, interea color omnino differt, et sphaerulae solitarie prouenientes a laudatis auctoribus delineatae sunt.

An huius loci *Sphaeria mori*, simplex aggregata coccinea minima. *Weig. Obs. bot. p. 452?*

150. SPHAERIA MOBILIS: simplex globosa (fusca) mobilis, papilla decidua. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 11. t. 9. f. 71. †*

Prouenit in ramulo putrido ex cortice *Quercus*.

“Ad minimas sui generis referenda. *Capsula* exacte sphaerica, laeuigata, admodum tenera, seu mollis, coloris obscure fusci in nigrum denique transeuntis; senior papillam saepius deiicit, quod cum sit orificio praedita pertuso cernitur; huic quoque peculiare est, cum radice nulla gaudeat; facile se quaquaversus moueri sinat. Probabile est, capsulam prima iuuentute colore rubro esse tinctam; sed non nisi fuscam in nigrum transeuntem vidit b. *Tode*.”

161. SPHAERIA INCRUSTANS: simplex, crusta nigra, sphaerulis sparsis rotundato-ouatis subrugosis, ostiolo crassiusculo

siusculo conico perforato. *Obs. mycol.* 1. pag. 70.

Ad truncos populneos occurrit. *Sphaerulae* in crusta 3 — 4 vnc. lata, crescunt.

162. SPHAERIA PVLVERACEA: conferta simplex, sphaerulis liberis ouatis rigidis, ostiolo distincto pertuso.

*Sphaeria pulueracea Ehrharti* huius loci est.

Hab. ad ligna exsiccata.

*Sphaerulae* forma regulari, durae, superficie inaequali, atrae. *Ostiolum* subprominet manifestum. Non confundi debet cum specie nr. 168.

163. SPHAERIA PERTVSA: sparsa, sphaerulis immersis ouatis, duriusculis subrugosis, ostiolo obsoleto deciduo demum perforatis.

Hab. in ligno exsiccato durissimo.

*Sphaerulae* utplurimum ad dimidium ligno immersae, conicae, aut subrotundae, apice ore aperto pertusae.

164. SPHAERIA INQVINANS: simplex sparsa atroinquinans, sphaerulis cum ligno subprominulis perforatis.

α. *Sphaeria Aceris*: simplex, aggregata, obuelata-papillata, atra, immersa,

seminum globulis (thecis) eiectis cylindricis. *Tode l. c. p. 17. t. 10. f. 85.* (Sph. inquinans.)

Variolaria ellipsosperma. *Bull. Champ. p. 183. t. 493. f. 3.*

Prov. sub cortice *Aceris*, praesertim *campestris*, aut *Pseudoplatani*. *Gelatina* spermatophora copiosa adest, quae nunquam, fili ad instar, e sphaerularum ostiolis propellitur, corticem externe saepe atroinquinans, vti *Stilbosporae*.

β. *Sphaeria Xylostii*: atroinquinans, sphaerulis immersis, ostiolo demum perforato. *Disp. meth. fung. p. 4.*

Prouenit ad *Lonicerae Xylostii* languescentis ramos adhuc semiuiuos, quos ad latitudinem insignem colore nigro inficit. Quoad sphaerularum naturam distincta species videtur.

165. SPHAERIA TILIAE: sparsa tecta glabra subannulata, ampullaeformis aut circumscissa, orificio largo. *Disp. meth. fung. p. 3.*

β. *Sphaeria constricta*: ostiolis in appendicem crassam plicato - rugosam crescente.

Hab. in ramis arefactis *Tiliae Europaeae*, hyeme vicens. *Varietas* β. in sylvis

vis inuenitur, in ramis Tiliae deciduis, foliis obtectis; locis vmbrosis.

OBS. *Sphaerulae* tunc modo visibiles, si corticis epidermis auferatur; vnde vero, vti in sequente hoc locum habet, simul superna earum pars, cortici quasi adnata, vt plurimum tollitur. Interne in fungo vegeto nucleus quidam cinereus adest substantia molli. Ex *ostiolo*, quod teres, crassiusculum, gelatinam in cirrhi crassi formam prouenientem quandoque obseruavi, quae appendici capituliformi in  $\beta$ . ortum dedisse videtur, inde puto, ob structuram quoque internam, hanc speciem melius ad genus *Naemaspora* amandandam esse.

166. SPHAERIA CIRCUMSCISSA: simplex e cinereo subrufescens, sphaerulis tectis: parte superiore villosa - membranacea euanescente. *Disp. meth. fung. p. 4.*

Hab. rarius sub cortice ramorum (*Sorbi Aucupariae?*).

Si epidermis rami tollatur, tunc simul dimidia pars sphaerularum, villosa fere, auferitur, parte inferiore, cupulae ad instar, remanente. Ex orificio, in ligno orto, gelatina nigrescens, thecas elongatas sistens, profluit.

OBS. An ab antecedente satis distincta?

\*\*\*\* *Sphaerulis ostiolo manifesto non instructis.* (Astomae.)

167. SPHAERIA PVLVIS PYRIVS: simplex congesta, sphaerulis ouatis subrotundisque, tuberculosi rugosis, medio sulcatis. *Disp. meth. fung. p. 51.* (Sphaeria Pulvis.)

Vulgaris species ad truncos et ligna arida, pulueri pyrio disperso e longinquo similis. *Sphaerulae atrae, crustaceae, ostiolo manifesto haud instructae, e contrario rima transuersali quasi distinctae, quo Hysteriis affinis euadit haecce species.*

168. SPHAERIA MORIFORMIS: gregaria simplex, sphaerulis tuberculosi obouatis.

*Sphaeria moriformis, simplex, aggregato-sparsa, atra, oualis, tuberculosa. Tode Fung. mecklenb. 2. p. 22. t. 11. f. 90. (Var. α.)*

Hab. non infrequens ad truncos exsiccatos, imprimis pineos, demum *Byssomucoriformi* saepe obiecta inuenitur.

OBS. b. *Tode* (l. c.) sequentes adhuc commemorat varietates.

$\beta$  *fasciculata*: capsulae e basi communi homogenea, oblonga, sub epidermide



mide ligni latente, confertae procreantur, vnde haec pro Sphaeria composita habenda sit.

In ramo *Coryli Auellanae* rarius crescere dicitur.

Distincta familiae cespitosae species, mihi vero nondum obuia, videtur.

*γ. globosa*: subaggregata, opaca, figura globosa mali aurantii, interdum puluinata.

E ligno Salicis progerminat plantula Maio, Iunio. *Tode l. c. t. 11. f. 91.*

169. SPHAERIA TRISTIS: simplex atra, sphaerulis subglobosis rugulosis, vt plurimum collapsis, tomento strigoso insidentibus. *Ic. et Descr. fung. Fasc. 2. t. 12. f. 5. et 6.*

*Sphaeria tristis*, simplex, aggregata, atra, immersa, lichenoides, minima granulata. *Tode l. c. p. 9. t. 9. f. 67?*

Prouenit elegans haec, aequae ac rarae species ad cortices fagineos.

obs. Colore aterrimo et sphaerulis minutis, congestis, planiusculis, aut concauo-depressis, superficie subgranulosis, astomis, subiculo hirsuto insidentibus, facile dignoscitur.

170. SPHAERIA COMATA: simplex aggregata globosa, vertice capillata: capillis fastigiatis conniuentibus. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 15. t. 10. f. 81.*

E stipitibus caulibusque plantarum exsiccatis post pluuias gregatim confer-timque progerminant capsulae globosae tenerae leues, hemisphaerio superiore capillis, seu filamentis obliquis, atris, conitruncati inuersi figuram aemulantibus, hirtae. *Tode.*

Quaerit adhuc auctor l. c., an forte coma huius speciei *Byssus* quaedam filamentosa, tempore vernali obuia, sit?

*β. fusca:* colore fusca, multoque rarior.

E ligno saligno, plane putrido, progerminantem M. Aprili obseruauit *Tode.*

171. SPHAERIA DEMATIVUM: simplex maculaeformis, sphaerulis minutis congestis planiusculis, pilis erecto-diuergentibus medio obsitis.

*β. Capreae:* epiphylla punctiformis, sphaerulis sparsis subouatis.

Hab. *α.* non infrequens ad caules aridos herbarum, praesertim *Solani tuberosi*.  
Var. *β.* in fol. *Salicis capreae* occurrit.

*Sphae-*

*Sphaerulae* vt maculae griseae apparent, parum tectae, atro-nitidae, pilisque subfasciculatis, concoloribus, obsitae, qui rigiduli sunt et diuergunt, ac *Dematio* sub lente similes apparent.

Obs. Nisi etiam rationem habeas loci natalis, in fungis in vniuersum definiti, quo subspecies  $\beta$ . quam maxime differt, tamen et quoad *sphaerulae* formam discedere videtur; verum quam difficile sit, in talibus simplicibus fungis characteres inuenire distinctiuos, quisque facile intelliget.

172. SPHAERIA HIMANTIA: sphaerulis in maculam e fibrillulis centrifugis constantem aggregatis. *Obs. mycol.* 2. pag. 69.

Singularis species rarius ad caules plantarum prouenit, maculas nigras sistens. Si maculae nigrae lente inquirantur, tunc fila observantur, loco natali adnata, e medio ad periphaeriam venose tendentia, intra quae pustulae reperiuntur nigrae.

173. SPHAERIA AEGOPODII: epiphylla simplex sparsa, sphaerulis nigrescentibus maculae albae crustaeformi insidentibus. *Obs. mycol.* 1. p. 17.

Hab. aestate in foliis languescens in *Aegopodii Podagrariae*, quibus *sphaerulae* ad dimidium fere immersae sunt.

β. *Sphaeria Podagrariae*, crusta nigricante, sphaerulis simplicibus coacervatis globulis minimis suboccultatis nitidis atris. *Roth. Catalect. bot. 1. p. 250.*

An distincta species?

174. SPHAERIA MACULIFORMIS: epiphylla simplex, sphaerulis subimmersis minutis subrotundis in maculam nigram inaequalem conglomeratis. *Disp. meth. pag. 52.*

*Sphaeria Corylea* et β. conglomerata. *Annal. d. Botan. St. 11. p. 26. t. 2. f. 6. c. d.*

Prov. in foliis exsiccatis *Fagi sylvaticae*, *Coryli Auellanae*, *Acer. Pseudoplatani*, *Vlmi campestris*, intra quorum venas maculam, 2—3 lin. latam, efficit.

175. SPHAERIA PUNCTIFORMIS: simplex epiphylla punctiformis, sphaerulis sparsis collabescendo-umbilicatis subnitidis. *Disp. meth. fung. p. 51.*

Hab. ad folia praesertim quercina, hinc nigro punctata, copiose.

β. *Hederae*: maior, depresso-cupulaeformis, in foliis *Hederae Helicis* proveniens.

A beato *Heyder* reperta.

*γ. ambigua*: puncta superficialia plana in macula alba insidentia, in foliis quercinis aridis parasitica.

obs. Haec inter omnes vulgaris est, cum in plerisque fere foliis deciduis quercinis maculas albas, 2 — 3 lin. latas, inaequales inuenturus sis, in cuius medio puncta sparsa nigra, obseruantur, quae vero, vti mihi videtur, forsitan insectorum puncturis suum ortum debent.

176. SPHAERIA CLUSIAE ROSEAE: simplex, pustulaeformis, sparsa, sordide nigrescens, apice umbilicata, intus caua.

Mecum beneuole communicata a cel. *Willdenow*, monente, hancce sphaeriam a b. *Isert* in *Martinica* in foliis *Clusiae roseae* collectam fuisse.

obs. Primo intuitu *Sphaeriae Pustulae* omnino similis, sub lente vero inspecta, apice, vti in antecedente specie, umbilicata est; etiam *sphaerulae* cortice quodam gaudent distincto. *Pustulae* intus cauae, nitidae et nigrae, extus opacae, sordide nigrescunt, demum pertusae.

177. SPHAERIA PVSTVLA: sparsa epiphylla pustulaeformis rufescens, intus  
gelatina

gelatina compacta nigrescente. *Annalen d. Botan. l. c. t. 2. f. 7. b.*

Copiose in foliis quercinis aridis occurrit, quae hinc pustulata apparent.

OBS. *Pustulae* maculaeformes, sordide rufescentes, transuersim secatae interne ostendunt materiam gelatinosam compactam, parte foliorum circumiacente indurata cinctam, nec *sphaerulis* manifestis inclusam.

178. SPHAERIA FALLAX: simplex sparsa, sphaerulis sursum cylindricis ore lato apertis, basi semiglobosae farctae continuis.  *Ic. et Descr. fung. Fasc. 2. t. 10. f. 11 et 12.*

Hab. rarissime ad ligna quercina.

Primo intuitu, quoad formam externam, *Sphaeriam* putares, capsula globosa, ostiolo elongato-cylindrico instructam et *Sph. pertusae* affinem; verum basis capsulae s. sphaerulaeformis tota quanta solida, seu farcta est, dum pars cylindriformis, quae brevis et subrugosa, solummodo caua inuenitur.  *l. c.*

179. SPHAERIA ACROSPERMUM: simplex, globifera, cylindrica, ventricosa, pulla, conferto-aggregata, collabescendo-strigosa.

strigosa. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 47. t. 15. f. 119.*

*α. nigra*: magnitudine a linea dimidia vsque ad sesquilineam; forma plus minus cylindrica, in medio fungo obsolete ventricosa. Apex ferme parabolicus non distincte perforatus, nec vt sphaeria ipsa, tandem fit strigosus (quid hoc?) superficies ligni, cui innascitur, semper ferme atramento quasi tincta obseruatur. In ligno putrescente quercino, Martio, Aprili, nec non Septembri. *Tode*

*β. tricolor*: figura est perfecte cylindrica; globulus subpellucidus, nitidus cum fungo quasi concretus videtur. Color illi atro-rufus, ferme spadiceus. Longitudo linearis. Rarior in ramo quercino prouenit, autumnno. *Tode l. c. p. 43. t. 15. f. 120.*

OBS. Dubia species videtur et non satis a *Sphaeria Bombarda* diuersa.

180. SPHAERIA CYLINDRICA: simplex, globifera, cylindrica, sparsa, nigra: globulo spermatico candido. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 42. t. 15. f. 114.*

Existunt e ligno carioso saligno sparsim sphaeriae cylindricae apice obtusae, nigrae, duriusculae, vix visibiles, repletae massula farinaceo-viscida. *Tode.*

181. SPHAERIA PARABOLICA: simplex, globifera, parabolica, laevis, aggregata, nigra: globulo spermatico-liuido. *Tode l. c. p. 43. t. 15. f. 115.*

Nonnisi oculo armato contemplabilis. Figura parabolica (conico-cylindrica). Superficies laevis. Superne nigra, inferne fusca. *Capsula* tenella gelatinosa. Septembri in lignis putrescentibus crescit. *Tode.*

182. SPHAERIA CONICA: simplex globifera conico-tomentosa, aggregata: globo spermatico flauo atrescente. *Tode l. c. p. 43. t. 15. f. 116.*

*Capsula* admodum parua, nigra, tomento subraro liuido est obsita. Aprili in ligno arido *Coryli* prouenit. *Tode.*

183. SPHAERIA SVBVLATA: simplex, sphaerulis elongatis conico-subulatis acutis, globulo in apice indurato.

*α. lutescens*: subpellucida cornea, lutescente-pallida.

Rarius prouenit in *Agarico* quodam putrefacto exsiccato. Vere. Sphaerulae pyrifformes: ostiolo? subspinuloso.

obs. An ad subdiuisionem secundam potius referri debet?

*β. Sphaeria fusca*: simplex globifera, subulata, granulata, fusca: globo spermatico,



matico, flauo, atrescente. *Tode l. c. p. 44. t. 15. f. 117.* Sphaeria subulata.

In exsiccato Agarici *aurati* (*Fl. Dan. t. 930.*) agmine denso obuia. Statura vnius fere lineae. Figura coni elongati, basi conuexa, superficies granulata, coloris fusci, initio dilutioris, sed deinde saturatioris. *Tode.*

184. SPHAERIA TURBINATA: simplex? sphaerulis turbinatis in cespitulum basi connatis, disco demum aperto rimoso.

*Mucor clauatus.* *Linn. Suppl. p. 453.*

Hab. ad *Caput bonae spei* in foliis gramineis. Ab illustri *Thunberg* et celeberrimo *Swartz* beneuole mihi missa est.

Primo intuitu *Calicio* cuidam similis; verum intus tota caua et *sporulis* globosis liberis referta. A *Sphaeriis* quidem quoad formam quam maxime differt; sed donec haec species in loco ipso natali ulterius examinari possit, eam interea hic enumerare placuit, praesertim cum substantia rigida cum aliis conueniat; et interne tapetium illud candidum omnino adsit. Iuniores aut teretes, aut medio subuentricosae; adultae obouatae sunt.

2. STILBOSPORA. *Sphaerula* nulla. *Thecae* aut *sporulae* (nudaë) in materiam nigram e ramis profluentem aggregatae. \*)

1. STILBOSPORA ASTEROSPERMA: thecis stellatis. *Disp. meth. fung.* p. 13. *Hoffm. Deutschl. Fl.* 2. t. 13. f. 5.

2. STILBOSPORA MACROSPERMA: thecis elongatis cylindricis. *Disp. meth. fung.* p. 14. t. 3. f. 13.

3. STILBOSPORA OVATA: sporulis? ouatis. *Obs. mycol.* 1. p. 31. t. 2. f. 2.

*Stilbospora pyriformis.* *Hoffm. l. c.* t. 13. f. 4.

4. STILBOSPORA ANGVSTATA: sporulis minutis ex ouato subcylindricis.

OBS. Antecedentem inter et sequentem speciem, quacum magnitudine fere conuenit, medium explet locum.

5. STILBOSPORA MICROSPERMA: sporulis minutis inaequilateris ouatis vtrinque subacutis. *Obs. myc.* 1. p. 31. t. 2. f. 3.  
Hab.

\*) Monendum est, ad diuersas *thecarum* et *sporularum* formas indagandas pro differentiis specificis efformandis, microscopium compositum esse adhibendum, cum oculo inermi, instar materiae nigrae amorphae appareant.

Hab. in ramis fagineis, aut in cortice *Betulae albae*.

6. STILBOSPORA SPHAEROSPERMA: sporulis minutis globosis. *Obs. mycol.* 1. t. 1. f. 6. *Disp. meth. fung.* p. 14.

obs. Haec species in culmis *Arundinis Phragmitis* arefactis, e rima longitudinali in iis ortis, profluit, cum ceterae recensitae species e contrario in ramis ut plurimum *fagineis*, seu *betulinis* et *acerinis* proueniant.

3. HYSTERIVM. *Receptaculum* nullum. *Perithecium*, ut plurimum, oblongum, rima longitudinali deiscens.

1. HYSTERIVM MYTILINVM: erectum subcompressum sursum dilatatum transversim striatum, basi terete pedicelli-formi.

Hab. elegans, ac rara species, ad corticem *Pini Abietis*.

*Perithecia* compressa, medio subuentricosa, conchiformia, situ erecto in crusta quadam nigrescente crescentia, ad latera striata. Ea apice dehiscentia nondum obseruavi, interne tamen caua sunt et pulueraceo-villosa quasi.

2. HYSTERIVM TRVNCATVM: confer-  
tum tereti-conicum disco planum, la-  
biis linea prominente.

Hab. rarius ad ramos.

Sphaeriaeforme, atronitens. Nonnul-  
la specimina subcylindrica, alia conico-  
truncata, pauca subrotundo-diffor-  
mia sunt.

3. HYSTERIVM GLOBOSVM: gregarium  
rotundum laeve nigrum, labiis linea  
prominente.

Hab. rarius ad ligna arida.

obs. Nonnunquam forma tri- aut  
hexagona induitur, vbi tunc, pro angu-  
lorum numero, tot labia clausa lineatim  
ad latera decurrunt.

4. HYSTERIVM PVLICARE: gregarium  
oblongum aut ellipticum striatum. *Disp.*  
*meth. fung. p. 5.*

Lichen scriptus  $\beta$ . pulicaris *Lightf.*  
*Fl. Scot. v. 2. p. 301. Mich. Nov. gen. pl.*  
*t. 50. f. 2.*

Hab. frequens ad caudices quercuum.

Crustae cuiusdam absentia, et rigidi-  
tate ab *Opegraphis* differt. Nonnunquam  
sparsim *Leprae lutescenti* immersum in-  
venitur. In vno eodemque aceruulo  
obser-

observantur individua forma aut subrotunda, aut elliptica, vt plurimum vero oblonga, situque varia.

5. HYSTERIVM ANGVSTATVM: elongatum lineare subparallelum, laeviusculum.

Hab. rarius ad ligna exsiccata.

Valde angustum, substantia mollius, magisque dehiscens, colore nigrum, opacum.

6. HYSTERIVM LONGVM: sparsum immersum ligno prominente cinctum, longissimum vtrinque attenuatum, totum dehiscens.

Hab. rarius ad ligna exsiccata faginea.

Omnium longissimum,  $1\frac{1}{2}$  lin. fere. Colore nigrescens, intus liuidum, ad dimidium ligno immersum. Nonnunquam 2 — 3 specimina secum confluunt.

7. HYSTERIVM TAXI: crusta? albicante, peritheciis immersis sparsis ligno prominente cinctis vtrinque attenuatis: disco apertura rotunda dehiscente.

Hab. passim ad ligna exsiccata *Taxi baccatae*, crusta quasi albicante obducta. *Perithecia* omnia situ aequali crescunt, subcinerescentia, intus puluerulenta.

8. HYSTERIVM CINEREVM: subrotundum distans canescente-cinereum.

Prov. ad ramos aridos deiectos *Salicis capreae*, iisque subimmersum.

Quoad formam *Sphaeriis* primo intuitu simile; dantur etiam nonnulla indiuidua, sed rarius, ostiolo quodam subconico instructa. *Perithecium* labiis tumidis hiat.

9. HYSTERIVM FRAXINI: erumpens nigrum subouatum: labiis tumidulis. *Disp. meth. fung. p. 5.*

*Sphaeria sulcata*. *Bolt. Funguss. t. 124.*

Hab. ad *Fraxini* et *Aceris* ramos.

Vt plurimum sparsim erumpit, sed et plura indiuidua in aceruulo concentrico, societatem quandam efficientia, obseruavi. Color opacus, nigrescens.

10. HYSTERIVM RUBI: denudatum depressum laeue nitente-nigrum. *Obs. mycol. 1. p. 84.*

Hab. rarius in ramis *Rubi caesii*.

Vtrinque attenuatum, acutum, ad dimidium demum, ob rigiditatem, hac in specie insignem, dissilit.

11. HYSTERIVM QUERCINVM: erumpens flexuosum subuentricosum molle nigrescente-cinereum. *Obs. myc. 1. p. 83.*

*Hysterium nigrum*. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 5. t. 8. f. 64.*

Vario-

*Variolaria corrugata.* *Bull. Champ. p.*  
117. t. 432. f. 4.

Hab. frequens ad ramos iuniores  
quercinos.

In statu iuniore epidermide corticis  
obtectum: vna alteraque extremitate per-  
tusa, et vermem quemdam sub cortice  
viuentem repraesentat, demum ventrico-  
sum fit, et prominet: colore ad nigrum  
tendente.

12. HYSTERIVM ABIETINVM: confer-  
tum angustum erumpens parallelum:  
disco demum denudato.

*Hysterium abietinum*: gregarium pa-  
rallelum rufescens: labio tenui. *Obs. my-  
col.* 1. p. 31.

Hab. ad ligna exsiccata subputrida  
*Pini Abietis*, praesertim in Hercynia.

Colore opacum, nigrum; humectatum  
rufescens apparet substantia molliuscula,  
valde demum dehiscit, ita vt amplius  
euadat, et discus fructificans denudetur.

13. HYSTERIVM CRISPVM: erumpens  
elongatum subventricosum nigrum: la-  
biis tenuibus crispis.

Habitat in corticibus *Pini Abietis*  
rarius.

Ad maiores pertinet species, situ elongato e cortice erumpit, epidermide vndique cinctum, substantia tenue, et demum valde dilatatum difforme fit. Margo flexuosus, crispus.

14. HYSTERIVM? STRIGOSVM: solitarium tectum erumpens ellipticum magnum, setulis strictis in ambitu cinctum.

Hab. rarissime ad ramos exsiccatos *Pruni Cerasi*.

Substantia similis, compacta, dura quidem, sed non rigida. Lin. 1 — 1½ longum, disco excauatum, colore nigrum, et quod peculiare, ipsum quidem glabrum, sed in eius circuitu in ligno *setulae* adsunt, strigosae, durae, concolores.

15. HYSTERIVM CONIGENVM: erumpens paruum subouatum rugosum. *Obs. mycol.* 1. p. 50.

Hab. frequens ad squamas *Strobilorum abietinorum* exsiccatorem.

Strias nigricantes offert; epidermidem bullatim protrudit; rima longitudinali quidem dehiscit, parte superiore vero desumta, intus pulueraceum apparet, hinc, et ob formam minus completam, adhuc in dubio est, an reuera ad hoc pertineat genus.



4. XYLOMA. *Receptaculum* (perithecium) varium, durum, intus subcarnosum, clausum remanens, aut vario modo demum ruptum.

\* COMPOSITVM: pluribus peritheciis in vnum corpus connatis. (*Maiora.*)

1. XYLOMA SALICINVM: crassum tuberculosum, intus basi cartilagineum album. *Disp. meth. fung. p. 5. t. 2. f. 4.*

Hab. frequens in foliis *Salicis capreae*.

OBS. 1. Vt plurimum clausum quidem occurrit, sed specimina vernali tempore a me collecta vidi, l. c. delineata, quae superne in particulas scutis *Testudinis* similes rumpuntur, e quibus fissuris puluis seminalis, fumi ad instar, auolat.

OBS. 2. In foliis huius arboris mihi occurrit similis quidem quoad substantiam et colorem fungillum, qui vero orbicularis est, medio umbonatus, s. vno tuberculo distinctus, latitudine modo lineari, cum *Xyloma Salicinum* vnciam dimidiam latum inueniatur, de quo anceps adhuc sum, vtrum huius iuuenilem modo sistat statum, an diuersa sit species, nam eum simul ad 4—5 specimina in folio reperi, cum *Xyloma Salicinum* e contrario solitarie crescere soleat.

2. XYLOMA ANDROMEDAE: oblongum crassiusculum costato-rugosum nitidum.

Hab. aestatae in foliis *Andromedae polifoliae*, pice hinc quasi illitis.

Nunc longitudine totius folii est, nunc eiusdem dimidium occupat. Pro magnitudine satis crassum. Stratum inferius, uti in priore, candidum, duriusculum.

3. XYLOMA ACERINVM: maculaeforme tenue contiguum subrugosum. *Disp. meth. fung. p. 6.*

Sphaeria maculaeformis. *Ehrh. Pl. crypt. Dec. 22. nr. 219.*

Hab. in foliis *Aceris Platanoidis* et *Aceris campestris* frequens.

obs. Etiam et in hac specie superficiem in labia flexuosa dehiscentem observavi. Margo nonnunquam eleganter et vario modo incisus inuenitur.

4. XYLOMA PUNCTATVM: maculaeforme, perithecis distinctis subrotundis aggregatis. *Obs. mycol. 2. p. 101.*

Hab. passim ad fol. *Aceris Pseudo-platani*.

Perithecia secum non, uti in priore, connata, sed ut tubercula punctiformia, distincta;

distincta, rugosa apparent. Etiam loco differt natali.

5. XYLOMA STELLARE: tenue piceum margine fibris diuergentibus radiatum. *Obs. mycol.* 2. p. 100.

Occurrit rarior haec species in foliis *Phyteumatis spicatae*.

6. XYLOMA RUBRUM: confertum orbiculare subconfluens rubrum. *Obs. myc.* 2. p. 101.

Hab. vt plurimum autumnno in foliis *Pruni domesticae*, rarius *spinosae*.

obs. E longinquo *Aecidio* aut *Vredini* simile ob colorem nimirum; intus vero farctum est. In superficie sub lente obseruauit puncta obscuriora, quae forte sunt ostiola perithecorum, in substantia fungi latentium. An huius generis?

\*\* SIMPLEX: peritheciis solitariis sparsis vt plurimum rotundatis *Pezizae* — aut punctiformibus. (*Minora.*)

7. XYLOMA PEZIZOIDES: confertum orbiculare nigrum, demum apertum: margine erecto subcrenato; disco pallido.

*Peziza comitalis*. *Sowerby engl. fung. tab.* 118.

*Peziza viridis*. *Bolt. Fung. t.* 119. *f.* 1. huius loci est.

Hab. vt plurimum in fol. *quercinis*, rarius *fagineis*; posteriore in loco vero minus completum, et rarius apertum invenitur.

8. XYLOMA SPHAERIOIDES: sparsum punctiforme molliusculum: disco aperto; margine collapse inflexo.

Hab. passim in fol. *Salicis capreae*.

obs. Sphaeriae *punctiformi* e longinquo simile: lente vero illustratum *Pezi- zam* quandam, margine crispam, aemulans. Extus nigrum, eius discus vero rarius totus apertus, pallescit.

9. XYLOMA HYSTERIOIDES: ellipticum nitidum situ subparallelo.  *Ic. et Descr. fung. t. 10. f. 3 et 4.*

Hab. vere in foliis deciduis *Crataegi Oxyacanthae*.

Forma ovatum aut ellipticum,  $\frac{1}{3}$  lin. magnum, atronitidum. Medio linea longitudinali distinctum, vbi demum dehiscere videtur. Intus farctum.

10. XYLOMA SALIGNVM: gregarium subconfertum orbiculare tenue, disco subconuexum.

Sphaeria saligna. *Ehrh. Pl. cryptog. Dec. 30. nr. 299.*

Hab,

Hab. in foliis *Salicis capreae*.

Maculae suborbiculares tenues  $\frac{1}{3}$  —  $\frac{1}{2}$  lin. latae, totam fere superficiem occupant.

11. XYLOMA POPVLINYM: gregarium, forma varium applanatum laeue opacum nigrum.

Hab. in foliis *Populi Tremulae*, vere inueniendum.

Fungilli magnitudine et forma varii; lin. 1 fere lati; colore nigro, sed opaco: disco hinc inde cinerescente.

12. XYLOMA CONCENTRICVM: simplex, peritheciis parvis orbicularibus depressis subconicis fuligineo-cinereis concentricis. *Obs. myc.* 2. p. 101.

Hab. in foliis *Populi tremulae* adhuc semiuiuis. Aestate maculam exsiccata  $\frac{1}{2}$  vnc. latam, sistens. Perithecia demum apice rupta.

13. XYLOMA FAGINEVM: minutum confertum atro-nitens orbiculare subdepressum plicatum. *Disp. meth. fung.* p. 52.

Hab. in foliis *Fagineis* deciduis exaridis parte auersa. Puncta nigra conglomerata offert.

14. XYLOMA ALNEVM: minutum sparsum subrotundum plicatum.

Occurrit rarius in foliis *Betulae Alni* adhuc viridibus. Aestate. Puncta nigra distantia parca.

5. NAEMASPORA. *Receptaculum* molle manifestum, aut nullum. *Gelatina* (soluta amorpha) in cirros erumpens.

\* *Receptaculum* manifestum sphaeriforme.

1. NAEMASPORA CHRYSOSPERMA: subconica truncata: cirris aureis. *Obs. myc.* 1. p. 80. t. 5. f. 8.

*Sphaeria cirrhata*. *Sowerby engl. fung.* t. 137. (excl. synonymo.)

Prov. sub cortice ramorum *Populi nigrae*.

Pustulaeformis, basi rotundata, apice subelongato truncato. *Cirri* colore flauo, solitarii e receptaculo, substantia parum molli, proueniunt.

2. NAEMASPORA LEVCOSPERMA: orbicularis subdepressa: cirris albidis. *Obs. mycol.* 1. p. 81.

*Sphaeria*

*Sphaeria cirrata*, composita atra, ostioli-  
lis cirrosis. *Hoffm. veg. crypt.* 1. p. 27.  
t. 5. f. 1.

Hab. in ramulis emortuis.

*Tubercula* ostiolo multifido instructa,  
dissecta e pluribus nigris cellulis, gela-  
tinosa massa refertis, constare videntur.  
*Hoffm.*

\*\* Receptaculum obsoletum aut nullum.

3. NAEMASPORA CROCEA: nuda, cirris  
confertis inaequalibus fruticulosus flauo-  
croceis. *Obs. myc.* 1. p. 81.

Hab. praesertim hyeme ad truncos fa-  
gineos, igni destinatos.

Cirri conferti crispi crociformes, non-  
nunquam maiusculi et crassi, clauariae  
similes, colore aurantio.

4. NAEMASPORA POPVLINA: tuber-  
culo sub cortice crasso nigrescente, cir-  
ris copiosis tenuibus flauis.

Hab. ad ramos *Populi nigrae*.

An forte varietas luxurians speciei  
primae? Verum loco receptaculi sphaeru-  
laeformis inueni sub corticis epidermide  
tuberculum difforme compactum, cfr.  
*Obs. mycol.* 1. p. 81.

5. - *NAEMASORA GRISEA*: simplicissima, cirro solitario albido-griseo.

Hab. rarius ad cortices *Coryli Avelanae*.

E parte verrucosa, sub epidermide orta, tempestate humida, cirri solitarii ex albido liuidi prominent.

6. *VERMICULARIA*. *Capsula* globosa, sessilis, corporibus vermiformibus liberis seminiferis repleta. *Tode*. \*)

1. *VERMICULARIA PSEVDOSPHAERIA*: globosa aggregata, capsula granulata nigra: filamentis seminiferis liberis nudis albis. *Tode Fung. mecklenb.* 1. p. 31. t. 6. fig. 46.

In libro rami quercei putrescentis inuenta.

Filamenta vermiformia tabescendo demum labascuntur, colore tunc in aureum vel potius aurantium mutato. *T.*

2.

\*) An species huius, mihi adhuc incogniti, generis iure sub hoc ordine militent, omnino dubium est. Cum *Sphaeriis* habitu crescendique modo omnino conuenire videntur; fructificationis vero modo ad *Trichias* iisque affinia genera, quoad Auctoris descriptiones proprius accedunt.



2. VERMICVLARIA PVBESCENS: globosa sparsa, capsula pubescente bicolore: filamentis liberis nudis canis. *Tode l. c. p. 31. t. 6. f. 47.*

Obuenit in ramulis deiectis, sarmen-tisque aridis, tempore pluuioso. Iulio.

Magnitudo capsulae subcompressae ferme vt seminis *Brassicae*, colore saturate aureo, Arsenici rubri imitante. *Filamenta* seminifera incana, tenerrima, coarctata.

3. VERMICVLARIA HISPIDA: puluinata sparsa, capsula hispida nigra, sstis primordialibus voluam fugacem in vertice constituentibus, filamentis seminiferis liberis demersis albidis. *Tode l. c. p. 32. t. 6. f. 48.*

In ligno putrescente *Sambuci nigrae* mense Aprili inuenta.

7. TVBERCVLARIA. *Receptaculum* subhemisphaericum stipitifforme, aut nullum. *Latex* subrotundus compactus, vt plurimum ruber, persistens, humectatus subfluxilis.

1. TVBERCVLARIA DISCOIDEA: erumpens conferta, receptaculo hemisphaerico discoideo. *Obs. Mycol. 1. p. 79.*

Prouenit

Prouenit in ramis deiectis *Acerinis*.

Nonnulla specimina confluunt. *Capitulum* vbique laeue, nec sulcatum, facili modo et iam in loco natali a pluuiis solutum obseruatur, ita vt receptaculum denudatum, sordide pallidum, superstes remaneat.

2. TUBERCULARIA VVLGARIS: gregaria amoene rubra, sulcato-rugosa, receptaculo stipitifor mi crasso pallido.

Tubercularia - vulgaris. *Tode Fung. mecklenb.* 1. p. 18—20.

Tremella purpurea. *Linn. Syst. veg.* 15. p. 1004. *Hoffm veg. crypt.* 1. p. 29. t. 6. f. 2.

Sphaeria miniata. *Bolt. funguss.* p. 127. t. 127. f. 1.

Sphaeria tremelloides. *Weig. obs. bot.* t. 3. f. 1.

Hab. frequens praesertim in ramis emortuis *Ribis rubri*.

obs. Inquirendum est, numne quoad locum natalem, et praesertim quoad receptaculi s. *stipitis*, quo loco natali affixa est haec species, formam, plures dentur species, aut saltem varietates. *Cfr. Tode l. c.*, qui varietatem ventricosam, *subsessilem* ab eo denominatam, descripsit et delineauit, stipite ventricoso instructam;

ctam; et alteram stipite satis longo et teteri gaudentem. Etiam varietatem, in ramulo *Rosae caninae* occurrentem observavi, quae minor et colore fuscescente-rufo distinguitur.

3. TUBERCULARIA GRANVLATA: subrotunda, sordide rubra, superficie rugoso-tuberculosa.

Hab. in ramis *Aceris Platanoides* s. *Pseudoplatani* rarius.

Color sordide fuscescens, opacus, interne ochraceo-lutescens. Superficies undulato-rugosa, et hinc inde granulis inaequalibus exasperata.

4. TUBERCULARIA CONFLVENS: gregaria confluens incarnato-lateritia, tuberculis parvis subrotundis oblongis angulatisque planiusculis.

Hab. ad truncos exsiccatos *Aceris campestris*.

Cum *Tubercularia vulgari* quoad colorem convenit; verum multo minor est, et, uti videtur, substantia molliore. *Discus* nunc convexus, nunc parum depressus; forma, quatenus specimina inter se confluant, varia.

5. TVBERCVLARIA CASTANEAЕ: sparsa erumpens parua, tuberculis immersis convexo-planis laeuissimis, colore fragariae.

Hab. in caule *Fagi Castanae*. A *Dom. Ludwig*, Topiario, cum multis aliis rarisque fungorum speciebus beneuole mihi missa.

Obs. Tubercularia *vulgari* duplo minor, superficie quoque laeui, nec globosa, neque tantopere e ramis prominet. Color externe amoene ruber, intus flauescens. Substantia quidem carnosa; verum non fluxilis videtur.

6. TVBERCVLARIA ROSEA: sparsa libera subdifformis glebulosa, colore roseo. *Obs. mycol.* 1. p. 78.

Lichen roseus. *Schreb. Flor. Lips.* nr. 1150.

Lepra rosea. *Willd. Fl. Berol.* nr. 1072.

$\beta$ . *carnea*: Lepra *carnea*. *Ehrh. Pl. cryptog. Dec.* 31. nr. 308.

Hab. ad caudices arborum, *Lichenibus stellari* aut *parietino* etc. adhaeret. Subfriabilis et in aqua solubilis. Quoad magnitudinem et formam variat.

## ORDO SECVNDVS.

8. SPHAEROBOLVS. *Receptaculum* subglobosum, radiatim demum fissum, *vesiculam* inclusam rotundam elastice protrudens.

1. SPHAEROBOLVS STELLATVS. *Disp. meth. fung. p. 58. Gmel. Syst. nat. Linn. 2. p. 1462.*

*Sphaerobolus stellatus*, globosus, volvatus, liber: volua fugaci; albida; fungi concaui bilamellati lutei, dehiscentis limbo patenti-reflexo stellato, vesicula seminifera albescente (?). *Tode Fung. mecklenb. 1. p. 43.*

*Lycoperdon Carpobolus*, volua multifida, fructu globoso ex seminibus combinatis. *Linn. Syst. veg. p. 1019. Batsch. El. fung. p. 153. Fl. Dan. t. 865. Sowerby engl. fung. t. 22.*

*Carpobolus albicans. Willd. prodr. fl. Berol. p. 414. Mich. gen. pl. p. 221. t. 101. fig. 2.*

Memorabilis iste fungillus prouenit autumnno ad ramos putrescentes, aut in aceruulis serraginis, quibus fere totus ab

initio est immersus. Subrotundus est forma, externe subtomentosus, dilute pallescens, interne flauus; praeter receptaculum hocce crassiusculum, membrana tenuis, pellucida, alba adest, vesiculam proprie includens, hancque, cum se elastice inuertat, protrudit, et deinde mitrulae ad instar super receptaculo priore remanet. *Vesicula* ipsa non albescens, sed obscure spadicea est; substantia molli, carnosa, demum corrugata; forma et colore seminis *Brassicae*. *Receptaculum* in lacinias 5.—7. dentiformes, erectas, aut subconniuentes, apice dehiscit.

9. THELEBOLVS. *Receptaculum* globoso-cupulare, margine integrum, *vesiculam* subnudam papillaeformem eiiciens.

1. THELEBOLVS. STERCORIUS. *Disp. meth. fung. p. 58.*

*Thelebolus stercorius*, globoso-compressus, croceus, confertus, substantia consistente; placenta vel vasculo semiferò, papillaeformi circumscisso. *Tode Fung. mecklenb. 1. p. 41. t. 7. f. 56.*

“Magnitudo fungi semine papaueris aliquantum maior. Facies primo admodum

dum Sphaeriae flavae; placenta nempe seminali papillae in modum prominente. *Pezizarum* more basin versus pilis est instructa, fibrarum radicalium vices obeuntibus. Agmine denso, ouulorum minorum piscium congeriem simulante.

Prouenit post multas pluuias in succerdis." *Tode.*

10. PILOBOLVS. *Receptaculum* stipitifforme, hydrophorum, cui imposita *vesicula* nuda, elastice desiliens.

1. PILOBOLVS CRYSTALLINVS: receptaculo obouato, vesicula hemisphaerica nigra. *Obs. mycol.* 1. p. 76—78. t. 4. f. 9. 10. et 11.

*Pilobolus crystallinus*, fugax, crystallinus, aggregatus, stipite pellucido, rorido, lutescente, pileo depresso, glutinoso atro. *Tode Fung. mecklenb.* 1. p. 41. *Fl. dan.* t. 1080.

*Mucor vrceolatus.* *Dicks. pl. crypt. brit.* 1. p. 25, t. 3. f. 6. *Bull. Champ.* p. 111. t. 480. f. 1.

*Hydrogora crystallina.* *Wigg. prim. fl. hols.* p. 110. *Roth. Fl. germ.* 1. p. 557.

Autumno non infrequens ad fimeta equina, aut bubulina crescit.

Aetate iuniore, quali in statu a paucis modo observatus est, primo Sphaeriam quandam flavescentem exhibet; tempore progrediente teres fit, et sub maturitatem *receptaculum* acquirit manifestum, stipitiforme, ventricosum, et humore repletum, quod *pileolum* hemisphaericum, nigrescentem, apici eius acuminato insidentem, gerit.

2. PILOBOLVS RORIDVS: minor, receptaculo deorsum inferiori filiformi apice globoso, vesicula punctiformi nigra. †

*Mucor roridus*, stipitatus, fugax, stipite capillaceo, capitulo sphaerico rorido nigro, punctulo in summitate notato. *Relh. Fl. Cantabrig. Append. Bolt. funguss. p. 122. f. 4.*

Prov. ad fimeta equina.

“It is pellucid, and white, sustaining a small globular head, like a minute pearly drop, with a black spot on its upper part, which give to globe the resemblance of an eye in miniature. *Bolton.*”

... OBS. Ulterius examinari meretur, an genuina species sit, nec ne.



11. SCLEROTIVM. Farctum, forma  
varium, intus *laeue simulare*, externe  
in nonnullis demum corrugatum.

1. SCLEROTIVM CROCORVM: subterra-  
neum maiusculum difforme rufum, ra-  
dicibus fibrillosis cohaerens.

Tuber *parasiticum*, radicibus instru-  
ctum, in viuis vegetabilibus parasitans.  
*Bull. Champ. p. 31. t. 456. et Fougerrus de  
Bondarry in Acad. royale d. Scienc. de Pa-  
ris. An. 1782. p. 105. t. 1 — 3.*

Prouenit perniciosa haec species ad  
bulbos *Croci satiui*. Huc vsque in *Gallia*  
obseruata et descripta, vbi sub nomine,  
sane ominoso, *La mort du Safran*, cognita.  
b. *Du Hamel* eam etiam ad radices *Aspa-  
ragi*, et *Sambuci Ebuli* obseruauit.

“Cette *Truffe* parasite est la seule, qui  
ait de veritables racines, c’est principa-  
lement par ses racines, qu’elle se repro-  
duit. Elle s’attache d’abord aux enve-  
loppes coriaces et membraneuses de la  
bulbe par des especes du sucoirs charnus,  
situés aux extremités de ses fibres ra-  
dicales.

“Cette *Truffe* ravageroit en peu de  
temps un champ de Safran si l’on ne se  
depechoit d’arreter les progres du mal;

pour cet effet on cerne d'une tranchée de 15 — 18 pouces de profondeur les endroits, et on a soin d'en jeter la terre sur l'endroit, qu'on a cerné; l'expérience ayant appris qu'une seule pellee de cette terre repandu sur une partie du champ ou les oignons sont sains, y porte la contagion; il y a plus, c'est qu'on pretend qu'au bout de quinze et meme de vingt ans, si l'on plantoit dans le même endroit de nouveaux oignons de Safran, la mort s'y mettroit." *Bulliard*.

2. SCLEROTIVM FUNGORVM: difforme lobatum pallidum, in fungis putrescentibus parasiticum.

*Sclerotium subterraneum*, globoso-difforme aggregatum subterraneum. *Tode Fung. mecklenb.* 1. p. 3. t. 1. f. 5. c. d. e. var.  $\beta$ .

Hab. vt plurimum in fungis putrescentibus; radicem saepe *Agarico tuberoso*. *Bull. Champ.* t. 256. suppeditans.

3. SCLEROTIVM MUSCORVM: subterraneum aureum subrotundum: superficie tuberculata. †

*Sclerotium subterraneum*  $\alpha$ . *muscorum*. *Tode Fung.* l. c. t. 1. f. 5. a.  $\beta$ .

· Radi-

Radicibus muscorum dense adhaerent fungi rotundati, coloris aurei, superficie tuberculosi, 2 — 5-lineares, forma demum varii; substantia concolor, subsucculenta. Aestate. *Tode.*

*Lycoperdon muscorum.* *Schrank Natur-histor. Briefe. 2. p. 319. — 320., quod Sclerotium est, forte diuersa species est.*

4. SCLEROTIVM LACUNOSVM: subterraneum rotundiusculum lacunosum nigrum. *Disp. meth. fung. p. 15. t. 3. f. 7.*

Agarico illi singulari, *racemoso* a me denominato, basi radice ad instar adhaerentem hanc speciem inueni autumnno. Magnitudine pisi minoris est.

5. SCLEROTIVM DURVM: ouatum durum substriatum, obscurum nigrum, *in Annal. d. Botan. St. 11. p. 31.*

Hab. autumnno et hyeme ad stipites exsiccatos Herbarum maiorum.

Forma elongatum, vt plurimum ouatum, frequentius quoque indeterminatum; intus candidum; substantia tenax.

6. SCLEROTIVM COMPLANATVM; complanatum erectum substipitatum pallidum.

*Sclerotium complanatum*, pyriforme, complanatum; stipite breuissimo. *Tode Fung. mecklenb.* 1. p. 5. t. 5. f. 9.

Prouenit hyeme leni in fimetis culmis gramineis putrescentibus adhaerens.

obs. Forma nunc subteres, praesertim in statu iuniore, vt plurimum vero complanatum, obcordatum, colore sordide pallescente.

7. SCLEROTIVM RADICATVM: terrestre ouatum nigrum radicum. †

*Sclerotium radicum*, sphaericum, basi producta, radicum, sparsum. *Tode Fung. mecklenb.* 1. p. 5. t. 5. f. 8.

Inuentum solo humido vmbroso, Septembri.

8. SCLEROTIVM BRASSICAE: oblongum depressum nigrum, intus nigro-punctatum. *Disp. meth. fung.* p. 15.

Prov. hyeme intra folia putrescentia *Brassicae oleraceae*, in cellis asseruatae. 2 — 3 lin. latum, applanatum, tenue,

9. SCLEROTIVM VARIVM: subrotundum oblongumque sublobatum varium rugosum, e colore albo dein fuscescente nigrum.

Eluella Brassicae. *Hoffm. veg. crypt.*  
2. p. 18. t. 5. f. 2. (exclusis nonnullis sy-  
nonymis.)

Passim reperitur ad caules et nervos  
*Brassicae*, hyeme defossae.

Tubera, subrotunda oblonga, reni-  
formia, in lobulos obscure diuisa, magni-  
tudine varia, solitaria aut 3 — 6 con-  
gesta, ab initio exigui niuei globuli sunt.  
*Hoffmann.*

OBS. Antecedentem inter et sequen-  
tem media est species.

10. SCLEROTIVM SEMEN: gregarium  
sphaericum nigrescente-spadiceum, de-  
mum corrugatum.

*Sclerotium Semen. Tode Fung. meck-  
lenb. 1. p. 4. t. 4. f. 6.*

*Sphaeria Brassicae. Dicks. pl. crypt.  
brit. p. 23. Bolt. Fung. t. 119. f. 1.?*

Sero autumnno et vere, praesertim ad  
stipites subputrescentes *Solani tuberosi* in  
agris aceruatos, occurrit.

Lineam 1 — 2 latum, substantia sub-  
molli, hinc exsiccatum rugosum euadit.  
Aetate iuniore candidum.

11. SCLEROTIVM PUBESCENS: grega-  
rium globosum pallidum basi villosum.  
Prov.

Prov. intra lamellas *Agarici* cuiusdam putrescentis sero autumno.

Lin. 1. latum, medio nonnunquam subexcavatum.

12. SCLEROTIVM ERYSHIPHE: epiphyllum, granulis aggregatis fusco-nigris, tomento albo insidentibus. *Obs. myc.* 1. pag. 13.

Mucor *Eryshiphe*, albus, capitulis fuscis sessilibus. *Linn. Syst. veg.* 15. p. 1020.

$\beta$ . *corylea*: tomentum tenuissimum, fungillis in disco impresso subuillosis.

Hab. autumno in variarum herbarum foliis,  $\beta$ . in auersa folii *Coryli Auellanae* parte crescit.

Folia talia (in  $\beta$ . excepta) languescunt, ac farina alba adspersa quasi adparent. Fungilli minutissimi globosi, primo lutescentes, deinde fusci, tandem fere nigrescunt. Ab initio laeves, demum rugulosi. Nonnulli, praesertim varietatis  $\beta$ ., disco umbilicati, et villo quodam, an cortinae vestigiis? ibi instructi sunt, quo affinitas cum *Pezizis* apparet.

13. SCLEROTIVM QVERCINVM: epiphyllum sparsum subhemisphaericum conuexum laeve, sordide pallidum, subnigrescens. *Disp. meth. fung.* p. 15.

Prov.

Prov. aestate in foliis deciduis aridis quercinis, quibus ad dimidium adhaerens. Lin.  $1\frac{1}{2}$  latum, substantia duriusculum.

14. SCLEROTIVM POPVLNEVM: epiphyllum congestum subimmersum incarnato-rufum, demum nigrescens, formis varium subrotundum aut angulato-confluens. *Obs. mycol.* 2. p. 25.

Hab. in foliis *Populi Tremulae*. Vere.

Pustulae obscurae, folii superficiem fere occupant, exsiccatae subnigrescunt; recentes, aut humectatae colore fere carneo.

15. SCLEROTIVM PURPUREVM: ovale perpendiculare (erectum) glaberrimum minimum sparsum. *Tode Fung. mecklenb.* 1. p. 2. t. 1. f. 2. (lente auctum.)

Ramos querneos incolentem rarissime inuenit b. TODE.

16. SCLEROTIVM SPHAEROIDES? gregarium paruum erumpens subrotundum aut elongato-angulatum planiusculum nigrum.

Hab. in ramis iunioribus *Populi Tremulae*, e cuius cortice erumpit,  $\frac{1}{3}$  —  $\frac{1}{2}$  lin. magnum, intus albidum, farctum, subcar-

subcarnosum; corticis epidermide rupta vndique cinctum, disco rugulosum.

obs. E longinquo *Sphaeriae* cuidam quidem simile, verum nec ostiolo distinctum, neque excauatum est aut gelatina refertum; forma et substantia quoque obstat. Nihilominus hicce locus ei quoque non conuenire videtur, cum habitus crescendique modus nimis a ceteris speciebus differant.

12. TVBER. Subrotundum; carnosum. Substantia *venis seminiferis* variegata.

1. TVBER CIBARIUM: verrucis exasperatum nigrescens.

*Tuber cibarium*, globosum, solidum, verrucosum, radice destitutum. *Sibth. Fl. oxon. p. 398. Bull. Champ. p. 74. t. 356.* *Tuber brumale* pulpa obscura odorata. *Mich. Nov. gen. pl. t. 102.*

*Lycoperdon Tuber*, globosum solidum muricatum, radice destitutum. *Linn. Syst. veg. Ed. 15. p. 1019.*

*Lycoperdon gulosorum*. *Scop. Fl. carn. 2. p. 491.*

*Tuber gulosorum*. *Wigg. prim. fl. Hol-sat. p. 109.* (vbi character genericus ita exprimi-



primitur: *Fungus subglobosus succo pulposo repletus.*)

Hab. sub terra, vbi a canibus, eo fine eruditis, ad cibum colligitur, per totam fere *Europam*, etiam in *Asia* et *Iaponia*:

Canes proprii, summa patientia docti, hunc fungum olfaciunt, effodiunt, indicant domino. Caro pretio emitur a deuotis *Gulae* et *Veneri*. *Scopoli l. c.*

OBS. *Bulliardus* (l. c.) quatuor huius speciei varietatum mentionem facit.

*Var.* 1. nigra.

2. primo subalbida, dein cinereo-fuscescens.

3. nigro-subuiolacea.

4. subcinerea, alliacea.

2. TVBER MOSCHATVM: nigrescens laeue.

*Tuber moschatum*, arhizon, fusco-nigricans, subrotundum, molliusculum: superficie laeui. *Bull. Champ. p. 79. t. 479.*

Sub terra in *Gallia* habitat.

Recens substantia interna, etiam nigrescens, molle et odorem fortem moschatum exhalat. Exsiccatum plicato-rugosum fit. *Bulliard.*

3. TVBER GRISEVM: rotundo-difforme laeue molle griseum. †

*Truffe*

*Truffe grise.* DE BORCH *Lettres sur les Truffes du Piémont.* p. 7. t. 1. et 2.

Magnitudine cum ceteris conuenit; verum substantia saponacea et odore alliaceo differt (*loc. cit.*). Forte huc spectat varietas quarta a *Bulliaro* commemorata.

4. TUBER ALBUM: ex albido rufescens subrugosum.

*Tuber album*, albo-subrufescens, radice destitutum; sed basi radicali instructum. *Bull. Champ.* p. 30. t. 404. *De Borch.* l. c. p. 6. et 7. *Bianchetti*?

*Lycoperdon gibbosum*, sessile difforme subrotundum conuexo-gibbosum subrugosum solidum album. *Dicks. pl. crypt. Brit.* 2. p. 26.

Hab. in *Gallia* et *Anglia*.

*Substantia* interna subnauseosa alba: venis rubescentibus. Externe vt plurimum laeue, aut nonnunquam sulcato-rugosum. *Bulliard.*

Dimidia fere fungi pars intra terram degit. Siccatus parum flauescit. *Dickson.*

OBS. Vtrum sequens a *Rev. Wulfen* descriptus fungus specie diuersus, an modo varietas sit, diiudicare haud possum, quoad descriptionem, quam hinc addere volo, valde tamen affinis species videtur.

β. *Lycoperdon aestivum*, subglobosum solidum, glabrum, subterraneum, radice destitutum, (ex pallido nigrescens). v. *Wulf.* in *Jacq. Coll.* 1. p. 344.

Magnitudo nucis castaneae est, primo sordide album, dein dilute fuscescens, tandem nigricans, laeue, aut squamulis furfuraceis obsitum, apice terra subdenudatum. *Radices* aut nullae aut capillares, fibrillosae. *Caro* spongiosa, primo alba, dein cinerascens, aut fuscescens, maturitate aut exsiccata celluloso-porosa. *Odor* subnullus; *sapor* nullus; apud multos tamen edule. *Wulfen.*

## ORDO TERTIVS.

† TRICHOSPERMAE. Pulvere seminali filis intertexto.

13. BATARREA. Voluata, stipitata. *Pileus* deflexus, campanulatus, villosus, *pulveris strato* obsitus, a volua calyptratus.

1. BATAR. PHALLOIDES: fuscescens.

*Lycoperdon phalloides*, voluatum stipitatum, pileo deflexo campanulato supra

I

pulue-

puluerulento calyptrato, infra glabro libero. *Dicks. Pl. crypt. Brit. Fasc. 1. p. 24. Woodward in Act. angl. v. 74. p. 423, t. 26.*

*Lycoperdon Phalloides*, volua subterranea, radicata triplici, stipite centrali, parietem internum puluerulentum cum portione extimorum eleuante. *Smith. Spicileg. bot. Fasc. 1. p. 11. t. 12.*

In aggeribus arenosis in *Anglia* prope *Norwich* inuenit *G. Humphrey* et circa *Bungay Suffolciae* *T. Woodward*.

*Volua* ouata, bicorticata, albida, mucilagine repleta, sub terra ad vnc. 7 — 8 recondita. *Stipes* altitudine circiter pedali, cortice lacerato strigosus. *Pileus* superne tectus strato pulueris crassi fusci, qui portione *voluae* disruptae quasi calyptra operitur. *Dickson*.

*Stipes* cylindricus, rectus, carnosus, mucilagine repletus, primo brevis, postea vero mira vi atque celeritate sursum elongatur. *Smith. l. c.*

obs. Memorabilem hunc fungum, vt peculiare genus, in memoriam beat. *Batarrae*, ob suam *Fungorum agri Ariminensis historiam* de Re botanica bene merentis, denominaui. Propter *peridium* pileiforme, stipitatum etc. a *Lycoperdis*

*coperdis* omnino recedit, *Phallisque* affini-  
 or est. Propter pilei vero superficiem  
 externam villosam, puluere copioso ob-  
 tectam, et voluae parte peridii ad instar  
 quasi clausam; peculiare in hac familia  
 efficit genus.

14. GEASTRVM. *Volva* tenuis, eua-  
 nescens. *Peridii* cortice exteriori stel-  
 latim fissio demum reflexo: ore, vt  
 plurimum, piloso.

\* Peridio pedicellato.

INGEASTRVM COLIFORME: *Volva* mul-  
 tifida, peridii pedunculis osculisque nu-  
 merosis.

*Lycoperdon coliforme*, radio multi-  
 fido patente, capitulo depresso sphaerico,  
 pedunculis osculisque numerosis. *Dicks.*  
*pl. crypt. brit. p. 24. t. 3. f. 4. Woodward's*  
*Essay towards an History of the british*  
*stellated Lycoperdons in Transact. of the*  
*Linn. Soc. 2. p. 59.*

*Pedunculi* breues approximati com-  
 pressi sublignosi. *Capitulum* subfuscum,  
 pellicula tenui argentea indutum, superne  
 foraminibus numerosis ciliatis perfora-  
 tum, puluere fusco plenum. *Dickson.*

2. GEASTRUM CORONATUM: peridio globoso pedicellato, disco planiusculo: ore lato conico, radiis multifidis umbrinis externe granulosis subexpansis.

Geastrum multifidum var.  $\beta$ . *Disp. meth. fung. p. 6.*

Lycoperdon voluam explanans. *Schmidel. Ic. et anal. pl. p. 179 — 182. t. 46.*

Prov. in sylvis lutosis aut ericosis.

obs. Pro laciniarum crassitudine et latitudine variat. *cf. Schmidelii figuras, l. c.*

$\beta$ . *Woodwardi*: minor, capitulo superne plano, ore acuminato ciliis (stipitate) longioribus. *Woodward l. c. p. 58. Bryant Hist. acc. of two Lycoperdons f. 19. Mich. gen. pl. t. 100. f. 2.?*

This elegant little variety grows on dry banks, usually amongst ivy, and seldom exceeds an inch or an inch and half in the diameter of its expanded rays. The colour is dark brown. *Woodward.*

3. GEASTRUM PECTINATUM: peridio pedicellato umbrino: ore acuto conico, radiis multifidis fornicatis pallidis.

Geastrum multifidum. var.  $\alpha$ . *Disp. method. fung. p. 6.*

Lyc-

*Lycoperdon voluam reflectens* ore pectinato. *Var. γ. volua multifida*. *Schmiedel l. c. p. 145. t. 37. f. 11. 12. 13. et 14.*

Hab. in pinetis.

*Laciniae* s. radii, laxae, in- aut extrorsum reflexae. *Pedicelli* saepe sulcati. *Peridium* vtrinque subattenuatum, punctatum, plicatum. Oris fimbriae longiores et crassiores, quam in praecedente. Colore umbrinum.

4. GEASTRUM QUADRIFIDUM: peridio globoso pedicellato, ore canescente, radiis subquadrifidis fornicatis. *Disp. meth. fung. p. 6.*

*Lycoperdon fornicatum*, volua quadrifida fornicata, capitulo glabro; ore obtuso ciliato. *Huds. Fl. Angl. p. 644. Woodward. l. c. p. 61. Schaeff. Fung. Bav. tab. 183.*

*Lycoperdon voluam reflectens*, ore pectinato. *Schmiedel. l. c. p. 145. t. 37. f. 1.*

*β. minus*: peridio ovato dilute umbrino, ore pectinato concolore.

*Lycoperdon volua quadrifida minor*. *Schm. l. c. p. 145. f. 2.*

*γ. fenestratum*: maius spadiceum, peridio obconico subuentricoso, oris fimbria brunneo-ferruginea.

*Lycoperdon fenestratum*. var.  $\beta$ .  
*Batsch. El. fung. p. 247. t. 29. f. 168. b.*

Hab. praesertim  $\alpha$  satis frequens in pinetis autumnis.

OBS. Quoad *peridii* figuram et colorem recensitae varietates, aut subspecies, quibus et quarta adnumerari posset (cfr. *Batsch. l. c. p. 248. f. 160. a.*), quae et *peridio* basi truncato et *pedicello* obconico differret, quam maxime inter se discrepant. *Peridium* in  $\alpha$  primo albido-incarnatum, dein rufescente-caesium, pruinatum: ore basi compacto, apice piloso, canescente.

\*\* *Peridio sessili.*

5. GEASTRUM RUFESCENS: radio multifido rufescenti, *peridio* sessili glabro pallidioris. *Disp. meth. fung. p. 6. Schaeff. fung. t. 182.*

*Lycoperdon voluam reflectens* ore dentato. *Schnied. l. c. p. 167 — 170. t. 43. et t. 50. f. 1 — 3.* (Var. *minor* colore dilutioris.)

Hab. in Pinetis.

OBS. Maioribus adnumerandum. Color primo rufescenti-albicans, tandem praesertim in radio obscure rufescit.



6. GEASTRVM HYGROMETRICVM: radio multifido inflectente badio, peridio reticulato sessili subconcolore. †

Lycoperdon voluam recolligens. *Schmidel l. c. p. 101 — 105. t. 26. f. 27.*

“Solum amare solet sabulosum sylvis consitum, circa Erlangam frequens. Sub terra primo ad aliquot pollicum profunditatem latere consuevit. Eius *Capituli* a basi vsque vltra medium ventrem superficies externa reticulo, ex striis eleuatis villosis reliquiae substantiae cellulosa intermixtis composito, exornata est adeo constanter, vt in vetusto etiam fungo non obliteretur. Circa verticem vero orbiculare spatium est, quorsum reticulum non peruenit, sed sola cellulosa tunica tenerrima regnat. *Volua* (in radios a 7 ad 18 fissa) peculiarem possidet qualitatem, quod lacinias (radios) contrahat et circa globulum recomponat per siccitatem, post plures etiam annos et in speciminibus siccis, quibus humectatis volua modo explicatur et tanta vi reducitur siccescens, vt pondere imposito vix a coarctatione abstineri queat. *Schmidel.*

β. *anglicum*: peridio albicante-stramineo laeui, radio 5 — 6 — 7-fido.

*Lycoperdon recolligens*, volua multifida patente, laciniis aequalibus, capitulo depresso sphaerico sessili: ore acuminato, Woodward. l. c. p. 58 — 59. (allegauit:

*Lycoperdon stellatum*. Bull. Champ. t. 238. et Bryant list. of two *Lycoperdons*. f. 3. 4. 5. 6. 10.)

Vere et autumnno.

OBS. Vtrum *Lycoperdon Stellatum* BOLTON *Funguss*. t. 179. ad hanc, an ad antecedentem speciem pertineat, aut diuersam exhibeat speciem, determinare non audeo, cum peridium *subpedicellatum* delineatum sit, et de eo (p. 179) dicatur, quod primo reticulo subcaeruleo, deinde euanescente tectum sit. Etiam color differt, qui quoad iconem terreus fere, aut obscure argillaceus videtur.

15. BOVISTA. *Peridium* laeue sessile, cortice exteriori albo (volua?) demum per partes euanescente, vertice irregulariter rupto. (*Puluis seminalis fusco-purpureus*.)

1. BOVISTA NIGRESCENS: maior nigrescente - umbrina, subtus plicata. *Disp. meth. fung.* p. 6.

Lycoper-

*Lycoperdon globosum.* *Bolt. funguss.*  
t. 118. *Whitering bot. arrang. v. 3. p. 467.*

*Lycoperdon arrhizon*, globatum cinereum pruinatum; cicatrice radicali obsoleta; ore angustato lobato; lana laxa brunnea. *Batsch. El. fung. p. 239. t. 29. f. 116.* (etiam huius loci est, quoad communicata viua exemplaria ab ipso humanissimo auctore).

Prov. in syluis frondosis.

Forma est aut tota globosa, aut oblongo-rotunda,  $1\frac{1}{2}$  vnc. vt plurimum magna.

obs. Inueni in syluis sollingensibus *varietatem* peculiarem, in terra defossam, eaque ad dimidium ferme tectam, magnitudine bi-triunciam, basin versus valde plicatam, colore fuliginoso-vmbrinam.

2. BOVISTA PLUMBEA: minor subglobosa plumbeo-caesia. *Obs. myc. 1. p. 5.*

*Lycoperdon ardesiaceum.* *Bull. Champ. p. 146. t. 192.* (Vbi male in trunco proueniens delineatum est.)

Hab. in pratis, locis graminosis, montosis.

Iam aestate post pluuias crescere incipit, cortice exteriori candido adhuc involuta, qui demum vt plurimum aut

totum euanescit, aut de quo basi particulae stellariformes, modo eleganti, remanent. Autumno matura, colore plumbea, libera aut terrae vix innata, non infrequens reperitur.

3. BOVISTA PVSILLA: gregaria minuta ouata nigrescens: squamulis furfuraceis albidis.

*Lycoperdon pusillum*, globosum vtrinque subacuminatum, nigro-fuscum, inferne violaceum brunneum, superne micis furfuraceis fusco-terreis conspersum, apice supero orificio angusto dehiscens. *Batsch. El. fung. p. 123. t. 41. f. 223.*

Hab. in locis siccis autumno, raro.

obs. Speciei primae affinis; sed vix tres lineas magna est. Inmaturam eam hucusque nondum inueni, hinc de colore et forma corticis exterioris dubius sum.

4. BOVISTA? FURFURACEA: subglobosa albida (radicata?), superficie furfuraceo-squamosa.

*Lycoperdon furfuraceum*. *Gmel. Syst. Nat. Linn. 2. p. 1464.*

*Lycoperdon sphaericum album*, cortice primario in furfuraceas portiunculas abeunte. *Mich. Nov. gen. pl. p. 213. t. 97. f. 6.*

In

In ericetis non raro oritur, et cum reliquis congeneribus in foro venditur. *Micheli.*

16. TVLOSTOMA. *Peridium* pedicellatum, apertum ore cylindrico cartilagineo.

1. TVLOSTOMA BRVMALE: stipite laeviusculo, peridio globoso, ore plano. *Disp. meth. fung. p. 6.*

*Lycoperdon pedunculatum*, stipite longo, capitulo globoso glabro: ore cylindrico integerrimo. *Linn. Syst. veg. 15. p. 1019. Bull. Champ. p. 161. t. 471. f. 2. et t. 294. Batsch. El. fung. t. 29. f. 167.*

Hab. his in locis hyeme in muris. *Cl. Woodward apud Withering. bot. arrang. of brit. pl. p. 465.* hanc speciem circa Londinum in pratis mensibus Augusto et Octobri inuenisse affirmat.

*Peridium* colore opaco, ex albo dilute rufescente, squamulis indeterminatis hinc inde obsitum. *Stipes* fere glaber, vnc. 1 longus.

*β. filatum*: filo centrali in stipitis cavitate. *Bull. l. c. t. 47. f. T.*

2. TVLOSTOMA SQVAMOSVM: stipite squamoso, peridii ore elongato.

Lyc-

*Lycoperdon squamosum*, depresso-globosum acuminatum: acumine truncato aperto, stipite elongato squamoso. *Gmel. Syst. nat. Linn. 2. p. 1463.*

*Lycoperdon album*, mammosum, pediculo longo, et veluti squamoso ac fistuloso donatum, *Mich. Nov. gen. pl. p. 218. t. 97. f. 7.*

obs. Mense Septembri in sepibus in *Italia*, quantum scio, a b. *Michelio* hactenus est obseruatum; a priore stipite longiore, squamis densis imbricato, et ore elongato differt.

17. LYCOPERDON. *Peridium* caulescens, apice demum ruptum, verrucis squamulosis, aut spinulosis obsitum. (*Puluis seminalis viridis.*)

1. LYCOPERDON GIGANTEVM: subacaule globosum maximum ex albedo pallescens, squamulis sparsis subobsoletis.

*Lycoperdon maximum*, acaule, depresso-globosum, albidum, ferme glabrum, punctis stellatis consitum, basi breuissima, *Schaeff. Fung. bav. v. 4. p. 130. v. 2. t. 191.*

*Lycoperdon giganteum.* *Batsch. El. fung. 135. t. 165.*

Lyco-

*Lycoperdon Bovista.* *Bull. Champ.* p. 154. t. 447.

Hab. in locis europaeis australioribus, graminosis. Autumno.

Iure inter maximos fungos numerandum, cum nonnunquam  $1\frac{1}{2}$ —2 pedes latum inueniatur. Prima aetate, dicit *Bulliardus* l. c., niueum; aetate adulta subrufido-stramineum; vetustate cinereo-fuluum, aut subfuscescens: radice gracillima.

2. LYCOPERDON BOVISTA: magnum obconicum molle pallescente-albidum, subtus plicatum, squamis latiusculis. *Obs. mycol.* 1. p. 4.

*Lycoperdon caelatum*, maius, turbinatum; carne alba, seminibus subfuliginis; pericarpio tenui, flaccido, radice cespitosa. *Bull. Champ.* p. 156. t. 430.

*Lycoperdon gemmatum.* *Schaeff. fung.* v. 4. p. 130. t. 189. *Lycoperdon areolatum.* *Schaeff. l. c. t.* 190.

Hab. autumnii initio, locis colliculosis graminosis frequens.

Turbinatum seu late obconicum, convexo-planum obtusum, 5—4 vnc. latum est. In statu decrepito superne ad dimidium perditur et pezizaeforme fit. Superficies

ficies squamis sparsis mollibus tessellatim rimosa est. Color primo albidus, dein fuliginosus.

OBS. Peridii maturi, puluereque or-  
bati pars infera ad fomitem ignis con-  
seruandi, more solito (malleo contusa,  
aut lixiuio cocta) praeparari potest. *Cfr.*  
*Bulliard l. c. Celeberr. Ventenat* hoc de  
omnibus Lycoperdis caulescentibus affir-  
mat; *vid. Eius Tableau du regne vegetal.*  
*v. 2. p. 16.*

3. LYCOPERDON PRATENSE: candi-  
dum molle, peridio hemisphaerico, lae-  
uiusculo, verrucis parvis, caule breuis-  
simo. *Disp. meth. fung. p. 7.*

Lycoperdon *Proteus*  $\alpha$  *cepiforme*, nunc  
globosum, nunc summa parte acumina-  
tum, nonnunquam basi attenuatum; su-  
perficie in his laeui, in illis subechinata,  
quandoque tessellatim rimosa. *Bull.*  
*Champ. p. 143. t. 435. f. 2.*

Lycoperdon papillatum. *Schaeff. fung.*  
*bav. vol. 4. p. 127. t. 134. (huius loci.)*

Hab. aestate iam post pluuias in pra-  
tis, collibus graminosis, vbi ad dimi-  
dium terrae fere est immersum.

*Peridium*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latum, conuexo-pla-  
num, umbone nullo distinctum, candi-  
dum,



dum, hinc inde per fissuras color ochraceus transparet. *Verrucae* obsoletae. Antecedenti affine; sed triplo minus.

4. LYCOPERDON VTRIFORME: maiusculum ex obouato-cylindricum dilute fuligineum, superficie laeuiuscula, caule cum peridio confluyente.

*Lycoperdon utriforme*, subcylindraceum aut culliforme; carne alba; seminibus luteo-cinereis: pericarpio crasso, firmo. *Bull. Champ. p. 153. t. 450. f. 1.*

Hab. in Gallia.

Terrestre est, prima aetate subluteo-cinereum, aetate adulta cinereum; vetustate cinereo-fuligineum. *Bull.*

Quoad iconem 3 vnc. et ultra altum, 2—3 vnc. latum, ouatum, obtusum, squamis distinctis non obsitum. *Lycoperdo Bovistae* affine, sed forma tereti differt.

5. LYCOPERDON EXCIPULIFORME: magnum albidum varium, peridio subgloboso, verrucis spinulosis sparsis, caule subtereti longo plicato.

*Lycoperdon excipuliforme*. *Scop. Fl. carn. 2. nr. 1631. Schaeff. fung. t. 187. 292. 293? et 295.* (haec ultima icon optima est,

est, tamen haecce species adhuc maior, quam delineata est, inuenitur.)

*Lycoperdon Proteus*  $\lambda$  *excipuliforme*, basi in formam stipitis saepe ventricosi gracilescente: superficie nunc aculeis hirta, nunc sublaeuigata. *Bull. Champ. p. 149. t. 450. f. 2. t. 475. fig. f. g. h. i.*

Hab. sero autumno in pinetis sparsim ad terram.

*Caulis* basi subrotundatus: radiculis fibrillosis albidis, 2 — 3 vnc. longus, 1 —  $1\frac{1}{2}$  crassus, versus apicem verrucis obsitus sparsis. *Peridium* ab  $1\frac{1}{2}$  ad 2 vnc. et ultra latum, subtus plicatum, laeuisculum. Verrucarum spinulae basi inter se distant.

$\beta$ . *Lycoperdon hyemale*: paullo minus, candidum aut dilute fuligineum, forma regulari, peridio rotundo laeui, verrucis minutis subfurfuraceis.

Huius loci est *Lycoperdon hyemale*. *Bull. Herbier. t. 72.*

Crescit in pratis montosis, aut syluaticis graminosis. *Peridium* non umbo-notum, verrucis minutis confertis detersilibus obsitum. Etiam quoad locum natalem a *L. excipuliformi* differt.

$\gamma$ . magnum rufescente - fuligineum, peridio laeui. — *Flor. Dan. t. 639.*

6. LYCOPERDON MAMMAEFORME: minusculum umbonatum incarnatum farinaceum: verrucis maioribus depressis globulosis deciduis.

Hab. rarius in sylvis autumnno, inter folia.

Ad maiora pertinet. Duas vnc. fere altum. *Peridium* 1 — 1½ vnc. latum, subglobosum, verrucis minutis furfuraceis obsitum. *Caulis* basi plicatus: plicis reticulatis. *Squamæ* nonnullæ verrucaeformes, laxæ, radiatæ, 2 — 3 lin. latæ, in caule obseruantur, quæ forte *voluæ* cuiusdam reliquiæ sunt; *cfr. Micheli t. 97. f. 2.*

7. LYCOPERDON PERLATUM: cespitosum umbonatum albidum, caule longiusculo subcylindrico, verrucis compactis rotundis (deciduis) in mucronem porrectis. *Obs. myc. 1. p. 4.*

*Lycoperdon gemmatum. Flor. Dan. t. 1120.*

*Lycoperdon Proteus hirtum*: basi sensim desinente in stipitem plus minusve elongatum et crassum: superficie echinata aculeis deciduis: in his longissimis, in illis vix prominulis. *Bull. Champ. p. 148. t. 340. et t. 475. (Icon minus fida; color nigrescens pictus.)*

*Lycoperdon excipuli chymici* forma *Vaill. bot. parisiense. t. 12. f. 15.* — *Lycoperdon minimum verrucosum. Eiusd. l. c. t. 12. f. 16.* (modo aetatem huiusce speciei iuniorem exhibet.)

*Lycoperdon album*, totum aculeatum, altiori basi donatum. *Micheli N. gen. pl. p. 217. t. 97. f. 1.* (Verrucae modo nimis rudes et iusto copiosae sunt propositae.)

β. *nigrescens*: sordide album, verrucis nigrescentibus. *Disp. meth. fung. p. 7.* (color verrucarum ceterum albus, forte a statu veteriore, aut aliam ob causam in nigrescentem mutatus.)

γ. *lacunosum*: *Lycoperdon Proteus δ lacunosum*, basi plus minusue attenuata, saepius in stipitem desinente; superficie modo punctis prominulis conspersa, modo aculeis deciduis echinata et exarata fossis, nunc sat manifestis, nunc vix perspicuis. *Bull. l. c. t. 52.* (Icon et descriptio a specimine subdecrepito desumptae videntur.)

Hab. in sylvis autumnino.

OBS. Verrucarum forma ab omnibus facile distingui potest.

8. LYCOPERDON CANDIDUM: gregarium e tereti turbinatum candidum, verrucis aculeatis maiusculis: spinulis distantibus

tibus.  *Ic. et Descr. fung. Fasc. 2. t. 13. f. 4. a. b. c.*

Hab. autumnno in quercetis ad terram.

Aetate iuniore teres, dein obouatum; vnc. 1 et vltra longum. *Verrucæ* in disco confertae spinulosae. A sequente radicaliarum absentia, colore et paruitate differt.

9. LYCOPERDON ECHINATVM: turbinatum pallide umbrinum, verrucis spinosis: spinis crassis distantibus. *Disp. meth. fung. p. 53. et in Annal. Botan. St. 11. p. 28.*

Prouenit autumnno rarius in faginetis.

Obs. Radiculis albis longis est instructum. Ob verrucas valde spinosas, et colorem fuligineo-fuscum facile dignosci potest. Plerumque solitarie crescit.

10. LYCOPERDON VMBRINVM: turbinatum subumbonatum, primo cinereum, demum nigrescente-umbrinum: verrucis tenuibus hirtum. *Disp. meth. fung. p. 53. et in Annal. Botan. l. c.*

Hab. in pinetis gregarie. Autumnno.

Aetate iuniore oblongo-clauatum, spinulosum, et colore ferme cinereum. Adultum nigrescens fere; verrucis tenuio-

K a ribus

ribus nonnullis longis hirsutum. Radiculae fibrosae, albae. Totus fungus vnc. 1 latus, et vnc. altus.

β. *Lycoperdon hirtum*: subacaule umbrinum, verrucis brevissimis strigosis hirtum, disco laevi.

Pariter in pinetis inueni hunc fungum, qui antecedente minor, nec umbrinum habet, et caule vix instructus. Basi plicatus est;  $\frac{1}{2}$  —  $\frac{3}{4}$  vnc. latus; suborbicularis. *Verrucae* spinulosae, teretes, brevissimae, concolores.

11. LYCOPERDON QUERCINVM: cespitosum, peridio rotundo pallido, verrucis sparsis acutis umbrinis. †

Rarissime in quercetis inuenitur.

Totus fungus vnc.  $1\frac{1}{2}$  magnus. *Caulis* sublacunosus, subcompressus et verrucis minutis concoloribus gaudet. *Radix* fibrosa, alba.

12. LYCOPERDON PYRIFORME: cespitosum pyriforme umbrinatum fuligineo-pallidum: squamulis tenuissimis, radiculis fibrosis longis.

*Lycoperdon pyriforme*, stipitatum subglobosum umbrinatum glabrum, subrotundo ore. *Willd. Fl. ber. p. 411. Schaeff. fung. t. 185.*

Lyc-

*Lycoperdon Proteus*, *S.* ovoideum. *Bull. l. c.* p. 148. t. 455. f. 3. (Icon bona, umbo modo non distincte est expressus.)

*Lycoperdon pyriforme.* *Bull. herb. t.* 32. (In statu decrepito. Reliquae icones ab auctore pag. 148. ad hanc speciem allegatae, potius ad *Lycoperdon perlatum* sunt referendae.)

*β. tessellatum:* cortice indurato rufescente, tessellatim rimoso.

Hab. *α* frequens ad truncos putridos in sylvis fagineis ab autumnii initio in hyemem vsque observabile; rarius ad terram.

Color primo dilute fuliginosus, dein sordide pallescens, nonnunquam fere nigrescens. Superficies squamulis minutis obsita. Apice eroso demum hiat.

OBS. Plura individua basi fibris radicosis albis inter se cohaerent; hinc puto, numne forte *Lycoperdon ramosum:* parasiticum pyriforme scabrum, radice filiformi ramosissima prolifera. *Jacq. Fl. Austr.* 3. t. 224. *Syst. veg. ed.* 15. p. 1020. modo iunior huius speciei sit fungus. —

*Var. β.* aberrantem accepisse videtur formam et substantiam a tempestate valde calida, post pluuias densas secuta, aestate enim mihi obuia fuit, quae primo intuitu facile pro diuersa specie haberi poterat.

13. LYCOPERDON MOLLE: turbinatum subsolitarium obscure fuligineum molle, squamulis deciduis puluerulentum. *Obs. mycol.* 2. p. 70.

Prouenit solitarie ad terram in quercetis, autumnno.

Magnitudo antecedentis. Color multo obscurior, fere dilute oliuaceus. Ad tactum mollissimum. Radiculae nullae.

14. LYCOPERDON GOSSYPINVM: gregarium minutum globoso - turbinatum sublanuginosum pallidum.

*Lycoperdon gossypinum.* *Bull. Champ.* p. 147. t. 435. f. 1.

Hab. in *Gallia* ad truncos putridos.

Tres lineas ferme magnum. Caulis breuissimus obconicus. Color ex albido demum dilute fuligineus.

18. SCLERODERMA. *Peridium* cortice suberoso duriusculo subtesselato, indeterminatim demum rupto. (*Puluis purpurascens, fuscus aut ferrugineus.*)

\* Caule fisso, radicoso.

1. SCLERODERMA PISTILLARE: clavatum croceum, stipite torto. *Linn. Syst. veg.*



*veg. ed.* 15. p. 1019. *Mant.* 313. (Sub *Lycoperdo.*)

Hab. in *India* orientali.

Fungus spithamaeus. Stipes fibris longitudinalibus tortus. Peridium ouato-oblongum, stipite quadruplo crassius, duplo longius, membrana crocea vestitum, et puluere ferrugineo repletum.

2. SCLERODERMA HERCVLEANVM: magnum albidum, peridio nutante, stipite scarioso: fibris lamellosis rectis.

*Lycoperdon Herculeum.* *Pallas Reise durch Rußland.* 1. p. 553.

Fungus saepius pedali altitudine, extus albus. Stipes cylindricus, scariosus s. lamellis fibrosis. Sensim incrassatus in clauam nutantem, obsolete truncatam mole pugni. Maturitate fungus in superficie planiusculum clauae rimis inordinate rumpitur et effundit pollinem fuluo-ferrugineum. *Pallas.*

3. SCLERODERMA CARCINOMALE: clavatum, peridio basi dehiscente, stipite cylindrico: fibris rectis.

*Lycoperdon carcinomale*, clavatum, stipite cylindrico recto. *Linn. Suppl. pl.* p. 453. *Thunberg Diss. acad.* 1. p. 274.

Hab. ad *Caput bonae spei* in aceruis formicarum.

Pulvis et tomentum fusca. Ad vlcera cancrrosa adhibetur. *Suppl. et Thunb. l. c.*

4. SCLERODERMA TINCTORIVM: magnum album, caule deorsum lobato-fisso, peridio laeui subrotundo: sporulis glebiformibus magnis. †

*Lycoperdoides* album, tinctorium, radice amplissima. *Micheli N. gen. pl. p. 49. t. 98. f. 1.*

*Lycoperdon capitatum.* *Gmel. Syst. Nat. Linn. 2. p. 1463.*

Hab. in sessilibus et sterilioribus agris, nec non in ericetis, locis montosis, plerumque mense Augusto in Italia. Quoad iconem magnitudine spithamea, et 3 vnc. fere crassa est. haecce species.

5. SCLERODERMA ARHIZVM: ferrugineum cellulosum: cellulis substantia spongioso-filamentosa repletis, sporulis minutis et glebiformibus magnis variis.

*Lycoperdon arhizon.* *Scopoli Delic. in-subr. 1. p. 40. Bot. Magaz. 1. p. 66. t. 2. f. 1 — 6.*

Mense Augusto hancce speciem, ample l. c. descriptam, circa *Mozzate* in Italia inuenit

inuenit naturae scrutator olim indefessus  
b. *Scopoli*.

6. SCLERODERMA AVRANTIVM: magnum laete flauum radicatum basi plicatum pertusumque. †

*Lycoperdon aurantium*, sphaeroidale, basi rugosum, stipitatum: laciniis obtuse emarginatis dehiscens. *Linn. Syst. veg. ed. 15. p. 1019.*

*Lycoperdon aurantium*, subglobosum, luteum; carne caesio-rubescente: pulvere fusco; collo radice latae plicato. *Bull. Champ. p. 158. t. 270.*

Hab. autumnno in syluis. — Sex uncias et ultra latum, basi, an ab insectis? foraminulosum. *Bull.*

7. SCLERODERMA CITRINVM: mediocre subrotundum radicatum pallescente-citrinum obsolete subsquamosum: squamis crassiúsculis.

*Lycoperdon defossum*. *Batsch. El. fung. cont. 2. p. 126.* huc pertinet.

*Lycoperdon cerninum*. *Bolt. fung. t. 116.* (excluso synonymo.)

Hab. in quercetis praecipue ad terram, aut ad truncos muscosos, autumnno.

Duas uncias magnum, squamis (*cfr. Vaillant. bot. par. t. 16. f. 8.*) rimisque tessellatum, subtus planiusculum, et ibi praecipue citrinum, intus purpurascens, radice fibrosa dura terram intrat.

obs. Hinc inde foraminibus ab insectis, vti in antecedente pertusum, qua via natura ad puluerem dispergendum, forte vitur.

8. SCLERODERMA VERRUCOSVM: subglobosum, maiusculum rufo-fuscescens, caule subelongato radicoso, squamulis confertis minoribus. †

*Lycoperdon verrucosum*, subglobosum, rufo-fuscescens; carne caesio-rubescente, seminibus fuscis, collo radice latissimae plicato. *Bull. Champ. p. 157. t. 24.*

*Lycoperdon verrucosum*, sphaericum, pedunculo donatum, e flauo-rufescens, punctulis fuscis adpersum. *Vaill. bot. par. p. 122. t. 16. f. 7.*

Terrestre colore et dimensionibus variat nempe situ, tempestate aliisque circumstantiis; nunc cinereo-fuligineum aut subfuscum, aliquando cinereo-flavescens, sordide luteum, plerumque rufo-fuscescens occurrit; superficies nunc laevis, nunc verrucis vix prominulis conspersa. *Bulliard.*

9. SCLERODERMA SPADICEVM: gregarium minus, subguttatum laeue spadiceum, radice dura fibrosa.

*Lycoperdon spadiceum*, acaule et caulescens spadiceum; corpore depresso globoso, punctato centro saepe fastigiato; petiolo tereti pleno ochroleuco, tuberoso, radicato, vel nullo. *Schaeff. Fung.* 4. p. 129. t. 188. *Dicks. Pl. crypt. brit. Fasc.* 1. p. 25. *Gmel. Syst. Nat.* 2. p. 1463. nr. 7 et 8.

Hab. aestate in faginetis ad truncos.

obs. *Scleroderm. citrino* valde affine, et forte eius modo varietas, a quo vero paruitate et colore praesertim differt.

10. SCLERODERMA CEPA: subrotundum depressum laeviusculum nitidum, caule breui obconico subarhizo.

*Lycoperdon caepae*-facie. *Vaill. bot. par.* p. 123. t. 16. f. 5. 8.

Tuber *solidum*, globular, but compressed, brown, reticulated, very firm; blueblack within. *Withering bot. Arrang. of british. plants* 3. p. 459. (ol allegatum *Vaillantii* synonymum; illud vero *Schaefferi* eliminari debet.)

Prov. mense Augusto in sylvis.

obs. Quoad descriptionem *Vaillantii* omnino distincta species est, quae  $1\frac{1}{2}$  vnc. ferme

ferme lata, superne muricata (*maroquinée*) est.

11. SCLERODERMA POLYRHIZVM: acaule globosum pallidum, cortice in lacinias aequales stellatim fisso, radice fibrillosa ramosissima.

*Lycoperdastrum rotundum* maius, leucophaeum, pulpa sordide coerulea. *Micheli N. gen. pl. p. 219. t. 99. f. 1.*

*Lycoperdon polyrhizon*, globosum, aequale, lacero-dehiscens, stipite brevissimo, radice breui ramosissima, poliline sordide purpureo. *Gmel. Syst. Nat. Linn. 2. p. 1464.*

In incultis et quiescentibus agris, nec non in ericetis autumnis. *Micheli.*

\*\* Acaulia. (*Hypogaea*.)

12. SCLERODERMA CERVINVM: subterraneum rotundum oblongumque durum granulatum.

*Lycoperdon ceruinum*, globosum solidiusculum centro farinifero, radice destitutum *Linn. Syst. veg. ed. 15. p. 1019.*

*Hypogaeum ceruinum. Disp. meth. fung p. 7.*

*Lycoperdastrum tuberosum*, arhizon filium, cortice duriore crasso et granulato,

lato, medulla ex albo purpurascente, semine nigro crassiore. *Mich. gen. pl. p. 220. t. 99. f. 4.*

β. *Lycoperdon scabrum*, subterraneum fuscescens scabrum subglobosum. *Willd. Fl. berol. p. 409.*

Hab. vt plurimum in pinetis sub terra, in *Hercynia* frequens. β. prope *Berolinum* repertum, mihi ignotum, non distincta species videtur.

*Var. α* ab vncia 1 — ad  $1\frac{1}{2}$  magna; forma ex ouato-oblonga s. rotunda variat. Specimina iuniora pallidiora, molliuscula. Quoad diuersum locum natalem: in faginetis aut pinetis, etiam plus minusue squamulis obtusis aut acutis obtectum.

19. LYCOGALA. *Peridium* subrotundum, membranaceum, laeue, intus primo *massa pulposa* liquescente, deinde *pulvere filis raris* intertexto, refertum.

1. LYCOGALA ARGENTEA: puluinata subhemisphaerica laeuis, colore argenteo. *Disp. meth. fung. p. 7.*

*Lycogala griseum maius.* *Mich. nov. gen. pl. p. 216. t. 95. f. 1.*

Reticu-

Reticularia Lycoperdon. var. 1. *Bull. Champ. p. 95. t. 476. f. 1. a—d.*

Mucor Lycogalus. *Bolt. fung. t. 133. fig. 2.*

Prov. autumnno ad truncos putridos.

2. LYCOGALA TURBINATA: ex pallido fuscescens turbinata laevis. †

Reticularia Lycoperdon. var. 2. *Bull. l. c. t. 476. f. 2.*

Eodem in loco crescit.

Antecedente dimidio minor et caule breui est instructa, habitu hinc pyriformi se exhibet, quare eam, vt speciem, seiunxi.

3. LYCOGALA PUNCTATA: cespitosa rotunda punctata subcinerea.

Reticularia Lycoperdon. var. 3, pericarpio cinereo et sicut penicellatim punctato. *Bull. l. c. t. 476. f. 3.*

4. LYCOGALA MINIATA: gregaria globosa prima miniata, demum fuscescente, puluere roseo. *Disp. meth. fung. p. 7. Obs. myc. 2. p. 26 — 28. (cum observationibus et synonymis.) — Mich. nov. gen. pl. p. 216. t. 95. f. 2.*

Lycoperdon Epidendrum. *Linn. Syst. veg. ed. 15. p. 1020. Bull. Champ. p. 145. t. 503. Fl. Dan. t. 760.*

Mucor



*Mucor fragiformis.* Schaeff. fung. tab. 193.

Prov. in truncis frequens aestate et autumno post pluuias, colore amoene rubro adhuc inmatura oculos alliciens.

OBS. *Lycoperdon pisiforme* Linn. quoad iconem *Jacquini*, si sit fida, vix diuersum puto; cum peridium *Lyc. epidendri* Linn. externe etiam hinc inde granulis obtectum sit. Cfr. *Obs. myc.* 2. l. c.

5. LYCOGALA CONICA: sparsa, conica, primo rubra, dein purpureo-violacea.

Hab. rarissime ad truncos putrescentes. Lin. 1 — 2 alta, exacte conica, sed obtusa, externe quoque granulis subfibrillosis, sparsis obsita. *Puluis* violaceo-ruber.

20. FVLIGO. Primo pulposa, vt plurimum effusa, subdifformis, externe fibroso-duriuscula, aut villosa, basi membranacea, intus fibroso-cellulosa et pilosa, demum in *puluerem* fatiscens.

1. FVLIGO RVFA: puluinata rufa, cortice subrugoso fragili subcompacto. *Disp. meth.* p. 3.

*Muci-*

*Mucilago aestiua rufescens* hemisphaeroidea caudicibus arborum iunāscens. *Mich. N. gen. pl. p. 217. t. 96. f. 1.* (huius loci videtur, quamuis icon non exacte quadret.)

*Mucor septicus. Fl. Dan. t. 778.*

Aestate et autumno ad truncos.

Nunc forma globosa praesertim in statu iuniore, nunc hemisphaerica, conuexoplana, aut suboblonga est,  $\frac{1}{2}$  + 1 vnc. lata. *Puluis niger. Cortice duriore, fragili, antecedenti generi affinis.*

2. FVLIGO VIOLACEA: dilatata violacea, cortice exteriorē flauo tenui deciduo, puluere compacto atro.

Autumno rarius in pinetis ad truncos obseruatur.

Duas tresue vncias lata. Recenti in statu crusta laete flaua et mollissima oblecta, quae exsiccata rigida pro more fit; sed nostra in specie tota fere dilabitur, qua causa tota massa apparet colore amoene purpureo-violacea, hinc inde villo albicante variegata; superficie ruguloso-tuberculosa; intus nigra.

3. FVLIGO LAEVIS: subglobosa laeuis, dilute flaua.

Passim ad truncos prouenit.

Basi

Basi membranaceae, latiusculae insidet. Superficie laeui, nec fibroso-squamosa a sequente differt specie.

4. FVLIGO FLAVA: effusa subrotunda-que flaua, cortice celluloso-fibroso. *Disp. meth. fung. p. 8. Schaeff. fung. bav. t. 194. Bolt. funguss. t. 134.*

Reticularia lutea. *Bull. champ. p. 87. t. 380.* (sed superficies gossypina dicitur.)

Autumno satis frequens super truncos, folia decidua, muscos etc., oui vitelli ad instar effusa occurrit. Primo pro more tota mollis, ex granulis et fibris constans; et si hoc in statu etiam laedatur, ni modo domi iusto celerius exsiccetur, nisu quodam interno ulterius serpit et ad maturitatem peruenit.

β. *F. pallida*: pallide sulphurea, cortice laeuiusculo foraminuloso rugoso rigido. *Obs. muc. 2. p. 56.*

Vere ad truncos exsiccatos *populneos* inueni. Color ab initio citrinus, deinde expallescit. Superficies magis tubulosa, quam cellulosa est.

5. FVLIGO VAPORARIA: primo obtecta venosa repens, matura late cespitosa

L

crassa

crassa, celluloso-fibrosa flauo-cinnamo-  
mea. *Obs. mycol.* 1. p. 92.

Mucor septicus. *Linn. syst. pl. ed.*  
*Reich.* 4. p. 630.

Prouenit vere et autumnno praeser-  
tim in vaporariis intra puluerem coria-  
rium, vbi prima infantia vt fibrae tre-  
mellosae, molles, reticulatim crescit; ma-  
tura ad superficiem acerui coriarii quasi  
ebullit, ac in cespitem latum se effun-  
dit; tandem in puluerem oliuaceo-ni-  
grum dilabatur.

6. FVLIGO CANDIDA: dilatata subde-  
pressa fibroso-cellulosa, candida, intus  
cellulosa nigra. *Obs. myc.* 1. p. 92.

Hab. autumnno post multas pluuias  
ad truncos, aut folia decidua.

OBS. Structura interna a sequente  
fungo, cui e longinquo similis, de-  
cedit.

21. SPVMARIA. (Effusa). *Tegumen-*  
*tum* (Peridium exterius?) furfuraceo-  
cellulosum aut pulueraceum, deci-  
duum. *Peridium* (interius?) persi-  
stens

stens ramoso-cornutum, aut simplex subrotundum oblongumque \*).

1. SPVM. MUCILAGO: magna alba, peridiis interne ramoso-cornutis, *Disp. meth. fung. p. 8. t. 1. f. 1. Obs. myc. 1. p. 94. Gmel. syst. Nat. Lin. 2. p. 1466.*

Reticularia alba. *Bull. champ. p. 92. t. 126.*

Mucilago crustacea alba. *Mich. nov. gen. pl. t. 96. f. 2. Batarrae fung. armen. p. 26. t. 40. f. g. h. i.*

Autumno super folia aut inaequaliter effusa, aut plantarum caules, seu ramulos deciduos ambit. *Tegumentum album. Peridia caesia. Pulvis niger.*

2. SPVM. PHYSAROIDES: gregaria conferta minuta, pulvere externo albo deciduo, peridiis subrotundis oblongisque nigrescentibus.

Prov. rarius ad ramos deciduos, et passim in ipsa terra, autumno. Sphaerulaeformes, lin. 1. vix latae, plures in  
L 2 crustam

\*) An ad hoc genus quoque referri debet sequens fungus:

*Mucor mutabilis*: fulvus, stipite ramoso, folliculis oblongis, pulvere fulvo. *Willd. in Bot. mag. vol. 2. p. 19.?*

crustam conglomeratae; cortex exterius in puluerem dispergibilem dilabitur; nucleus molliusculus, nigrescens.

22. DIDERMA. *Peridium* vt plurimum duplex: exterius fragile; interius pellucens, subdistans. *Columella* magna, subrotunda. *Fila* parca, latentia.

\* *Peridiis* substipitatis.

1. DIDERMA FLORIFORME: stipitatum, cortice stellatim fissio reflexo, columella magna obconica. *Disp. meth. fung. p. 9.*

*Sphaerocarpus floriformis*, subcoriaceus, stipitibus cylindraco - elongatis gracilibus, pericarpis luteo-stramineis, primum globosis, demum stellatim patentibus. *Bull. champ. p. 142. t. 371. Schrad. nov. gen. pl. p. 25. (Didymium.)*

Prouenit rarissime ad truncos. *Peridium* simplex.

2. DIDERMA STELLARE: fuscescente-albidum, stipite breuissimo incrassato, peridio lenticulari subtus umbilicato stellatim fissio reflexo. *Schrad. l. c. p. 25. t. 5. f. 3. et 4. sub Didymio. (Stipes modo nimis longus (sub lente) delineatus.)*

Hab.

Hab. ad truncos autumnno.

*Peridium* simplex, albidum; *globulus* internus e seminibus compactus niger.

3. DIDERMA VMBILICATVM: sparsum albicans, peridio subtus umbilicato ruguloso, stipite breuissimo.

Rarissime inueni hanc speciem in ramulis deciduis abietinis; minori vero in copia simul crescentem.

*Stipes* cum ramulo quasi connatus, ideo primo intuitu vix vllus videtur; verum, fungillo a latere conspecto, omnino apparebit. *Columella* maiuscula, rugosa, subrufescens.

4. DIDERMA VERNICOSVM: stipitatum congestum rufescens ouatum nitidum, stipite breui laxo albido. *Obs. mycol.* 1. p. 89. t. 3. f. 7. a—g.

*Trichia lutea*, aggregata substipitata pyriformis, cortice luteo, filamentis albidis. *Trentepohl in Rothii Catalect. bot.* 1. p. 230.

*Lycoperdon fragile* *Dicks. Pl. crypt. brit.* 1. p. 25. t. 3. f. 5. *Gmel. syst. nat. Lin.* 2. p. 1471.

β. *D. parasiticum*: peridio subrotundo, stipite cylindrico albo-flauescente.

scente. *Lycoperdon parasiticum* *Withering arrang. ed. 3. v. 4. p. 579.*

Autumno satis frequens in sylvis folia, ramulos, muscos praesertim incolens.

Fungilli nitidi sunt, colore e flavescente fuliginosi, spadicei, etiam rufescentes, basi membrana albida secum connexi. *Pulvis ater. Fila alba, firma.* An potius *Physari* species?

5. DIDERMA? RAMOSVM: stipitibus ramosis, capitulis subglobosis. *Gmel. l. c. sub Reticularia.*

*Reticularia stipitata*, minima perennis, stipitibus ramosis, pericarpis subglobosis intus loculosis. *Bull. champ. p. 89. t. 580. f. 3.*

Hab. in Gallia.

\*\* Peridiis sessilibus.

6. DIDERMA OCHRACEVM: sparsum laeve globosum ochraceum.

*Diderma ochraceum.* *Hoffm Flor. germ. 2. t. 9. f. 2. b.*

Nascitur rarissime in muscis, quorum foliola ut plurimum ambit.

7. DIDERMA CONTORTVM: depressum candidum, sulcis concentricis. *Disp. meth. fung. p. 9. Hoffm. l. c. t. 9. f. 2. a.*

Elegans



Elegans et rara species iisdem in locis prouenit; lin. 1—2 lata est.

8. DIDERMA TESTACEVM: subrotundum hemisphaericum primo incarnatum, demum albidum, columella rufescente-carneum. †

*Didymium testaceum*, sessile dimidiatum subrotundum carneum, peridio interiore rufescenti-carneo. *Schrad. Nov. gen. pl. 1. p. 25. t. 5. f. 1. 2.*

Hab. autumnno ad fol. putrescentia et ramulos deciduos. Adultiori in statu totius plantulae superficies sordide album assumit colorem. *Schrader.*

9. DIDERMA GLOBOSVM: acaule laeue globoso-hemisphaericum candidum. *Disp. meth. fung. p. 9. t. 4. f. 4 et 5.*

Hab. autumnno in foliis deciduis fagineis satis frequens, insectorum ouula simulans. Basi plana foliis incumbit.

10. DIDERMA DIFFORME: acaule laeue difforme candidum, cortice interiore caerulescente. *Disp. meth. fung. p. 9.*

*Reticularia angulata. Gmel. syst. nat. Linn. 2. p. 1472.*

Hab. rarius in foliis; frequentius vero ad stipites et caules *Solani tuberosi.*

Forma varia. Superficies laevis. *Pulvis* obscure fuscus.

11. DIDERMA COMPLANATVM; sessile complanatum varium caerulescente-cinereum, columella rufescente-ochracea. — *Schrad. l. c. p. 24. t. 5. f. 5.* (sub *Didymio.*)

Hab. in foliis deiectis putrescentibus, autumno.

23. PHYSARVM. *Peridium* rigidum, simplex, vt plurimum rugulosum, subfarinaceum. *Fila*\* sparsa, reticulatim vt plurimum adnata, latentia.

\* Acaulia.

1. PHYSARVM CONTEXTVM: acaule flavum, peridiis vt plurimum subcompressis flexuosis confluentibus. *Obs. myc. 1. p. 39.*

Prov. autumno ad muscos, folia, et ramulos deiectos, quos saepe annulatum cingit.

OBS. Exterius tegumentum flavum, rugosum, apice in duas partes dehiscit, quod me induxit, vt antea hanc speciem priori generi adscriberem; verum *peridium*, pro more ruguloso-scabrum, cum

cum *filis* rigidiusculis fere totum con-  
natum est; nec columella manifesta  
observatur.

*Peridia* solitaria subrotunda, cete-  
rum ob mutuam attactum vt plurimum  
compressa, ac secum quasi contexta, quo-  
rum cortex saepe dilabitur.

2. PHYSARVM CONFLVENS: confer-  
tum sessile cinereum, peridiis variis  
subconfluentibus, capillitio compacto  
fasciculato.

Rarius occurrit ad corticem arbo-  
rum putrescentium.

Ad minora pertinet. Specimina so-  
litaria subrotunda; plurima vero in li-  
neam elongatam aut flexuosam confluunt.

3. PHYSARVM BIVALVE: compressum  
flexuosum cinereo-albidum elongato-si-  
nuosum, vno latere dehiscens. *Obs.*  
*myc.* 1. p. 6. t. 1. f. 2.

*Reticularia sinuosa*, minor sessilis,  
duabus lamellis parallelis flexuosis. *Bull.*  
*champ.* p. 94. t. 446. f. 3. *Sowerby engl.*  
*fung.* t. 6.

*Trichia sphaerica*  $\beta$ . *polymorpha*. *Tren-*  
*tepohl l. c.* p. 230.

Prouenit haec, quoad formam ab  
aliis speciebus facile dignoscenda, au-

tumno ad muscos, folia exsiccata et ramulos deciduos in sylvaticis umbrosis.

4. *PHYSARVM CINEREVM*: sessile ovato-globosum cinereum, intus filis albis reticulatum. *Disp. meth. fung. p. 9.*

*Trichia caerulea. Trentepohl in Rothii Cat. bot. 1. p. 229.*

*Lycoperdon cinereum*, cinereo-caesium, globatum, scabro-furfuraceum; semine arenaceo grossiore atro, fibrillis flexuosis albis dissepto. *Batsch El. fung. p. 249. t. 29. f. 169. a. b. c. d.*

β. *Lycoperdon complanatum*, cinereo-caesium, planato-diffusum, semine arenaceo grossiore atro, pilis albis rectis dissepto. *Batsch l. c. p. 251. f. 170.*

Prov. autumnno ad truncos.

OBS. *Membrana* subiacens sordide alba s. pallida, quam nonnulla peridia in stipitis formam secum in altum trahunt.

\*\* *Stipitata.*

5. *PHYSARVM HYALINVM*: decumbens, stipite flaccido rufescente, peridio inflato laevi albido. *Disp. meth. fung. p. 8. et p. 54. t. 2. f. 4.*

*Sphaerocarpus vtricularis. Bull. champ. p. 120. t. 417. f. 1. ?*

Rarius

Rarius ad truncos occurrit.

Ob stipitem flaccidum, qui satis longus est, *peridia* sessilia apparent. Haec superficie sunt laevia, quo iam a pluribus aliis speciebus, praesertim a priore, cui primo intuitu subsimilis est, discrepat haec species.

6. *PHYSARVM MUSCICOLA*: minutum cinereum e tereti subturbinatum, stipite lutescente. *Obs. myc.* 1. p. 6.

Pulchella haec plantula in pinetis ad muscos rarius occurrit. A sequente, paullo maiore, caute distingui debet.

7. *PHYSARVM NUTANS*: stipitatum cinereo-albidum, peridio lenticulari glabro ruguloso nutante. *Obs. myc. in Annal. d. Bot. fasc.* 14. p. 6.

Sphaerocarpus albus. *Bull. champ.* p. 137. t. 407. f. 3. et t. 470. f. 1. (exclus. synonymis.)

*Trichia hemisphaerica*. *Trentepohl* l. c. p. 228. huius quoque loci est.

$\beta$ . *subtile*: stipite subcylindrico, peridio erecto minore.

Hab. autumnii initio aut iam aestatis medio post multas pluuias ad truncos, passim quoque muscos foliaque decidua inhabitans.

*Peridium*

*Peridium* subtus vmbilicatum; ab initio subcarnosum nec fluxile, et colore incarnato. *Pulvis* atrofuscus. *Stipes* subattenuatus, fuscescens.

8. PHYSARVM LUTEVM: stipitatum, peridio lenticulari granuloso albo: capillitio flauo. †

*Sphaerocarpus luteus*, stipitibus elongatis cylindraceutis gracilibus, pericarpis orbicularibus vmbilicatis granulosis niveis: reticulo luteo. *Bull. champ.* p. 136. t. 407. f. 2.

Hab. in *Gallia* ad truncos. Primo intuitu antecedenti simile.

OBS. *Buillard* sequentes adhuc commemorat varietates:

α. seminibus nec non fibrillis seminiferis colore luteo.

β. fibrillis seminiferis luteis, seminibus subfuscis.

9. PHYSARVM VIRIDE: stipitatum, peridio lenticulari viridi. *Obs. myc.* 1. p. 6.

*Sphaerocarpus viridis*, stipitibus elongatis cylindricis gracilibus, pericarpis orbicularibus, vmbilicatis granulosis virescentibus seminibus fusco-nigricantibus. *Bull. champ.* p. 115. t. 481. f. 1.

Hisce

Hisce in terris hanc speciem rarius ad truncos vidi. Quoad formam et magnitudinem cum *Physaro nutante* conuenit.

10. PHYSARVM AVREVM: stipitatum, peridio lenticulari aureo nitido, stipite tenui cylindrico. *Disp. meth. fung. p. 3. t. 1. f. 6.*

Nitida haec species hinc inde ad truncos putridos prouenit. *Stipes* subattenuatus laeuis, colore fuliginis s. sordide cinereus.

11. PHYSARVM AVRANTIVM: stipitatum, peridio subrotundo lutescente, stipite striato deorsum incrassato. †

*Sphaerocarpus aurantius*, stipitibus nigro-subfuliginis striatis basi ventricosis, pericarpis orbicularibus extus luteis, intus fusco-nigricantibus. *Bull. champ. p. 135. t. 484. f. 2.*

Prouenit in Gallia ad truncos. Quoad iconem *Peridium* subtus non umbilicatum est, etiam stipitis formam ab antecedente differt.

12. PHYSARVM COLVMBINVM: stipitatum ex violaceo chalybeum nitidum, peridio globoso. *Obs. myc. 1. p. 5.*

Crescit rarius ad truncos.

OBS. Primo fluxile, flavescent. *Stipes* niger. *Pulvis* atro-purpureus. *Varietatem* maiorem, magis nitentem mihi quoque misit Dom. *Ludwig* in *Misnia* lectam.

13. PHYSARVM SQVAMVLOSVM: sparsum stipitatum, peridio orbiculari cinereo: cortice in squamulas concolores soluto, stipite rufescente.

Rarius ad truncos putrescentes crescit.

*Peridia* maiuscula, hemisphaerica, subtus umbilicata, squamulis nitidis crassiusculis quasi farinacea. *Stipes* rufus, subcrassus.

14. PHYSARVM TIGRINVM: stipite crassiusculo, peridio lenticulari subtus umbilicato nigro: squamulis flavo-virescentibus, stipite flavescente. *Schrader* *Nov. gen. pl. p. 26. t. 6. f. 2—5.* (sub *Didymio*.)

Hab. ad abietum truncos putridos.

*Stipes* primo colore aurantiaco, deinde sordide vel fuscescente-flavo. *Schrader*.

15. PHYSARVM FARINACEVM: stipitatum, peridii cortice tenuissimo farinoso-villoso cinereo.

*Physarum menalospermum.* *Disp. meth. fung. p. 3.*

*Didy-*



*Didymium farinaceum*, stipite breui, peridio subrotundo nigrescente, farina caerulescente-cinerea adpersa. *Schrader l. c. p. 26. t. 5. f. 6.*

*Trichia compressa*, subacaulis lenti-formis depressa caerulescens, filamentis pollineque fuscis. *Trentepohl l. c. p. 229.*

Hab. in pinetis praesertim ad ramulos pineos, aut muscis increscens.

OBS. *Peridium* sub lente quasi villosum, valde enim tenue est, et in particulas farinaceas facile disrumpitur. *Pulvis* niger, filis modo paucis intertextus, quae magis in centro in nucleum compacta sunt. Singulare est, quod nonnulla dentur indiuidua, quorum peridia longitudinaliter per paria inter se confluant.

16. PHYSARVM? GLOBVLIFERVM: pericarpis orbicularibus, seminibus nigro-fuscescentibus inter globulos vesiculosos et discolores nidulantibus. *Bull. champ. p. 134. t. 484. f. 3.* (sub *Sphaerocarpo*.)

Habitat in Gallia.

OBS. An huius aut *Didermatis* generis? *Peridium* a capillitio liberum a *Bulliaro* est depictum. *Stipes* lutescit et semina sparsa, maiuscula flauescunt.

24. TRICHIA. *Peridium* inaequaliter demum ruptum, persistens. *Capillitium* compactum, peridio basi adnatum, elasticè sese expandens.

\* Peridiis turbinatis s. pyriformibus.

1. TRICHIA BOTRYTIS: stipitata fasciculata opaca atro-rubescens, stipitibus elongatis connatis subracemosis. *Disp. meth. fung. p. 9. et p. 54.*

Stemonitis Botrytis. *Gmel. syst. nat. Linn. 2. p. 1468.*

*Trichia pyriformis*, gregaria stipitata, capitulo pyriformi purpureo. *Hoffm. veg. crypt. 2. p. 1. t. 1. f. 1.*

β. *simplex*: minor stipite simplici, peridio vnico. *Trichia serotina*. *Schrader Bot. Journ. 2. p. 67. t. 5. f. 2?*

Autumno ad truncos putrescentes. In α. plura specimina inter se cohaerentia fasciculum efformant. Ob stipitem peridiis longiorem a sequente differt specie.

2. TRICHIA RUBIFORMIS: stipitata fasciculata chalybea nitida, stipitibus connatis subpedatis breuioribus. *Disp. meth. fung. p. 54. t. 4. f. 3.* magnitudine naturali et t. 1. f. 3. lente aucta.

Stemo-

*Stemonitis fasciculata*, chalybea fasciculata, capitulo subturbinato, stipite breuissimo. *Gmel. l. c.*

*Trichia breuissime petiolata* purpurea pyriformis. *Hall. hist. pl. helv. nr. 2162. t. 40. f. 2.*

*Lycoperdon vesparium.* *Batsch. El. fung. Cont. 1. p. 254. t. 30. f. 172.* *Lycoperdon fauaceum.* *Schrank Fl. bav. 2. p. 667.*

β. *puluerulenta*: minor rubella, pulvere rubiginoso adpersa.

Nascitur aestatis fine ad truncos in syluaticis satis frequens.

3. TRICHIA FALLAX: simplex stipitata, primo rubra, dein argillacea, peridio inferne cum stipite plicato. *Obs. myc. 1. p. 59. t. 3. f. 4 et 5.*

*Clathrus stipitatus* reticulo deciduo. *Schmidel Ic. et anal. pl. t. 33. f. 1—18.*

*Mucor miniatus.* *Jacq. Fl. austr. t. 299. Murr. syst. veg. 14. p. .* statum huius fungilli iuuenilem modo exhibere videtur.

β. *Sphaerocarpus ficoides*, fusco nigricans, pericarpis turbinato elongatis, in stipitem basi turgidum desinentibus. *Bull. champ. t. 417. f. 3.*

Incolit autumno truncos et ligna putrescentia, mollia.

Color primo eleganter ruber, in stipite albus. *Peridium* primo subrotundum, maturum turbinatum euadit, et ob partem eius superiorem, multo tenuiorem ac euanescentem, *Arcyriam* saepe mentitur. Quoad magnitudinem variat.

4. TRICHIA CLAVATA: gregaria stipitata flaua nitida, stipite longiusculo deorsum attenuato. *Disp. meth. fung.* p. 10. *Obs. myc.* 2. p. 54.

Hab. ad truncos, nunc solitarie, nunc in agmine denso crescens. Maioribus adnumeranda speciebus. *Stipes* rugosus, rufescente-flauus, pro ratione tenuis.

5. TRICHIA NIGRIPES,  $\alpha$ . *pyriformis*: gregaria subsparsa, peridio pyriformi lutescente, stipite breuiusculo nigrescente. *Obs. myc.* 2. p. 53.

*Sphaerocarpus pyriformis*, luteus vernicosus, pericarpis turbinatis in stipitem cylindraceum sensim desinentibus. *Bull. champ.* p. 129. t. 417. f. 2.?

Hab. rarius ad truncos:

*Peri-*

*Peridium* obouatum, obtusum. *Stipes*  $\frac{1}{2}$  lin. longus, niger. Membrana subiacens manifesta adest.

OBS. Sequentes in *Parte secunda obs. myc.* Trichias vt species descriptas hic potius vt *subspecies* ob summam affinitatem enumerare velim:

β. *Trichia cordata*: subsessilis parua flauescens, peridiis subcompressis obcordatis, stipite breuissimo nigrescente. *Obs. myc.* 2. p. 33.

γ. *Trichia cylindrica*: subgregaria ochracea, peridiis cylindricis ouatisque, medio constrictis, stipite nigrescente vix vlllo. *Obs. myc.* 2. p. 33. et *Icon. et Descr. fung. Fasc.* 2. p. 57. t. 14. f. 3.

Incolit pulchella haec species rarius truncos et muscos. *Peridium* aut teres aut versus apicem attenuatum.

δ. *Trichia vulgaris*: sparsa, peridio e tereti subturbinato, stipite vix vlllo nigrescente. *Obs. myc.* 2. p. 32. *Sowerby engl. fung.* t. 35?

Hab. sera aestate post pluuias in truncis fagineis satis frequens, vbi primo vt granula lactea sese manifestat, primo intuitu omnino sessilis, stipite breuissimo nigricante tamen instructa est.

6. TRICHIA OVATA: congesta sessilis obouata opaca ex ochraceo-alutacea. *Obs. myc. pars 1. p. 61. et pars 2. p. 35. Hall. stirp. helv. nr. 2163. t. 48. f. 7. Bolt. Funguss. t. 48. f. 7. Clathrus turbinatus.*

Hab. autumnno frequens in syluis.

Obs. Peridio *acauli* exacte obouato s. pyriformi a praecedentibus satis superque distinguitur. A pluribus iam obseruata est auctoribus, quorum synonyma videsis in *parte secunda Obs. myc. p. 35.*

7. TRICHIA OLIVACEA: sparsa sessilis subrotunda aut obouata basi truncata olivacea, capillitio compacto flavescente. *Obs. myc. 1. p. 62.*

Hab. rarius ad truncos.

*Peridium* globoso-hemisphaericum, si vero plura indiuidua se inuicem attingant, oblongum aut subteres euadit. An species distincta?

\*\* Peridiis rotundis aut reniformibus.

8. TRICHIA NITENS: congesta sessilis rotunda nitente-flaua aut cinnamomea. *Obs. myc. 1. p. 62.*

*Stemonitis fauoginea*, globoso lutea, seminibus concoloribus. *Gmel. syst. nat. Linn.*

*Linn.* 2. p. 1470. *Batsch. El. fung. cont.* 1. p. 257. f. 173. sub *Lycoperdo*.

Prov. autumnno intra truncos putrescentes pineos, vbi colore opaco distinguitur, aut ad truncos fagi crescit: colore tunc viuidiore nitente.. *Peridia* plerumque rotunda, nonnulla subturbinata sunt.

9. TRICHIA VARIA: sparsa flauescens, peridiis decumbentibus reniformibusque, nonnullis subrotundis. *Obs. myc.* 2. p. 32. *Disp. meth. fung.* p. 10. *Gmel. l. c.* p. 1470. sub *Stemonitide*.

*Lycogala* luteum, omnium minimum reniforme. *Micheli Nov. gen. pl.* p. 216. t. 95. f. 4.

Hab. ad truncos.

OBS. Variat magnitudine et colore subochraceo:  $\alpha$ . *diluta*. Ac colore ex ochraceo subrufescente, forma plerumque reniformi:  $\beta$ . *subrufescens*.

\*\*\* Peridiis filiformibus elongatis, aut venose anastomosantibus.

10. TRICHIA SERPULA: longissima simplex flaua subflexuosa. *Disp. meth. fung.* p. 10.

Mucor Serpula. *Scopoli Fl. carn. ed.* 2. p. 493. cum icone.

β. *Trichia spongioides*, vermiformis prostrata, vellere fuluo reticulato repleta. *Villars Hist. des pl. de Dauph.* 3. p. 1061.

Hab. in arborum corticibus et truncis prope radices. Filum flauescens, intestinorum aut *Serpulae* in modum repens, capillitium flauo polline adpersum vndique effundens. *Scopoli.*

11. TRICHIA RETICVLATA: effusa reticulata ramosa flaua.  *Ic. et Descr. fung. Fasc. 2. p. 46. t. 12. f. 1.*

*Lycoperdon lumbricale.* *Batsch. El. fung. cont. 1. p. 259. f. 174.*

*Lycoperdon lumbricale*, teres reticulatum luteum, seminibus luteis. *Willd. Fl. berol. p. 414.*

Crescit rarissime autumnno ad truncos et arborum cortices muscosos. Vnc. 1. lata, venis anastomosantibus ramosa, et vna alteraue parte rupta capillitium, quod vna cum puluere flauum est, protrudit.

25. ARCYRIA. *Peridium* ad dimidium euanescens. *Capillitium* denudatum, receptaculo calyculato impositum.



1. ARCYRIA? LEVCOCEPHALA: gregaria peridio infundibuliformi rufescente spadiceo, capillitio globoso furfuraceo niueo.

*Arcyria leucocephala*. Hoffm. *Fl. germ.* 2. t. 6. f. 1.

*Stemonitis leucocephala*. Gmel. *Syst. nat. Linn.* 2. p. 1467.

*Trichia cinerea*, gregaria obouata, stipite rubicundo, capitulo cinereo, filamentis albis. *Trentepohl in Rothii Cat. bot.* 1. p. 227.

Prouenit elegans haec species autumno in foliis deciduis aut stipitibus aridis. Substantia sicca.

obs. Quoad diuersas, ad quas respicimus partes, haec species aequae ad genus *Physarum* ac ad *Arcyrias* referri potest. *Fila* enim ad latera reticulatim peridio sunt adnata, neque capillitium in formam distincte ouatam assurgit. *Peridium* e contrario *Arcyriarum* modo superne ad dimidium euanescit nec non circumscissum euadit. Et cum huius partis, utpote magis essentialis, ad constituenda haec genera praecipuam habuerim rationem, hunc fungillum potius huic generi adscribere volui. Forte

melius ad nouum *Trichiae* genus, a *Rev. Trentepohl* (*loc. cit.*) sub nomine *Craterium* constitutum, referri debet, saltem *Craterium pedunculatum Trentepohl* (*Sowerby engl. fung. t. 259?*) nostro fungo valde simile est.

2. ARCYRIA FLAVA: parca flaua, capillitio longissimo nutante. *Obs. myc.* 1. p. 58. — *Bull. hist. des champ.* p. 122. t. 512. f. 3. *Sowerby fung. t. 260.* *Trichia nutans.*

*Stemonitis amoena*, aggregata sessilis, capitulo cylindrico albo-flauescente, capillitio longissimo pollineque concoloribus. *Trentepohl l. c. p. 222.*

Hab. rarius ad truncos.

OBS. *Capillitium* laxum, longissimum, arcuatum demum decumbit, et a receptaculo facile dilabitur. Aetate iuniori lactea est.

3. ARCYRIA CINEREA: gregaria albidocinerea. *Disp. meth. fung. p. 10. t. 1. f. 2.* *Arc. albida.*

*Trichia cinerea.* *Bull. champ. p. 120. t. 477. f. 3.*

*Stemonitis cinerea.* *Gmel. Syst. nat. Linn. 2. p. 1467. Flor. dan. t. 306?*

Stemo-

*Stemonitis glauca*, stipitata, sordide alba, capitulo ovato, capillitio subelongato. *Trentepohl l. c. p. 221.*

Non infrequens in sylvis ad truncos occurrit. Colore plus minusue dilutiore differt, exsiccata e sordide cinereo subrufescit. Nr. 5. similis est.

4. ARCYRIA INCARNATA: congesta sordide carnea, capillitio deciduo. *Obs. myc. 1. p. 38. t. 5. f. 4—5.*

*Stemonitis incarnata* in *Gmel. syst. nat. Linn. 2. p. 1467.*

*Stemonitis globosa* et *Stemonitis carnea Trentepohlii* in *Rothii Catal. 1. p. 222.* huc pertinent.

Hab. autumnno ad ligna exsiccata ad terram deiecta praesertim quercina haud infrequens. Ob *capillitium* facili modo deciduum sola receptacula *Pezizae* adinstar saepius inveniuntur. Stipes longitudine variat.

5. ARCYRIA PURNICEA: congesta croceopunicea. *Disp. meth. fung. p. 10.*

*Stemonitis crocata*, gregaria stipitata purpurea, capitulo subgloboso, capillitio ovato, pulvere cinnabarino. *Trentepohl l. c. p. 220. Gmel. Syst. nat. Linn. 2. p. 1467. Willd. berol. p. 408.*

*Trichia cinnabarina.* Bull. hist. d. champ. p. 121. t. 502. f. 1. b. c.

*Clathrus denudatus.* Linn. syst. veg. 15. p. 1017. Jacq. misc. austr. 1. t. 6.

Prouenit elegans haec species aestate et autumnno satis frequens ad truncos putrescentes.

Primo mollis est, alba, subrotunda, deinde *capillitium* in formam ouatam assurgit colore nunc amoene lateritio-rubro. Fungillus valde adultus vero totus obscure fuscus euadit, qui quidem status a *Bulliaro* in *Tab. cit. f. d.* vt varietas sub nomine: *vinoso-subfusca* bene est expressus.

26. STEMONITIS. *Peridium* tenuissimum, subeuanescens. *Capillitium* reticulatum, subcompactum, *styli-dium* cingens eique adfixum.

\* *Capillitio* elongato.

1. STEMONITIS LEVCOSTYLA: gregaria seipens, peridio ouato violaceo, stipite candido.

*Stemonitis elegans*, gregaria, stipite niuec, capitulo oblongo pollineque atro-rubentibus, capillitio albo. *Trentepohl l. c. p. 220.*

Proue-

Prouenit nitidus, hic fungillus autumnno ad ramulos foliaque decidua, eique solenne est, quod plura specimina in lineam disposita, materie albicante crustaeformi inter se connexa sint. *Stylidium* pariter album. *Peridium* chalybeum, corrugatum, in hac specie non equidem fugax, sed persistit.

2. STEMONITIS TYPHINA: sparsa minor, capillitio cylindrico obtuso subincuruo. *Obs. myc.* 1. p. 37. *Willd. Fl. berol.* nr. 1187. *Schaeff. fung. bav. t.* 217.

Embolus pertusus. *Batsch. El. fung. Cont.* 1. p. 265. t. 3. f. 176.

*Trichia Typhoides.* *Bull. champ.* p. 118. t. 477. f. 2.

Prouenit ad truncos; sequente, quacum commutata videtur, minor est, eiusque *peridium* non totum euanescit; sed per partes remanet; nec membrana subiacens adesse videtur.

3. STEMONITIS FASCICVLATA: cespitosa maior, capillitio subattenuato, cortice toto euanescente. *Obs. myc.* 1. p. 56.

*Stemonitis fusca:* aggregata stipitata, capitulo stipitem cingente cylindrico fusco-brunneo. *Trentepohl l. c.* p. 222. *Roth fl. germ.* 1. p. 448.

*Trichia*

*Trichia axifera.* *Bull. champ.* p. 118.  
t. 477. f. 1.

*Stemonitis typhina.* *Gmel. Syst. nat.*  
*Linn.* 2. p. 1461.

*Clathrus nudus.* *Linn. Syst. veg.* p.  
1017. *Bolt. funguss.* t. 93. f. 1. *Sowerby*  
*engl. fung.* t. 50. *Trichia nuda.*

*Embolus lacteus.* *Hoffm. veg. crypt.*  
2. p. 8. t. 2. huius fungi statum iunio-  
rem exhibere videtur.

In faginetis ad truncos autumnno.

Ex indiuiduis 8—12 conflata fasci-  
culum exhibet. Primo mollis alba. Va-  
riat quoad magnitudinem, sic et colo-  
rem, qui ut plurimum atro-fuscus, in-  
terdum vero cinnamomeus est.

\*\* Capillitio rotundato.

4. STEMONITIS PAPILLATA: atrofusca,  
capillitio globoso: stylidio toto pene-  
trante. *Disp. meth. fung.* p. 10. t. 4. f. 3.

*Stemonitis reticulata.* *Trentepohl l. c.*  
p. 223.

His in regionibus rarius in querce-  
tis ad ramulos, cortice denudatos inueni.

*Capillitium* exacte globosum, sub-  
compactum, in eius apice *stylidium* pa-  
pillae in modum prominet.

5. *STEMONITIS OVATA*: capillitio laxo subouato, stylidio ad dimidium fere penetrante.

*α. S. atrofusca*: stipite subulato atro, capillitio subouato fusco. *Disp. meth. fung. p. 11.*

*β. nigra*: tota nigra. *Stemonitis nigra* in *Gmel. Syst. nat. 2. p. 1467. Disp. p. 57.*

Crescit *α.* non raro ad ramos quercinos etc. cortice orbatos. *β.* in Salice caua reperi.

*Capillitium* ouatum aut subrotundum, tenuissimum, laxum, demum praesertim in *β.* deciduum, ita vt stipes vt setula nigra in ramis solus remaneat.

27. CRIBRARIA. *Peridium* tenuissimum, aut totum, aut ad dimidium euanescent. *Capillitium* filis reticulatis cancellatum, puluerem congestum ambiens.

\* *Peridio* demum toto euanescente.  
(*Dictydia* SCHRADER.)

1. CRIBRARIA CERNVA: fusco-purpurea, stipite elongato, capillitio umbilicato globoso denudato cernuo. *Obs. myc. 1. p. 91.*

Dicty-

*Dictydium umbilicatum*, peridio cernuo umbilicato, puluere fusco-purpureo. *Schrad. N. gen. pl. p. 11. t. 4. f. 6.*

*Mucor cancellatus*. *Batsch. El. fung. Cont. 2. p. 135. t. 42. f. 232.*

Prov. ad truncos putridos.

*Stipes elongatus*, flexuosus, attenuatus et saepe incuruus, vnde capillitium plerumque nutat, hoc filis parallelis firmis, venis anastomosantibus constructum.

2. CRIBRARIA COCCINEA: rubra, stipite breuiusculo, capillitio globoso erecto. †

*Sphaerocarpus trichiodes*, stipitibus simplicibus, nec striatis, pericarpis globosis extus cancellatim nervosis. *Bull. Champ. p. 124. t. 387. f. 2.*

OBS. Capillitio haud nutante, filis ramosis, nec parallelis, colore rubello, nec non stipite subbreui, crassiusculo ab antecedente omnino differt. Vltcrius tamen inquirendum, quatenus ab vna alteraue sequente specie diuersa sit.

3. CRIBRARIA MICROCARPA: stipite longissimo, capillitio rotundo nutante: puluere lutoso.

Dicty-



*Dictydium microcarpum*, stipite tenerrimo, peridio cernuo sphaerico minuto, puluere lutoso. *Schrad. l. c. p. 13. t. 4. f. 3—4.*

Hab. ad truncos abietinos et fagi.

*Stipes* dilute fuscescente-purpureus, subflexuosus. *Peridium* (capillitium) minutissimum, prima aetate sordide album, dein fuscum, demum e fuscescente flavum. *Reticuli* nodi subrotundo-angulares fungillum nigro-punctatum reddunt. — *Schrader.*

4. CRIBRARIA SPLENDENS: capillitio erecto subrotundo nitente, puluere lutoso. *Schrad. l. c. p. 4. t. 4. f. 5. et 6.* (sub *Dictydio.*)

Hab. in pinetis ad truncos.

*Stipes* aetate curvatus, e purpureo in fuscum transiens. *Peridium* subrotundum, paulo dilutioris substantiae, ac in reliquis, laeuissimum, splendens, colore auro mussiuo haud dissimili tinetum. *Schrader.*

5. CRIBRARIA VENOSA: sordide flavescens, capillitio denudato nutante: filis venoso-ramosis.

*Dictydium venosum*, peridio cernuo sphaerico venoso, puluere sordide  
flaves-

flavescente. *Schrader l. c. p. 14. t. 3. f. 6.*

Hab. autumnno in truncis putridis pineis.

*Stipes* flexuosus fuscescentis coloris. Ob fila, forma determinata, ramosa ad elegantes pertinet species. *S.*

\*\* Peridio ad dimidium persistente.

6. CRIBRARIA MACROCARPA: sparsa maiuscula spadicea, capillitio obouato: reticuli neruis crassis dichotomo-divaricatis.

*Cribraria macrocarpa*, gregaria, peridio erecto obouata: reticulo inaequali, pulvere lutoso. *Schrad. l. c. p. 8. t. 2. f. 3. 4.*

Hab. autumnno in pinetis ad truncos, quibus gregatim, subiacente membrana, fusco-purpurascente aut dilutioris coloris innasci solet.

*Reticuli* rami 12 et plures, inaequales sursum attenuati, saepius curuatim adscendentes et frequentes ramulos tenuiores pariter curuatim diuisos et subdivisos emittentes, substantia rigidula, nitidi coloris fuscescentis. Fungilli color in statu iuniore violaceus, dein cinnamomeus. *Schrader.*

7. CRIBRARIA RUFESCENS: subturbinata rufescens, stipite subflexuoso. *Disp. meth. fung. p. 11. t. 1. f. 5.*

*Cribraria fulva*, sparsa, peridio erecto obouato: reticulo aequali, puluere fuluo. *Schrad. gen. 1. p. 5. t. 1. f. 1.*

In truncorum putridorum vicinitate ad terram autumnno eam inueni.

*Peridium* obouatum, subnutans. *Stipes* vt plurimum flexuosus, satis crassus colore demum obscuriore.

β. *Cribraria pyriformis*, conferta purpurascens turbinata, reticulo aequali, puluere lutoso. *Schrader l. c. p. 4. t. 3. f. 4. et 5.*

Hab. ad Pini Abietis truncos putridos, Autumnno.

*Peridium* primo nigrescente-purpureum, deinde fusco-purpureum, sub maturitatem plus minusue e flauo in fuscescentem transit colorem. *Schrader.*

γ. *Cribraria intermedia*, gregaria peridio erecto pyriformi: reticulo aequali puluere fuluo. *Schrad. l. c. p. 4. t. 1. f. 2.*

Hab. in iisdem cum priori locis.

8. CRIBRARIA ARGILLACEA: gregaria lutosa subrotunda, stipite breui nigrescente.

scente. *Obs. myc.* 1. p. 90. *Gmel. Syst. nat. Linn.* 2. p. 1467.

*Cribraria Micropus.* *Schrad. l. c.* p. 3. t. 2. f. 1. et 2.

Hab. ad truncos abietinos et in salicibus cauis.

*Capitulum* ab initio forma globosum est, peridio vero deinde rupto et capillitio expanso obouatum fit: parte peridii eupulaeformi remanente, venis (filis translucens) obscurioribus picta.

9. *CRIBRARIA VULGARIS:* gregaria, peridio lutoso rotundo subcernuo, stipite longo subpurpurascens.

*Cribraria vulgaris*, peridio cernuo sphaerico: reticulo aequali subnodoso, puluere lutoso. *Schrad. l. c.* p. 6. t. 1. f. 5.

Hab. in sylvaticis ad truncos putridos et muscos.

3. *Cribraria aurantiaca*, gregaria peridio cernuo sphaerico: reticulo aequali nodoso, puluere aurantiaco. *Schrad. l. c.* p. 5. t. 1. f. 3. et 4.

Ad truncos putridos rarius occurrit. *Peridii* pars inferior remanet, margine inaequaliter dentata, rufescenti-aurantiaca, nervis parallelis striata. *Schrader.*

10. CRIBRARIA TENELLA: gregaria (minor), peridio cernuo sphaerice nitido umbrino, reticulo aequali nodoso, pulvere luto. *Schrad. l. c. p. 6. t. 3. f. 2. et 3.*  
 In truncis putridis. Cribrariae aurantiacae affinis dicitur.

11. CRIBRARIA INTRICATA: sparsa, peridio erectiusculo subrotundo: reticulo inaequali, pulvere luto. *Schrad. l. c. p. 7. t. 3. f. 1.*

Hab. passim in truncis abietinis.

obs. *Stipes* leuiter flexuosus, fuscescente purpureus. *Reticulum* rigidiusculum, anastomosibus foraminibusque inaequale, subnodosum. *Schrader.*

††. GYMNOSPERMAE. pulvere nudo.

28. LICEA. *Peridium* liberum, subrotundum, aut subeffusum, fragile. *Membrana* subiacens nulla. *Puluis* seminalis *filis* destitutus.

1. LICEA BICOLOR: subrotunda obscure oliuacea, pulvere sulphureo.

*Didymium parietinum*, sessile hemisphaericum nitidum virescenti-nigrum. *Schrad. l. c. p. 24. t. 6. f. 1.*

Hab. in cellis, locis suffocatis ad parietes.

*Peridium* extus rugulosum, forte cum nimis cito exsiccatum fuerit; primo intuitu nigrescens, sed reuera atro-viride, s. obscure oliuaceum est, margine lacero demum rumpitur, interne vna cum puluere seminali lacte flauum. *Puluis* in formam globosam, columellae ad instar compactus.

2. LICEA CIRCUMSCISSA: gregaria spadicea, peridio circumscisso.

*Trichia* gymnosperma. *Obs. myc.* 1. p. 65. t. 6. f. 1. 2.

*Sphaerocarpus* sessilis. *Bull. champ.* t. 417. f. 5.

Hactenus inueni sero autumnno, aut hyemis initio intra corticem et lignum *Populi Tremulae*.

Primo intuitu oua insectorum mentitur. *Peridium* e sordide lutescente ad obscure spadiceum vergit, demum horizontaliter in partes duas aequales dissilit. *Puluis* totus nudus, aut vno alteroue filo tantum intertextus.

3. LICEA PVSILLA: hemisphaerica nitido castanea, puluere nigrescente. *Schraeder l. c.* p. 19. t. 6. f. 4.

Hab.

Hab. in pinetis ad ligna putrida.

*Peridium* vertice demum in frustula polyaedra dehiscit. *Puluis* grossiusculus. *Schrader*.

4. LICEA VARIABILIS: sparsa variabilis rufescenti - fusca, puluere sordide flavescente. *Schrad. l. c. p. 10. t. 6. f. 5. 6.*

Hab. ad *Pini abietis* truncos et ramos cortice denudatos. Autumno.

*Peridium* eodem in loco hemisphaericum, ovatum, oblongum, flexuosum vel aliter formatum, vertice inaequaliter dehiscit. *Schrader*.

5. LICEA FLEXVOSA: serpens spadicea nitida subflexuosa inciso-serrata.

Hab. rarissime ad truncos pineos.

*Peridium* decumbens, 1 — 2 lin. longum, forma varium, nonnulla specimina linearia, alia vno latere conuexa, altero incisa. *Puluis* pariter spadiceus, nudus.

29. TVBVLINA. *Peridia* tubuliformia, in cespitulum connata, membranae subiacenti vt plurimum imposita. *Puluis* nudus, farinaceus.

1. TVBVLINA FALLAX: opaca effusa subumbrina, tubulis apice in corticem vniformem connatis. *Obs. myc.* 2. p. 28.

Hab. rarissime ad truncos.

Obs. Vnicum, quod hactenus inueni exemplar, ad longitudinem vncialem effusum est: latitudine inaequali, subangusta. Colore terreo-ferrugineo cum ceteris conuenit, quomodo vero ille antea fuerit, ignoro. Nisi cultello, aut alio modo cortex, in quem tubi connati sunt, auferatur, quo structura interna, e cellulis, puluere concolore repletis, conflata appareat, quisque primo obtutu aliam fungorum speciem, quam *Tubulinam* putaret.

2. TVBVLINA FRAGIFORMIS: suborbicularis, primo rubra, dein ferruginea; tubulis subincrassatis apice distinctis. *Disp. meth. fung.* p. 11. *Obs. myc.* 2. p. 29.

Tubifera ferruginosa. *Gmel. Syst. nat. Linn.* 2. p. 1472.

Tubulifera arachnoidea. *Jacq. Miscell. austr.* 1. p. 144. t. 15.

Tubulifera Cremor. *Oeder. Fl. dan.* t. 659. f. 1.

Stemonitis ferruginosa. *Batsch. El. fung.* t. 175.

Prouenit



Prouenit aestate post pluuias densas ad truncos; vbi adhuc immatura colore laete rubro, fragi simili, oculos mox allicit; matura opaca, spadicea euadit.

OBS. In parte secunda *Observationum mycologicarum* l. c. varietatum nonnullarum, aut subspecierum mentionem adhuc feci, quae vero vltterius examen requirunt, priusquam eas hic iterum repetam.

30. MVCOR. *Peridium* membranaeum, globosum, stipitatum, primo subaquosum pellucidum, dein opacum. *Sporulae* nudae, subcohaerentes. (*Fungilli fugaces.*)

\* Stipite racemoso.

1. MVCOR FLAVIDVS: caule ramoso, peridiis lutescentibus, dein griseis. *Obs. myc.* 1. p. 95. t. 6. f. 5.

*Mucor flavidus*, lutescens, demum griseus. *Disp. meth. fung.* p. 14.

*Byssus*, stipite ramoso - racemato. *Schmiedel. ic. pl. Manip.* 5. p. 203. t. 52. f. 2.

Hab. autumnno in fungis putrescentibus, quos superne nonnunquam *Byssi* ad instar, obtegit. *Peridia* colore ab

initio eleganter flauo, dein coerulescen-  
ti-cinerea euadunt. Sporulae globosae  
albidae.

2. MVCOR RVFVS: caule racemoso,  
peridiis globosis, primo albidis, dein  
rufis. †

*Mucor ramosus*, cespitosus, stipiti-  
bus ramosis, pericarpis orbicularibus  
sparsis: seminibus subrotundis rufo-  
fuscescentibus. *Bull. Champ. p. 116. t. 430.*  
*fig. 5.*

Prouenit quoque super fungos pu-  
tridos.

“ Ses péricarpes sont blancs d'abord  
et diaphanes; ils deviennent ensuite  
roussâtres, puis d'un brun tirant sur le  
roux. Ses graines sont rondes, transpa-  
rentes, brunâtres. *Bulliard.* ”

3. MVCOR ASPERGILLVS: stipite fili-  
formi dichotomo, capitalis terminalibus  
subconiugatis oblongis. *Schrank. Samm-  
lung naturhistor. und physical. Aufsätze.*  
*Nürnberg. 1796. p. 113. t. 1.*

Prouenit autumnò in fungis putridis.  
*Capitula iuniorum globosa, deinde ob-  
longa euadunt. Color griseus. S.*

## \*\* Stipite simplici.

4. MUCOR MUCEDO: stipite simplici, peridio inflato nigrescente-griseo, ore rotundo circa stipitem dehiscente.

Mucedo grisea. *Disp. meth. fung.* p. 14.

Ascophora Mucedo. *Tode Fung. mecklenb.* 1. p. 13. t. 3. f. 22.

Hab. autumnno et hyeme in *Brassicis* putridis domi *asseruatis* et intra nuces mucidas *Ingländis regiae*. Capitulum maiusculum, demum fere argenteum fit.

β. *M. vulgaris*: conferta, capitulis minutis nigrescentibus. Mucor Mucedo *Linn.*; in putrescentibus vulgaris.

5. MUCOR CANINVS: congestus byssoideus albus, peridiis minutis lutescentibus. *Obs. myc.* 1. p. 96. t. 6. f. 3—4.

Hydrophora stercorea. *Tode Fung. mecklenb.* 2. p. 6.

Nascitur hyeme leni et pluuiosa in muscerda canina, quam vt *Byssu albido* totam nonnunquam inuoluit. *Stipes* longus, laxus.

6. MUCOR MVRINVS: sparsa simplex minuta, stipite stricto albo breuiusculo, peridio globoso luteo.

Rarius aestate et autumnno in umbrosis in stercore murino hanc speciem vidi.

*Stipes*, fungillo nondum plane euoluto, brevis et pro ratione crassus est, postea ultra lineam 1. longus fit. *Capitula* exacte globosa, punctiformia, nitentia, primo pellucida, demum sub maturitatem opaca euadunt. An forte *Stilbi* species?

7. MVCOR? HYDROPHORA: capitulo crystallino, stipite recto integro rigidiusculo lutescente. *Tode Fung. mecklenb. 2. p. 5. t. 8. f. 65.* Hydrophora minima.

Prov. aestate post pluuias in deiectis ramulis praesertim Fagi. *Capitulum* guttulae aquae limpidissimae simile, primo ouale, mox globosum. *Stipes* ex albido lutescens. *Tode.*

8. MVCOR? TENELLVS: capitulo crystallino subpendulo, stipite erecto griseo tenello. *Tode l. c. p. 6.* sub Hydrophora.

Post pluuias autumnales in ramulis caulibusque putridis longo ac denso agmine crescentem obseruauit b. *Tode.*

9. MVCOR HERBARIORVM: acaulis flavescens persistens, peridiis globosis in tomento insidentibus.

*Mucor Herbariorum*, sessilis luteus. *Wigg. Prim. Fl. hols. p. 111.* *Hall. stirp. helv.*

*helv.* 3. p. 413. nr. 1257. *Gleditsch meth. fung.* p. 162.

*Monilia nidulans*, lutea globosa in basi tomentosa sessilis. *Roth. Fl. germ.* 1. p. 559.

*Stemonitis sulphurea*. *Eiusd. l. c.* 1. p. 443?

Hab. in plantis exsiccatis, locis vero humidis depositis. — In plantis, dum sub prelo siccantur, humectatis, neque satis repetitò siccatis. *Hall.*

obs. Ob substantiam siccam, pulverem copiosum farinaceum ab hoc genere parum recedit; an potius *Liceae* species? *Peridia* granuliformia in tomento crustaceo flauo-ferrugineo insident.

*Mucor flauus*. *Schrank Fl. bav.* 2. p. 637, cum, eum esse rubrum, nonnunquam stipitatum affirmet, diuersa species videtur.

31. ONYGENA. *Peridium* stipitatum, subrotundum, siccum, persistens.

*Peridiis* compactus, cohaerens, *filis* nullis intertextus.

1. ONYGENA EQVINA: gregaria albido-pallescent, peridio orbiculari glabro rugoso

goso subfurfuraceo. *Obs. myc.* 2. p. 71.  
t. 6. f. 3. a. b. c.

*Lycoperdon equinum*, *Willd. Fl. berol.*  
p. 412. f. 20.

*Coralloides fungiforme* ex vngula  
equina liuide rubescens. *Dill. Hist. musc.*  
p. 78. t. 14. f. 5. B.

Nascitur peculiaris hic fungus in vnguibus vetustis equorum, locis vmbrosis syluaticis deiectis. Etiam in cornubus bouum et ouium in *Anglia* repertus est; vid. *Withering arang. ed.* 3. v. 4. p. 378.

Tres lineas longa. *Stipes* breuis, subfibrillosus. *Peridium* sub lente scabrum apparet, illud semper clausum, nec sponte se aperire vidi. *Puluis* s. substantia interna materie vnguina inter se cohaeret, e sporulis ouatis constare b. *Hedwig* obseruauit; cfr. *ic. cit. f. c.*

obs. Alteram speciem in *Obs. myc.* l. c. vt dubiam descriptam, in praesens omittere volo, priusquam accuratius examinata sit.

32. AECIDIUM. *Peridia* (acaulia) manifesta, teretia, membranacea, ore dentato demum rupta. *Puluis* farinaceus, nudus. (*In foliis parasiticum.*)

\* **CESPITOSVM**; peridiis in cespitulum aggregatis, et maculam crustaeformem in foliis efficientibus.

1. **AECIDIIVM CORNVTVM**: flavescens, peridiis longissimis, curuatis, oliuaceo-griseis. *Obs. myc.* 2. p. 4. t. 4. f. 2—3. *Gmel. Syst. nat. Linn.* 2. p. 1472.

*Lycoperdon corniferum. Flor. dan.* t. 838. *Ehrh. pt. crypt. exsic. Dec.* 20. **L. corniculatum.**

**Hab.** in foliis *Sorbi Aucupariae*, in quorum supina parte macula crocea apparet, in auersa vero tuberculum pulvinatum conspicitur, ex quo *peridia* vt setulae, sesquilineam longae, sparsim prorumpunt.

2. **AECIDIIVM CANCELLATVM**: tuberculatum spadiceum, peridiis in lacinias apice cohaerentes demum fissis.

*Aecidium cancellatum*, thecis latere fissis, apice integris. *Gmel. l. c.* p. 1472. *Humb. Fl. Frieberg. spec.* p. 127.

*Lycoperdon cancellatum Jacq. Flor. austr.* 1. p. 13. t. 17. *Flor. dan.* t. 704.

Crescit in auersa parte fol. *Pyri communis* languescentis.

Aestate tantum maculae dilute croceae et punctatae in foliis conspiciuntur;

tur; deinde tubercula ibi apparent spadicea, quae tandem vt peridia crassa conica prominent; haec vero sub maturitate ad latera in fila parallela, apice cohaerentia, dehiscunt. *Puluis* inclusus pariter obscure fuscus s. spadiceus.

3. AECIDIIVM OXYACANTHAE: inaequale applanatum ferrugineum, peridiis in lacinias diuergentes ad basin fissis.

Rarissime ad folia *Crataegi Oxycanthae* hanc speciem obseruavi, quae latitudine variat, praesertim si ad folium neruum crescit, vbi tunc 3—4 lineas longa est.

obs. *Lycoperdon penicillatum*, tuberculo flauo: tubulis rectis in filamenta dehiscens. *Fl. dan. t. 839.* nondum mihi obuium, ob peridia apice tantum in lacinias diuergentes fissa omnino diuersum est.

4. AECIDIIVM RHAMNI: cespitosum roseum, peridiis elongatis subdiuergentibus demum expallidis. *Obs. myc. i. p. 97. t. 2. f. 4.*

*Aecidium Rhamni*, thecis cylindricis roseis: seminibus aurantiis. *Gmel. Syst. Nat. Linn. 2. p. 1472.*

Hab. in foliis *Rhamni cathartici.*

*Puluis*



*Pulvis* primo aurantius, per peridia rosea translucet, exsiccatus fere albidus fit.

5. AECIDIUM GALII: lineare obscure fuscum, peridiis puluereque albidis.

Hab. in foliis Galii borealis. A cel. Achario benepole mihi missum. An specie a sequente distinctum? Macula crustaeformis rugosa et spadiceo-rubra est.

6. AECIDIUM RUMICIS: confertum subconfluens cespitosum orbiculare rubrum, peridiis puluereque albidis.

*Aecidium rubellum*  $\alpha$ . *Rumicis*. Gmel. l. c. p. 1473. Hoffm. Fl. germ. 2. t. 2. f. 2.

Prouenit aestate in foliis Rum. aquaticae. In aliis Rumicis speciebus: *undulato*, *obtusifolio* etc. maculae tantum sanguineae, huius speciei forte primordia, observantur, quae etiam in foliis *Rhei* occurrunt, ex quo affinitas naturalis *Rheum* inter et *Rumicem* elucet.

$\beta$ . *Aecidium Grossulariae*: solitarium cespitosum, macula subinaequalis rubra margine peridiisque pallidis.

*Aecidium rubellum*  $\beta$ . *Grossulariae* Gmel. l. c. p. 1473.

Crescit

Crescit vere et aestate frequens in foliis et in petiolis aut in ipsis baccis *Ribis Grossulariae*.

*Cespitulus* 3 lin. latus, forma varius. *Peridia* longitudine inaequalia.

7. AECIDIUM PRENANTHIS: cespitosum irregulare rubrum, peridiis flavis: ore connuente integro.

Hab. in foliis *Prenanthis muralis*, vere.

*Peridia* sparsa, obtuse conica, cum puluere amoene flaua, e longinquo rosea apparent.

8. AECIDIUM CRASSUM: subeffusum crassum flauo-aurantium. *Icon. et Descrip. fung. Fasc. 2. p. 27. t. 3. f. 1 et 2.*

Prouenit in foliis *Rhamni*. Primum orbiculare, dein praesertim ad foliorum nervos, effusum est.

β. *Aecidium Ficariae*: subeffusum crassum flauum: forma varia inaequali, peridiis subdistantibus. *Obs. myc. 2. p. 23.*

Nascitur vere in petiolis et nervis foliorum *Ranunculi Ficariae*. Quoad locum, ubi in foliis crescit, forma et magnitudine variat. *Peridia* subsparsa.

9. AECIDIUM ASPERIFOLII: cespitosum orbiculare subtus excauatum crassiuscu-

siusculum aurantium, peridiis sparsis.  
*Obs. myc.* 1. p. 97.

Hab. aestate in variis plantis asperifoliis, praesertim in *Cynoglosso*. Pars foliorum, vbi occurrit, vno latere concaua, altera conuexa, hinc folia bulata euadunt.

10. AECIDIUM TUSSILAGINIS: macula purpurascens - flaua, peridiis immersis, cespitulo plano. — *Gmel. l. c.* p. 1473.

*Lycoperdon epiphyllum Auctorum.*

Occurrit in foliis *Tussilaginis* praesertim *Farfarae*, in quibus primo macula dilute purpurascens s. rubella adest, quae deinde flaua fit, in qua peridia explicantur, vix supra foliorum superficiem prominentia.

OBS. Non confundi debet cum Vredine *Tussilaginis*, quae vt puluis nudus sine peridiis crescit.

11. AECIDIUM BERBERIDIS: cespitosum orbiculare paruum conuexum, peridiis subelongatis flauis. — *Gmel. l. c.* p. 1473.

*Lycoperdon poculiforme. Jacq. collect. austr.* 1. p. 122. t. 4. f. 1.

Prouenit aestatis medio in foliis *Berb. vulgaris*. Lineam  $1\frac{1}{2}$  latum, demum fuscum fit.

12. AECIDIUM OROBI TUBEROSI: cespitosum ouatum albidum, peridiis flavescens. *Disp. meth. fung. p. 12.*

Ad minora pertinet, forma ouata s. elliptica, colore albido.

13. AECIDIUM RANUNCULI ACRIS: macula nulla, cespitulo forma vario, peridiis confertis tenuibus flavescentibus. *Obs. myc. 2. p. 22.*

Vt plurimum ad nervos foliorum *Ranunculi acris* inuenitur.

Lineas 2 — 3 latum, sordide flavum, irregulare. *Peridia* sibi dense approximata, substantia tenuia, hinc flaccida, crustae nulli, saltem manifestae, insidentia, eorum *dentes* latiusculi et pro more reuoluti sunt.

14. AECIDIUM ALLII VRSINI: subcespitosum flavescens, peridiis in circum digestis.

In foliis *A. vrsini*. *Dr. Schwägrichen*:

*Crusta* s. macula crustaeformis, licet suboblitterata, omnino adest, in cuius medio resident *peridia*, plus minusue  
in

circulum crescentia, tali fere modo, quali hoc in *Aec. Runicis* locum habet, sed non ita conferta. Ad sequentem diuisionem transitum efficit.

\*\* SIMPLEX: peridiis sparsis, crusta quadam distincta non coniunctis.

15.<sup>a</sup> AECIDIUM EUPHORBIAE: simplex confertum, peridiis cylindricis pallidis: ore reflexo puluere aurantio. *Gmel. Syst. nat. Linn. 2. p. 1475. Humb. Spicil. fl. friberg. p. 128.*

*Lycoperdon Euphorbiae. Schrank Fl. bav. 2. p. 651.*

Aestate frequens in foliis *Euph. Cyparissiae* inuenitur, in quibus iam vere vt puncta apparent.

OBŒ. Ex speciminibus huius *Euphorbiae*, fungulis talibus onustis, nonnulli botanici distinctam constituerunt speciem sub nomine: *Euphorbia degener!*

15.<sup>b</sup> AECIDIUM TRAGOPOGI: sparsum, peridiis subellipticis margine inaequali laceris albis, puluere flauo.

Hab. in caule et foliis *Tragopogi pratensis*. Peridia breuia, colore albo facile distinguuntur, nunc cylindrica, nunc elliptoidea.

16. AECIDIUM SII FALCARIAE: simplex subconfertum flavum, peridii dentibus latiusculis suberectis. *Disp. meth. fung. p. 12.*

Hab. frequens in foliis *Sii Falcariae* aestate. Vere, vbi crescere incipit, pustulas fulvas sistit.

17. AECIDIUM ANEMONES: simplex sparsum, peridiis cylindricis prominulis pallidis vt plurimum dentatis, puluere albo ex toto repletis. *Disp. meth. fung. p. 56. Gmel. l. c. p. 1473. Annal. bot. fasc. 20. p. 135.*

Lycoperdon Anemones. *Pultney in Act. Soc. Linn. 2. p. 331.*

Hab. vere in foliis *Anemones nemorosae*, vt plurimum tunc sterilis. *Peridia* ore nunc integro, nunc dentato sunt.

Obs. Iisdem in foliis alius adhuc occurrit fungillus colore badio s. obscure fusco, distinctus, et sub nomine: *Aecidium fuscum* a nonnullis botanicis descriptus, qui vero ad *Puccinias* pertinet; vid. infra.

18. AECIDIUM PUNCTATUM: simplex sparsum, peridiis subimmersis, ore subconninente, puluere compacto fuscescente. *Annal. bot. f. 20. p. 135.*

Aeci-

*Aecidium Anemones*. Hoffm. Fl. germ. 2. t. 2. f. 1.

Prov. rarius in foliis *Anemones Ranunculoides*, quae hinc fusco-punctata apparent.

*Peridia* ut plurimum ore gaudent integro, sed etiam subdentata sunt. Pulvis compactus colore subbadio.

19. AECIDIUM PINI: nudum oblongo-compressum pallidum, pulvere aurantio. Gmel. Syst. nat. Linn. 2. p. 1473. Humboldt Fl. friberg. specim. p. 128.

*Lycoperdon Pini*, gregarium oblongum compressum aurantiacum, apice dehiscens, pulvere concolore. Willd. in bot. mag. vol. 2. p. 16. t. 4. f. 12. Ehrh. Pl. cryptog. exsiccet.

Hab. ad corticem et ramulos et in foliis *Pini sylvestris*. Specimina Upsaliae lecta benevolentiae ill. Thunbergii debeo.

OBS. *Peridia* magnitudine varia, duas lineas ut plurimum longa et unam lata, apice inaequaliter rupta. Porro nuda sunt, nec immersa, et non tantum in foliis, sed et in cortice ramulorum nasci solent, quo a ceteris *Aecidiis* non parum differt haec species.

33. VREDO. *Peridium* nullum. *Pulvis* nudus, detergibilis. *Sporulae* unifornes, plerumque globosae.

\* Pulvere flavescente. (RVBIGO.)

1. VREDO MYCOPHILA: maxima, pulvere flavescente per fungum putrescentem ubique parasitice disperso. *Obs. myc.* 1. p. 16.

Mucor chrysospermus. *Bull. champ.* p. 99. t. 504. f. 1. et t. 467. f. 1. *With. bot. Arrang.* 5. p. 435.

Nascitur praesertim in *Boleto esculento* et *subtomentoso* L. putrescentibus et nondum plane euolutis, rarius vero in *Agaricis*. Tales fungi primo languescunt, externo tomento albo euanescente inuoluti, deinde vero pulvere laete flauo et copioso scatent.

2. VREDO CONFLVENS: flaua applanata circinatim confluens. *Obs. myc.* 1. p. 98.

*a. Ribis alpini*: minor colore dilutiore in foliis *Ribi alpini* crescens.

*β. Mercurialis perennis*: maior distincta in foliis *Mercurialis perennis* proueniens.

Prior



Prior varietas aestate; altera vere crescit. *Pulvis* prominet.

3. VREDO ALCHEMILLAE: conferta flava et lineas subparallelas erumpens. *Obs. myc.* 1. p. 98.

Incolit folia *Alchemillae vulgaris*, locis praesertim montosis, ex. gr. in *Hercynia vulgaris*. Singulare, quod talia folia reliquis tunc minora sint.

4. VREDO EUPHORBIAE HELIOSCOPIAE: sparsa subglobosa prominens flava. *Disp. meth. fung.* p. 15.

Aestate frequens in *Euphorbia Helioscopia* inuenitur. *Cespituli* magnitudine sunt diuersi, verrucaeformes.

β. *Vredo Euphorbiae exiguae*: minor conferta, forma magis regulari.

5. VREDO ROSAE CENTIFOLIAE: conferta flavescentes basi plana effusa, cespitulis orbicularibus.

*Vredo Rosae*: orbicularis flava albomarginata. *Disp. meth. fung.* p. 13.

Hab. frequens in foliis *Rosae centifoliae*.

OBS. Saepe receptaculum *Pucciniae rosae* suppeditat. Cf. *Tode fung. mecklenb.* 1. p. 16.

6. VREDO MINIATA: subrotunda effusaque miniato-aurantia.

Lycoperdon subcorticium. *Schränk in Hoppen's bot. Taschenb. v. Jahre 1793. p. 68.*

Aecidium Rosae. *Rühling Deutschlands Flora. p. 517.*

α. Vredo *Eglanteriae*: maior subsolitaria, cespitulis oblongis subrotundisque.

In foliis Rosae *Eglanteriae* s. flavae et R. *caninae*.

β. Vredo *Lini*: conferta, cespitulis pulvinatis magnitudine variis aurantiorubris.

In foliis *Lini* *vsitatissimi* et cathartici, aestate pluuiosa praesertim, nascitur.

7. VREDO LINEARIS, α. *frumenti*: linearis longissima inquinans flava, demum colore obscuriore. — *Lambert in Act. Soc. Linnaeanae. 4. p. 193.*

Vredo longissima. *Sowerby engl. fung. t. 139.*

Hab. copiose aestate in culmis et foliis *Hordei*, *Auenae*, *Secalis cerealis* etc.

OBS. Vereor, ne iunior plantula *Pucciniae graminis* modo sit.

β. *Vredo Polypodii*: tenerior, colore dilutiore.

In stipitibus *Polypodii fragilis* L. rarius obuia.

8. VREDO CAMPANVLAE: rotunda subdepressaque flauo-rubra magnitudine varia.

Hab. in foliis nonnullarum *Campularum*.

obs. Color demum, quod etiam de multis speciebus valet, ita expallescit, vt fungilli fere albidi euadant. Nonnunquam vero puluerem in vno alteroue indiuiduo eiusdem cespituli obseruari colore spadiceo distinctum.

9. VREDO SONCHI ARVENSIS: conferta subconfluens fulua, cespitulis planiusculis irregularibus.

Hab. frequens autumnno in foliis *Sonchi aruensis*, in agris post messem.

10. VREDO FARINOSA: confluens farinosa ochracea.

α. *Vredo Salicis capreae*: maiuscula, colore pallidiore.

Frequens in foliis *Salicis Capreae*, praesertim in ramis iunioribus luxuriantibus ex trunco caeso erumpentibus occurrit per aestatem.

β. *Senecionis*: crustacea dilute aurea.

Hab. in foliis *Sen. syluaticae* aut *viscosae*, quorum totam fere superficiem occupat.

11. VREDO RVBI FRVTICOSI: minuta subglobosa puluerulenta aurea.

Puluis seminalis grossiusculus tam laxe foliis innatus, ita vt, dum haec decerpuntur, in auras elastice quasi auolet.

12. VREDO RVBI IDAEI: sparsa flaua subconica: disco foliorum gyrose rupta. *Obs. myc.* 2. p. 24.

Prov. in fol. *Rubi Idaei* pagina superiore.

Obs. Margines folii epidermidis ruptae gyromatum *Lichen. umbilicorum* adinstar approximati sunt, colore albid.

13. VREDO TVSSILAGINIS: punctis subconcentricis miniato-rubris.

Hab. autumnno in foliis *Tussilaginis Farfarae*. Demum tota confluit et foliorum superficiem villosopulueraceam reddit.

Obs. Non confundi debet cum *Aecidio Tussilaginis*, cuius puluis seminalis peridiis manifestis inclusus est.

14. VREDO POPVLINA: conferta flavescens inaequalis bullata ut plurimum clausa. *Jacq. Collect. austr. Supplem. t. 9. f. 2. et 3.*

*Lycoperdon populinum. Ehrh. Plant. crypt. Dec. 22. nr. 220.*

Hab. in foliis *Populi balsamiferae*.  
Majuscula, colore laete flava.

β. *Vredo betulina*: conferta lutescens minuta rotunda clausa.

Prov. in foliis *Betulae albae* s. *verrucosae*. *Ehrh.*

Fungilli minuti papillati sunt, apice vix aperti. Nonnulli in maculam flavam confluent.

15. VREDO PUSTVLATA, α. *Epilobii*: subrotunda flavescens minuta prominula clausa, in glomerulos collecta.

Hab. in foliis *Epilobii montani*.

*Pustulae* forma distinctae, non confluent.

β. *Vredo Cerastii*: conferta flava minuta subrotunda.

In foliis *Cerastii vulgati*.

*Pustulae* prominent, apice ore umbilicato demum apertae.

16. VREDO MENTHAE: sparsa orbicularis planiuscula pallida fuscescens.

Praesertim in foliis *Menthae sylvestris* occurrit.

Ad minores quoque pertinet. Ob colorem transitum ad sequentem diuisionem efficit.

\*\* Puluere brunneo, badio, spadiceo aut subnigrescente. (NIGREDO.)

17. VREDO SCUTELLATA: orbicularis planiuscula sparsa, ore subconniunte integro, puluere nigrescente umbrino. *Obs. myc. 2. p. 23.*

*Aecidium scutellatum. Gmel. Syst nat. Linn. 2. p. 631.*

*Lycoperdon scutellatum. Schrank Fl. bav. 2. p. 631.*

Vulgaris in foliis *Euphorbiae Cyparissiae* languescentis. Puncta sparsa nigra refert. *Puluis* peridio albicante quasi inclusus.

18. VREDO BETAE: sparsa orbicularis, puluere cinnamomeo epidermide albicincto.

Autumno in foliis *Betae vulgaris* hanc speciem inueni, quae forma quadam grata regulari, scutellis simili sese offert,

offert, et primo intuitu, vti prior species, *Aecidium* refert.

β. Vredo *Conuoluuli*: sparsa orbicularis conuexa dilute cinnamomea.

In fol. *Conuolv. aruensis*. *Sporulae* subrotundae, stria in medio obscuriore distinctae.

19. VREDO SVAVEOLENS: confluens odorata inaequalis, puluere dilute fusco-purpureo. *Obs. myc.* 2. p. 24.

Aestate frequens in *Serratulae aruensis* foliis languescentibus reperitur.

Odorem gratum spargit, quo ab omnibus differt speciebus. *Puluis* deinde dilutiore colore per foliorum superficiem vbique effusus obseruatur. Ab initio puncta nigra sistit.

20 VREDO VICIAE FABAE: conferta orbicularis subeffusaque depressa, pulvere fusco-spadiceo.

Vredo *Fabae*, subrotunda aut linearis fusca. *Disp. meth. fung.* p. 15.

Copiose in caule, sed magis in foliis *Viciae Fabae* nascitur.

21. VREDO APPENDICVLATA: badia, sporulis rotundis caudatis. *Obs. myc.* 1. pag. 17.

α. Vredo *Phaseoli*: conferta subconfluens badia pulvinata inquinans.

β. Vredo *Pisi sativi*: sparsa inaequalis dilute fusco-purpurea planiuscula.

γ. Vredo *Genistae tinctoriae*: cespitulis subrotundis parvis, epidermide ut plurimum clausis, sporulis rotundo-ovatis: stria obscuriore distinctis.

OBS. An distincta species? an potius ad *Puccinias* cum duabus anterioribus varietatibus referenda?

22. VREDO BULLATA: in herbarum caule bullatim prominens subovata, pulvere spadiceo: sporulis bilobis. *Obs. myc.* 1. p. 98. t. 2. f. 5. et t. 5. f. 9.

Rarius hanc speciem, sporulis numero 8 similibus distinctam, in planta quadam umbellata observaui.

23. VREDO DIANTHI: vesicularis linearis subrotundaque, pulvere nigrescente-badio.

*Lycoperdon caryophyllum*. *Schrank Fl. bav.* 2. p. 668.

Epidermis folii *Dianthi Caryophylli* in vesiculam albam, longitudinaliter demum ruptam prominet. *Pulvis* fere niger, lineariter exprimitur.



24. VREDO ANEMONES: maiuscula depressa, folii epidermide rima longitudinali dehiscente, puluere copioso nigro. *Disp. meth. fung. p. 56.*

Hab. vere in foliis *Anemones nemorosae*, crispis factis, intra quorum substantiam latet.

\*\*\* Puluere albo. (ALBVGQ.)

25. VREDO CANDIDA: effusa candida. *Aecidium candidum. in Gmel. Syst. nat. Linn. 2. p. 1473.*

α. Vredo *Thlaspeos*: magna, puluere copioso erumpente.

Per totam aestatem frequens in caule *Thlasp. Bursae Pastoris L.*, qui hinc incrassatus, tortus et vbique puluere copioso obsitus inuenitur; *cfr. Obs. myc. 1. p. 97.*

β. Vredo *Tragopogi*: minor inaequalis depressa, puluere latente.

In caule et foliis *Tragopogi porrifolii* et *undulati* etc. aestate.

γ. Vredo *Alyssi*: minor subrotunda, forma varia, puluere latente.

Occurrit in foliis *Alyssi calycini*. Aestate.

26. VREDO CHEIRANTHI: sparsa subglobosa prominens candida.

Prov. rarius in foliis *Cheiranthi incani*.

*Aceruuli* globose prominent, epidermide cingente clausi, dimidiam lineam lati. Ob formam distinctam ab antecedente remouendam duxi.

\*\*\*\* Pulvere nigrescente aut fusco, in plantarum fructificationibus parasitico. (VSTILAGO.)

27. VREDO SEGETVM: pulvere copioso nigro in graminum spiculis s. glumis proueniente. *Disp. meth. fung. p. 56.*

*Reticularia Segetum*, fusco-nigricans graminum parasitica, intus filamentosa. *Bull. champ. 1. pag. 90. t. 472. f. 2.*

α. Vredo *Hordei*: pseudoperidio subelliptico ruguloso, puluere latente. *Cfr. Tessier Traité des malad. des grains. p. 306. f. 2—4.*

β. Vredo *Tritici*: subeffusa.

*Lycoperdon Tritici*. *C. Bierkander in act. Suec. ann. 1775. p. 326.*

Hab. in Tritico hyberno et aestiuo.

γ. Vredo *Auenae*: effusa fluctuans. *Tessier l. c. p. 356. Bull. l. c. t. 472. f. 2.*

δ. Vr. *Panici miliacei*: effusa magna.

ε. Vredo

ε. *Vredo decipiens*: puluere loco seminum glumis incluso, latente.

Hab. intra glumas *Agrostis pumilae* L., varietatis *morbosae* Agr. *vulgaris*.

28. VREDO CARICIS: puluere nigro capsulas nude ambiente.

Prov. in fructibus *Caricis* praesertim *montanae* L. s. *piluliferae* nonnullorum.

29. VREDO TRAGOPOGI PRATENSIS: puluere copioso fusco-purpureo in Tragopogi receptaculis. *Disp. meth. fung. p. 57.*

Hab. aestate non infrequens intra Calyces persistentes s. in receptaculo *Tragopogi pratensis*. Omnium maxima.

30. VREDO VIOLACEA: puluere purpureo-violaceo in antheris proueniente. *Disp. meth. fung. p. 57.*

Nascitur in antheris florum languescientium *Saponariae officinalis* et *Silenes nutantis*. Aestate.

34. PVCCINIA. *Peridium* nullum. *Sporulae?* in cespitulum conglomeratae, e tereti subturbinatae, caudatae

tae septulis distinctae. *In foliis plerumque parasitica.* \*)

1. PVCCINIA ANEMONES: sparsa subparallela spadicea inquinans, sporulis vno septulo medio constrictis, vtrisque rotundatis. *Obs. myc. 2. p. 6. t. 6. f. 5.* (lente aucta).

*Aecidium fuscum. Sowerb. engl. fung. t. 53. Relh. fl. cantabr. Suppl. 2.*

Hab. vere in foliis *Anem. nemorosae* et passim aliar. herbarum, quorum margines cespituli rotundi seriatim occupant.

Obs. *Vredini* omnino similis, etiam ad tactum digitos inquinat; verum *Sporulae* subbilobae sunt et cauda brevissima acuta instructae.

2. PVCCINIA PRUNI SPINOSAE: sparsa minuta punctiformis, sporulis globosis geminis: cauda breuissima.

Hab. in fol. *Pr. spinosae* submitis, autumno. Globulos punctiformes refert. *Sporulae* ex duabus rotundis, sibi approximatis, consistere videntur.

3.

\*) Differentias specificas huius generis ad *sporularum* formas, quomodo sese sub microscopio composito exhibent, institutas esse, admonere debeo.

3. PVCCINIA MENTHAE: sparsa punctiformis obscure spadicea, sporulis subquadrangularibus: cauda breuissima.

Hab. passim in foliis *Menthae aquatica*.

*Sporulae* septuló vnico distinctae.

4. PVCCINIA VALANTIAE: sparsa nigrescente-spadicea, sporulis fusiformibus. *Obs. mycol.* 2. p. 25. t. 6. f. 4.

Prouenit in *Valantiae cruciatae* foliis, autumnno.

Aceruuli parui, globosi. *Sporulae* oblongo-ouatae in caudam crassam confluunt septulo vnico distinctae.

5. PVCCINIA POLYGONI AMPHIBII: opaca spadicea depressa, sporulis oblongo-ouatis in caudam tenuem attenuatis.

Hab. passim in foliis *Polygoni amphibii* var. terrestri.

Maculam exhibet difformem, colore sordidam griseo-fuscam.

6. PVCCINIA POLYGONI AVICULARIAE: sublinearis sparsa spadicea, sporulis globosis. — *Disp. meth. fung.* p. 39.

Hab. in caule et foliis *Polygoni Aviculariae*.

In caule longitudinaliter erumpit. In foliis aceruulum rotundum sistit. Sporulae septulo vno distinctae: cauda longiuscula.

7. PVCCINIA CIRCAEAE: sparsa verrucaeformis badia, sporulis ouato-acutis. — *Disp. meth. fung. p. 59. t. 3. f. 4.*

Hab. locis vdis in foliis *Circaeae* praesertim *intermediae* EHRH., et interdum in fol. *Circ. alpinae*, vbi vt verrucae subrotundae, tuberculatae, griseae apparet.

8. PVCCINIA GRAMINIS: conferta linearis nigrescens, sporulis subturbinatis medio constrictis. — *Disp. meth. l. c. t. 3. f. 3.*

Vredo frumenti. *Sowerby engl. fung. t. 140.*

Lycoperdon lineare. *Schrank Fl. bav. 2. p. 669?*

Hab. frequens autumnno et hyeme in foliis, praesertim in culmis graminum varii generis. Lineas parallelas nigras exhibet, primo puluerulenta flaua.

9. PVCCINIA IUNIPERI: magna cespitosa conica, sporulis obouatis, cauda longissima. — *Disp. meth. fung. p. 33. t. 2. f. 1. a—e.*

Pucci-

*Puccinia cristata*. *Schmidel Ic. et Anal. plant. manup.* 3. p. 254. t. 66.

*Puccinia non ramosa maior pyramidata*. *Micheli N. gen. pl.* p. 213. t. 92. f. 1.

*Clauaria resinosorum*. *Gmel. Syst. nat. Linn.* 2. p. 1443.

Hab. vere ad ramos *Iuniperi Sabinae* et *Virginianae*.

Primo sicca, rufo-spadicea, granulosa, subglobosa, et sensim in formam conicam prominet, hoc in statu sporulis, forma distinctis, vndique cincta; temporis progressu ligulata, gelatinosa (aëre praesertim pluuioso) et colore amoene fulua euadit, puluere cinnamomeo obsita ac tunc vt *Tremellae* species a pluribus auctoribus descripta est: cfr. *Tremella iuniperina* et *digitata* VILLARS *Fl. Dauph.* 3. p. 1007. t. 56. *Tremella iuniperina* et *clauariaeformis* V. WULF. in *Jacq. Collect.* 2. p. 173. et 174.

10. PVCCINIA POTENTILLAE: subrotunda sessilis nigra, sporulis cylindricis obtusis.

Hab. in foliis aridis *Potentillae argenteae*. Vere.

Pustulas in inferiore folii pagina sistit nigras sparsas. *Sporulae* eadem fere

sunt forma, ac in sequente specie, sed mucrone destitutae sunt; septulis vt plurimum tribus distinctae sunt.

11. Puccinia MUCRONATA: conferta nigra, sporulis stipitatis cylindricis mucronatis. — *Disp. meth. fung. p. 38.*

*α.* Puccinia *Rosae*: sporulis crassiusculis obtusis in Vredine *Rosae* parasiticis.

Hab. aestate frequens in foliis *Rosae centifoliae* et *albae*, vbi in Vredine *Rosae*, iam descripta, tanquam in receptaculo insident. *cfr. Tode fung. mecklenb. 1. p. 16. t. 3. f. 26.*

*β.* Puccinia *Rubi*: congesta, villo nigro similis, sporulis subattenuatis.

Autumno in foliis *Rubi fruticosi* praesertim, rarius et *Rubi Idaei* inuenitur.

OBS. Praeter mucronem huic speciei adhuc solenne est, quod appendices caudatae, hac in specie insuper basi subinflatae, intra substantiam folii non latent, sed stipitis ad instar sporulas sustentant.

35. TRICHODERMA. Denudatum.

*Puluis* copiosus, farinaceus, tegmine tomentoso s. villoso cinctus.



1. TRICHODERMA FVLGINOIDES: magnum subglobosum villosum albicans, puluere rutilo filis fasciculatis intertexto.

Autumno ad truncos abietinos putrescentes crescit.

Primo intuitu *Fuligini* simile, etiam molle est, sed non fluxile, neque intus fibroso-cellulosum; fila seminifera vero e membrana subiacente in fasciculos compacta, per massam pulueraceam radiatim diuergunt. Vnam ad duas vncias lata est haec species; quae vna cum *Reticularia Lycoperdon*, var. 1. *Bull. hist. d. champ. t. 446. f. 4.* inter hoc et *Fuliginis* genus medium tenet locum.

2. TRICHODERMA ROSEVM: maiusculum roseum. *Disp. meth. fung. p. 92. Hoffm. Fl. germ. 2. t. 10. f. 1.*

Hab. vere ad ramos putrescentes; frequentius intra corticem et lignum *Salicis capreae* s. *Populi Tremulae* exaridae.

Dimidiam vnciam latum, nunc subrotundum, nunc oblongum.

3. TRICHODERMA VIRIDE: subrotundum effusumque, puluere viridi, villo albido fugaci. *Disp. meth. fung. p. 12.*

*Pyrenium lignorum* *α. vulgare*, globosum sparsum, cortice bombacino, nucleo seminali fatiscente. *Tode fung. mecklenb.* 1. p. 33. t. 3. f. 29.

*Sphaeria oliuacea*. *Willd. Fl. berol.* p. 416?

Autumno post pluuias in quisquiliis ad ramulos deciduos, aut caules herbarum maiorum crescit. Substantia mollissimum, 2—3 lineas longum.

4. TRICHODERMA AVREVM: late effusum, villo subalbido tenuissimo, pulvere obscure flauo.

Prouenit rarius in vaporariis ad ligna cariosa, cui immersum.

Quoad latitudinem inter maiores pertinet species, 3 fere vncias enim latum est; sed vix duas lineas crassum. *Villus tegmineus* tenuis, euanescens.

5. TRICHODERMA NIGRESCENS: subeffusum planiusculum, puluere nigrescente fuliginoso, villo tenuissimo caesio. — *Disp. meth. fung.* p. 12.

Prouenit hyeme et veris initio ad truncos caesos, praesertim Acerinos.

Dimidiam vnciam ferme latum, lin. 1 crassum inquinans, mox nigrescens.

6. TRICHODERMA DVBIUM: lineare primo subalbidum dein flavescentis, substantia friabili conformi. *Cfr. Obs. myc.*

1. p. 99.

Hab. autumnis satis frequens ad truncos putrescentes.

Dimidiam ferme unciam longum, lineam latum. Villus distinctus non adest, fungus tamen subtomentosus apparet. Pulvis quoque seapse non dilabitur, sed inter se cohaerens. Interea nullibi melius, quam ad hocce genus referri potest: hicce fungillus.

7. TRICHODERMA PYRENIVM: ovale compressum aureum, nucleo ex albido ad aurantium vergente. †

Pyrenium lignorum  $\beta$ . aureum *Tode l. c. p. 53.*

Figura ovalis compressa. Cortex tomentosus, dissiliens, coloris aurei. *Nucleus* mollicellus, comminuendus, colore ex albido ad aurantium vergente. Sparsim habitat fungulus tener, perrarus, lineam longus, in ligno nudo ramorum fagineorum putrescente. *Maio. Tode.*

8. TRICHODERMA LAEVE: ex albido pallescens superficie laevi: pulvere flavescens. *Obs. myc. 1. p. 12.*

Prov. rarius ad terram, aut supra muscos effusum.

Subpersistens,  $1\frac{1}{2}$  — 2 vnc. latum. Color primo albidus, deinde flavescent.

9. TRICHODERMA TUBERCULATUM: candidum suborbiculare, primo tomentosum, demum tuberculosum, pulvere cinereo. *Obs. myc.* 1. p. 12. t. 2. f. 3.

Aestate frequens in sylvis umbrosis ad terram nudam occurrit, praesertim post crebras pluuias.

Ab initio candidum, byssoideum, deinde parum caesium euadit. Adultum externe tuberculis oblongis, subcompressis echinatum. Post nonnullos dies totus fungillus fatiscit et in puluerem cinereum dilabatur.

36. CONOPLEA. Byssoidea, forma distincta. *Fila* persistentia compacta rigida, *pulvere* manifesto interspersa.

1. CONOPLEA SPHAERICA: gregaria subconfluens nigrescente-oliuacea tuberculosa s. subgranulosa sphaerica. *Disp. meth. fung. suppl.* p. 55.

Dematium sphaericum. *Obs. mycol.* 1. p. 25.

Incolit

Incolit ramos deciduos agmine denso, sphaeriae cuidam similis, 3 lin. lata; detrita puluere nigrescente referta observatur.

2. CONOPLEA HISPIDULA: sparsa minuta subrotunda, filis subdiuergentibus rigidis hispida. *Disp. meth. fung. p. 55.*

In palustribus, foliis graminosis adhaerens. Sphaerulae simplicis forma  $\frac{1}{2}$  lin. vix magna, colore nigra.

3. CONOPLEA ATRA: maiuscula subrotunda aut teres atra, puluere parco.

Ad ligna locis suffocatis rarius provenit; mollis, 2 — 3 lin. magna, nunquam subeffusa reperitur.

4. CONOPLEA CYLINDRICA: sparsa subcylindrica ferrugineo-fusca. *Disp. meth. fung. p. 55.*

Rarius hyeme aut vere in culmis arundinaceis, in sterquilineis deiectis crescit. 1 — 2 lin. longa, et lin. 1 fere crassa est; cum puluere copioso tota obscure fusca.

37. PYRENIVM. *Fungus* globosus, sessilis integerrimus, *semina* nuda, conglobata, nuclei ad instar, includens. *Tode.*

1. PYRENIVM TERRESTRE: globosum aggregatum: pulpa gelatinosa; nucleo cereo subrecedente. *Tode Fung. mecklenb.* 1. p. 35. t. 6. f. 50.

Fungi subrotundati, saepius globosolongati, pisi fere magnitudine, confer-tim e solo proueniunt nudo, sterili. Substantia s. pulpa eorum gelatinosa, indurescendo gummata, superficie externa est obsolete papillosa, interne vero aequalis utrobique coloris aurantii. *Nucleus* eiusdem coloris et formae cum pulpa, ab hac tandem quaquaversum, sola basi excepta secedit, ut quasi afflata appareat. *Tode.*

obs. Dubius mihi fungus et plane ignotus, a b. *Tode* in statu inmaturo, uti videtur, tantum obseruatus est.

---

†††. SARCOSPERMAE. Fructibus luculentis carnosis.

38. CYATHVS. Recept. infundibuliforme aut cupulare, coriaceum, primo velo s. epiphragmate clausum, *vesiculas* (copiosas) lentiformes intus fouens.

1. CYATHVS STRIATVS: hirsutus spadicus interne striatus. — *Willd. Flor. berol. p. 399. Hoffm. veg. crypt. 2. p. 53. t. 8. f. 3. Schaeff. fung. t. 178. — Vaill. bot. paris. p. 57. t. 11. f. 4. et 5. Michel. Gen. pl. t. 102. f. 2.*

*Nidularia hirsuta. Sibth. Fl. oxon. p. 393. Sowerby engl. fung. t. 29. (icon nitidissima.)*

Sero autumnno in syluis ad terram aut ad ramulos deiectos cespitose crescit, radiculis fibrosis instructus est. Aetate iuniore prae omnibus aliis speciebus super vesiculis gelatina copiosa (fructificante?) refertus est.

Capsulae subtus tomentosae. *Bulliard, Sibthorp.*

2. CYATHVS OLLA: externe cinereus aut fuscescens subtomentosus, interne laevis plumbeo-liuidus. *Comment. Schaeff. ic. pict. illustrans. p. 73.*

*Cyathus laevis Hoffm. l. c. p. 31. t. 8. f. 2. Willd. l. c. nr. 1159.*

*Nidularia vernicosa Bull. champ. p. 164. t. 488. f. 1. Sibth. oxon. p. 395. — Sowerb. engl. fung. t. 26? (fungus enim externe flauescens delineatus est.)*

*Peziza lentifera auctorum. Schaeff. fung. t. 180. Fl. dan. t. 780. f. 1. Vaill. l. c.*

*l. c. t. 11. f. 6. et 7. Mich. l. c. t. 102. f. 1. Batar. fung. arm. t. 3.*

*α. Cyathus nitidus: campanulatus, griseus tomentosus; margine demum revoluta, interne nitidissimus plumbeus: striis (zonis) concentricis Roth catalect. 1. p. 236.*

*β. Cyathus agrestis: minor subhemisphaericus: margine erecto.*

Hab. aestate et autumnno in areis hortorum ad ligna, palos. *β.* in agris post messem frequens quoque inuenitur.

Magnitudine variat, demum fere glaber fit. — Semina glabra. *Bull.*

3. CYATHVS CRVCIBVLVM: subcylindricus induratus subtomentosus ochraceus. *Commentarius l. c. p. 72. Schaeff. fung. t. 179. Hoffm. veg. crypt. 2. p. 29. t. 8. f. 1. Mich. Nov. gen. pl. p. 222. t. 102. f. 3.*

*Nidularia laevis. Sibth. oxon. p. 393. Bull. l. c. p. 165. t. 40. f. B. c. c. Sowerby l. c. t. 30.*

*Peziza laevis. Huds. angl. p. 639.*

Praesertim in pinetis, rarius in hortis crescit, ramulis et assulis pineis adnatus.

Ab initio cylindricus, tomentosus et velo crassiusculo obtectus, demum fere glaber



glaber fit, substantia est sicca dura. *Vesiculae* glabrae, nonnunquam remotius dispersae observantur, quae vero a vi multarum pluuiarum, nec ab ipso fungo elastice protrusae sunt, vti antea (*Disp. meth. fung. p. 16.*) opinatus sum.

4. CYATHVS SCUTELLARIS: cinereus globosus pallescens intus albidus, vesiculis albis, demum nigrescentibus. †

*Cyathus scutellaris*, globosus extus tomentosus cinereus. *Roth. Catalect. 1. p. 237. Fl. dan. t. 780.*

*Cyathus scutellatus*, ore crispo, fructibus maiusculis. *Mich. Nov. gen. pl. p. 222. t. 102. f. 4.*

Prov. autumnno in syluis ad terram.

Magnitudine Pisi maioris, primo globosa, dein hemisphaerica, margine integra, ab initio cinerea, dein flauicante-brunnea. *Vesiculae* in adultioribus forte nigrescunt. *Roth.*

6. CYATHVS FARCTVS: solitarius subrotundus tuberculosus griseus, intus fuscus, vesiculis sulcatis copiosis spadiceis, radice fibrillosa longissima. †

*Cyathus farctus*, solitarius, sessilis, ventricosus, tomentosus griseus, intus glaber, fuscus, margine subintegerrimus, capsu-

capsulis farctis, brunneis, subsulcatis, operculo destitutis. *Roth. l. c. p. 237. t. 7. f. 2.*

In trabibus semiputridis, aqua in-natantibus, Bremae primus obseruatus a cl. *Mertens*.

Ob capsularum seminalium copiam tuberculosus est; adultior liquore viscido repletus, tunc vertex dirumpitur satis regulariter, et *capsulae* vna cum *liquore* viscido defluunt vberrimae, brunneae sunt et rotundae, lineam circiter latae, solitariae, nec *filamentis* coniunctae. *Radices* longissimae, subramosae, duae vel tres ex ipsius baseos lateribus proueniunt. *Roth.*

7. CYATHVS DEFORMIS: arhisus rugosus albus, capsulis oblongis brunneis (laeuibus?). *Willdenow Obs. bot. in Bot. Mag. v. 2. Fasc. 4. p. 14. t. 3. f. 8.*

Prope *Berolinum* in syluis locis opacis, in ramulis deiectis, rarius occurrit.

Irregularis, albus, rugosus, per lentem villosus. In statu iuniori hemisphaerica forma est. Non, vti in ceteris speciebus, *epiphragmate* tectus; sed irregulariter rumpitur. *Capsulae* sunt oblongae, minutae, brunneae, *filo* tenui adnexae. *Willd.*

SYNOPSIS METHODICA  
F V N G O R V M.

---

S I S T E N S

ENVMERATIONEM OMNIVM HVC VSQVE  
DETECTARVM SPECIERVM, CVM BRE-  
VIBVS DESCRIPTIONIBVS NEC NON  
SYNONYMIS ET OBSERVATIONIBVS  
SELECTIS.

---

A V C T O R E

**D. C. H. PERSOON,**  
SOCIET. REGIAE GOTTING. CORRESP., LINNAEAN.  
LONDIN., PHYSIC. GOTTING., JENENS., BEROLIN.,  
TIGVRIN. ET SOC. MINERALOG. JENENS.  
MEMBRO.

---

*PARS SECVNDA.*

CVM TABVLIS AENEIS.

---

GOTTINGAE

APVD HENRICVM DIETERICH.

1801.

Minimis in partibus latent numerosissimae  
et praestantissimae differentiae, quae spe-  
ciem maxime distinguunt.

LINNE.

CLASSIS SECVNDA.

ORDO QVARTVS.

39. CLATHRVS. Voluatus. *Pileus* sessilis, cavus, ramis anastomosantibus cancellatus; *latice* diffluente.

1. CLATHRVS RVBER: pileo subrotundo rubro.

Clathrus ruber. *Mich. Nov. gen. pl. p. 214. t. 95. Battar. fung. armen. p. 23. t. 2. f. 2.*

Clathrus cancellatus. *Linn. Syst. veg. Ed. 15. p. 1017.*

Clathrus *voluaceus*. *Bull. Champ. p. 190. t. 441.*

*Boletus cancellatus purpureus*. *Tournef. Instit. rei herb. p. 561.*

*Fungus coralloides cancellatus purpureus*. *Barrellier plant. Icon. 1263.*

Hab. in Europae regionibus calidioribus.

2. CLATHRVS FLAVESCENS: obouatus  
flauescens ramis anastomosantibus. †

*Boletus cancellatus flauescens. Tournef. Institut. R. herb. 561.*

*Fungus coralloides cancellatus flauescens. Barrell. l. c. Icon. 1265. Column. cophr. 1. p. 336.*

An distincta species? Habitu et colore differt. Quoad iconem volua huic externe laevis, nec venosa est, et trunco breui crasso instructa. *Pilei* rami teneriores. A recentioribus botanicis, quantum scio, nondum obseruatus est.

40. PHALLVS. Voluatus. *Pileus* ouatus, stipiti insidens, integer, *latice* diffluente obtectus \*).

\* *Pileo* cellulis reticulato.

1. PHALLVS IMPVDICVS: stipite cribroso subobliquo, pileo celluloso peruio.  
Phallus

\*) Confer VENTENAT *Dissertation sur le genre PHALLUS* in *Mémoires de l'Institut national des sciences et arts*, Vol. 1. pag. 503—523. et extrait d'une *Dissertation sur le genre Phallus* lue à l'Institut national; in *Annal. botan.* Fasc. 21. p. 67—71. I. C. SCHAEFFER'S: *der Gichtschwamm mit grünschleimigtem Hute*. *Regensb.* 1760. Tab. 1—5. (Icones optima).

*Phallus impudicus*, voluatus stipitatus, pileo celluloso. *Linn. Syst. veg. ed. 15. p. 1017. Fl. dan. t. 175. Bolt. fung. t. 92. Bull. herb. p. 276. t. 132. Schaeff. fung. bav. t. 196—198.*

Hab. autumni initio in syluis vmbrosis praesertim frondosis.

Nondum euolutus albus et globosus est, radículas exserens. *Stipes* dein, quod etiam de ceteris valet, mira celeritate in altum crescit. *Pileus*, dum e volua erumpit, gelatina tenace viridi obtectus, quae vero dein aut ab humore, ex interiore stipitis per foramen pilei exsudente (*confer Todt Beitrag zur Geschichte des Gichtschwammes in den Schrift. d. Berlinischen Gesellschaft naturforsch. Freunde, B. 3. p. 242—246. et B. 6. p. 278—281.*) aut aliam ob causam soluitur et diffluit, odoremque fortem exhalat, quo praesertim *Muscae* aliaque insecta allecta hunc laticem mox deuorant, ita vt pileus vt plurimum candidus et ab omni gelatina, quae ex innumeris *sporulis* rotundis constat, destitutus inueniatur.

2. PHALLVS CANCELLATVS: stipite cylindraceo laeui, pileo cancellato imperuio. *Ventenat. l. c. p. 515.*

Phallus voluatus, pilei apice clauso. *Ioh. Rothman en salsam Svamp funnen i Smoland, Vetensk. acad. Handling 1742. p. 19. 20. t. 2. f. 1. Mich. Nov. gen. plant. p. 202.*

Hab. in *Suecia* ad terram sterilem muscosam.

OBS. An a praecedente satis distincta species? *Stipes* laevis et fistulosus dicitur. Et fungum odorem gratum orchideum dispergere, adfertur.

3. PHALLVS INDUSIATVS: stipite tereti celluloso indusiato, pileo breui reticulato. *Ventenat Dissert. l. c. p. 520.*

In *Guiana Batauorum* nascitur non procul a littore maris et prope ripam fluvii *Surinamensis*, vbi a *Dom. Vailant*, patre celeberrimi peregrinatoris, inuentus est. Secundum inuentoris observationes non malum odorem spargit, nec ab insectis appetitur. Phallo *impudico* maior est. Ab omnibus speciebus differt inuolucro indusiiformi, laxo reticulato: interstitiis magnis, quod stipitem circumdat et sub pileo insertum est. Vtrum vero volua huic speciei quoque adsit, cl. *Ventenat* determinare non potuit, cum in suo specimine illa defue-



defuerit: forte indusium voluae vices gerit.

\*\* Pileo tuberculato, cum stipite confluyente.

4. PHALLVS CANINVS: rufescens minor, pileo colliculoso stipiti contiguo. *Obs. mycol.* 1. p. 7. *Schaeff. fung. t.* 330.

Phallus *caninus*, voluatus stipitatus, stipite celluloso, capitulo imperuio rubro rugoso. *Curt. Fl. Lond. t.* 235.

His in regionibus solummodo in truncis putrescentibus autumno hanc speciem inueni.

Lumbriciformis est, Phallo *impudico* ultra dimidium minor. *Latex* non tam fluxilis, persistit, neque odorem peculiarem spirat, hinc ab insectis illaesus inuenitur.

5. PHALLVS MOKVSIN: stipite pentagono, pileo acuto quinquepartito: laciniis conniuentibus. *Linn. Syst. veg. ed.* 15. p. 1017. *Suppl. pl.* p. 452. *Ventenat. l. c.* p. 514.

Fungus *Sinensium Mokusin*. *Nov. Comm. Petrop. vol.* 19. p. 373—378.

Crescit in Sina sub foliis et radicibus putrescentibus *Mori*. Ab incolis ad vlcera sananda adhibetur; etiam mensis

inseruit, quo consilio talia indiuidua eliguntur, quae ab insectis illaesa sunt.

6. PHALLVS HADRIANI: stipite tereti, maculis cineraceis distincto, pileo laeui glabro: ore prominente amplo. †

Phallus *Hadriani*: stipite tereti, maculis cineraceis distincto: pileo breui non cellulato. *Ventenat l. c. p. 517. Sterbeck Theatr. t. 30. l. F.*

*Fungus Phalloides batauus. Barrelier Pl. per Galliam etc. obseruatae. Icon. 1253. p. 113.*

*Fungus Phalloides gallus Barrel. l. c. p. 103. t. 1264. diuersa species videtur.*

Habitat in Europa australiori. Volua huius speciei duplex videtur.

## ORDO QVINTVS.

† AGARICI: hymenio lamelloso aut venoso.

41. AMANITA. Voluata. *Pileus* carnosus, vt plurimum verrucosus. *Lamellae* confertae, subintegrae. *Stipes* vt plurimum elongatus, annulatus aut nudus.

\* Sti-

\* Stipite basi volua distincta cincto,  
apice nudo.

1. AMANITA LIVIDA: pileo vmbonato  
planiusculo striato, plumbeo-liuido, la-  
mellis stipiteque longo candidis. *Disp.*  
*meth. fung. p. 66. Fl. dan. t. 1014.*

Agaricus vaginatus. *Bull. herb. t.*  
*512. fig. M.*

Agaricus plumbeus. *Schaeff. fung.*  
*bav. t. 85. et 86.*

Prouenit iam mature post diurnas  
pluuias ad margines syluarum frondo-  
sarum, aut in pinetis, frequens.

*Volua vaginalis. Stipes fibrillo-squa-*  
*mosus, cauus, vt plurimum longus.*  
*Pileus aut nudus, aut verrucis latis ob-*  
*situs, margine sulcato-costatus: costis*  
*pluribus bifidis. Lamellae latiusculae,*  
*oblique truncatae.*

*α. pallescens: pileo sicco ex albido*  
*pallescente: disco sublaeui. (In fagine-*  
*tis montosis).*

*β. Amanita hyalina: pileo stipiteque*  
*beryllo, lamellis flauescens.*

Agaricus hyalinus. *Schaeff. l. c. t. 244.*

*γ. Amanita fuscescens: pileo subcon-*  
*vexo nitido e liuescente subhepatico, la-*

mellis candidis, stipite subulato liuido: volua albida.

Passim in pinetis. Ad sequentem transitum efficit.

2. AMANITA SPADICEA: pileo subcampanulato umbonato striato fragili spadiceo, lamellis candidis, stipite squamuloso fuscescente. *Disp. meth. fung. p. 66.*

Agaricus fuluus. *Schaeff. fung. t. 95?*

$\alpha$ . Amanita badia: maior pileo badio nitido, lamellis stipiteque dilute castaneis.

Agaricus badius. *Schaeff. t. 245.*

$\beta$ . Amanita fulua: pileo fuluo, lamellis stipiteque albis.

Agar. vaginatus. *Bull. herb. t. 512. N.*

$\gamma$ . Amanita subuiscida: pileo planiusculo ochraceo-fuluo subuiscido, stipite squamoso concolore, lamellis albidis.

obs. Magnitudine plus minusue variat haec species, nec non colore opaco, aut dilutiore. Antecedente, cum quo pileo margine sulcato conuenit, multo tenerior est. Ambae species a *Bulliaro* tantum pro varietatibus sunt habitae.

3. AMANITA INCARNATA: magna, pileo campanulato villosa albo, lamellis carneis, stipite cylindrico albo.

Agar-

*Agaricus incarnatus*. *Batsch. El. fung.*  
pag. 51.

*Fungus magnus esculentus e volua*  
erumpens, pileolo villosa albo, lamellis  
carneis, pediculo cylindrico albo. *Mich.*  
*Nov. gen. plant. p. 182. t. 76. f. 2.*

Nascitur in *Italia* aestate ad vetustas  
arbores.

4. AMANITA VIRGATA: cespitosa, pi-  
leo campanulato conico piloso cinereo  
nigroque virgato, lamellis puluerulentis  
rubro-cinnamomeis. *Disp. meth. fung.*  
p. 18. et p. 66.

*Agaricus voluaceus*. *Bull. herb. t. 261.*  
*Sowerby engl. fung. t. 1.*

Hab. frequens in vaporariis, inter  
pulverem coriarium, aestate.

obs. *Volua pileo concolor*. *Agaricus*  
*bombycinus* *Schaeff. t. 98.*, quae *volua*  
*flauida* distinguitur, huius forte mera  
varietas est.

5. AMANITA PVSILLA: pileo hemi-  
sphaerico vmbonato, lamellis ventricosis  
roseis, stipite breuiusculo albido. *Obs.*  
*myc. 2. p. 56.*

*Agaricus voluaceus*,  $\beta$ . minor. *Bull.*  
*herb. t. 530.*

Elegantem speciem in hortis autumnò inueni. Volua plerumque quadrifida: laciniis erectis. *Stipes* fragilis, fistulosus. *Pileus* 3 — 4 lin. latus, glaber, circa umbonem depressus, pellucidus.

\*\* *Stipite* basi volua manifesta laxa, apice annulo instructo.

6. AMANITA VERNA: acris, tota candida, pileo demum subinfundibuliformi, stipite longo solido cylindrico.

*Amanita verna*. *Lamark. Encycl.* p. 113.

*Agaricus bulbosus vernus*. *Bull. herb.* t. 108. *Hoffm. Nomencl.* p. 26.

Crescit verno tempore in Gallia.

*Stipes* 6 vnc. longus, basi tuberosus. *Lamellae* inaequales. Sapor acerrimus. Secundum *Bulliard* fungus venenatus est.

7. AMANITA BVLBOSA: tota candida, pileo conuexo, stipite elongato attenuato bulboso. *Commentarius* p. 99.

*Agaricus bulbosus*. *Schaeff. fung.* t. 241.

Hab. autumnò in syluis.

*Pileus* primo globosus, dein conuexo-planus, sed non depressus, demum parum pallescit, tempestate humida subviscosus, nunc verrucosus, nunc nudus.

*Lamel-*

*Lamellae* plurimae integrae s. longitudine aequales. *Stipes* 3 vnc. longus, subattenuatus, 3 — 4 lin. crassus, bulbosus.

7. AMANITA CITRINA: pileo glabro citrino, lamellis stipiteque albis. *Disp. meth. fung.* p. 66. *Schaeff. fung. t.* 20.

β. Amanita *Mappa*: pileo flavescente verrucis fuscis variegato.

*Agaricus Mappa*: stipitatus, annulo fixo inuerso, pileo planiusculo flauo, fusco-variegato, lamellis albidis, stipite bulboso voluato. *Willd. Fl. Berol.* p. 381. *Batsch. El. fung.* p. 57. huius loci sunt.

OBS. Amanita *citrina* satis frequens nascitur in faginetis et quercetis, regionibus praesertim arenosis, vt plurimum ad terram; varietatem quamdam in truncis putridis inueni, colore amoene sulphuream, pileo planiusculo saporeque acri diuersam. *Stipes* nunc pileo concolor, nunc albus est. Pileum rarissime verrucis obiectum obseruauit. *Agaricus Mappa* auctorum, qui secundum *Schaefferum*, colore obscuriore et lamellis flavis distinguitur, omnino insignis varietas est.

8. AMANITA VIRIDIS: pileo convexo obscure viridi vt plurimum nudo, lamel-

lamellis stipiteque albis. *Disp. method. fung. p. 67.*

Agaricus phalloides. *Bull. herb. t. 2. et tab. 577. f. D.* (Pileus vero margine striatus depictus est.)

Hab. in syluis arenosis.

Obs. *Pileus* verrucis albis rarius obiectus est, eumque nonnunquam *umbilicatum* inueni, quaeque varietas insuper sapore amaricante distincta fuit.

9. AMANITA CAESAREA: tota aurea, pileo striato. †

Agaricus caesareus. *Schaeff. fung. v. 4. p. 64. t. 247. Hoffm. Nomencl. p. 18 — 20.* (cum plurimis synonymis.)

Fungus planus orbicularis aureus. *Mich. Nov. gen. pl. p. 186. t. 77. f. 1.*

Autumni initio in pinetis et ericetis habitare dicitur, et vt fungus, omnium deliciosus, a veteris Romanis in cibum receptus, qua de re conferri potest *Schaefferi Index l. c. Michelii* tempore in Italia adhuc eo fine venditur. Ipse hunc fungum nondum inueni.

10. AMANITA AVRANTIACA: magna, pileo campanulato aurantio-rubro, lamellis ventricosis aureis, verrucis sparsis stipiteque albis. — *Bull. herb. t. 120.*

Hab.



Hab. in Gallia.

OBS. Ad maximas numeranda. Lamellarum colore et volua laxa ab Amanita *muscaria* differt. An vero eadem cum antecedente sit species, pro qua alii eam sumserunt, determinare hactenus non possum; quoad icones vero inter se quam maxime differunt.

\*\*\* Stipite basi volua obliterated apice annulo cincto, verrucis in pileo minoribus aequalibus. (Myoperda.)

11. AMANITA MUSCARIA: pileo aurantio-rubro nitido planiusculo, verrucis lamellis stipiteque candidis. *Disp. meth. fung. p. 67. Schaeff. fung. t. 27. Bull. herb. t. 122. Pers. commentarius p. 11.*

Agaricus imperialis. *Batsch. El. fung. pag. 59.*

β. Amanita *formosa*: pileo aurantio-fuluo, verrucis laxis subflavescentibus, lamellis albis, stipite flavescente longissimo squamoso - flaccido. *Obs. myc. 2. p. 27.*

γ. Amanita *Puella*: minor, pileo convexo verrucis vt plurimum denudato. *Batsch. El. fung. p. 59. Schaeff. fung. t. 28.*

Varietates α. et γ. frequentius in pinetis, β. magis in faginetis vmbrosis crescere

crescere solent. Iuniores fungi, ouo similes, sordide albi, volua crassa rimosa cincti. *Pileus* explicatus, planiusculus, umbonatus, e colore rubro ad fuluum parum vergens, verrucis albis eleganter ornatus, quae vero in *varietate* languescente  $\gamma$  nonnunquam aut plane desunt, aut incompletae ad marginem pilei obseruantur.

12. AMANITA VMBRINA: pileo planiusculo e fuligineo subspadiceo, verrucis lamellis stipiteque albis. *Disp. meth. fung. p. 67.*

Agaricus *verrucosus* auctorum. Agaricus *maculatus*. *Schaeff. fung. t. 90.*

Crescit frequens in faginetis.

obs. Cum antecedente quoad magnitudinem et formam conuenit. Datur quoque *varietas*, pileo verrucis denudato, et alia non minus quoque memorabilis, vbi annulus, a loco consueto remotus, ad stipitis basin fere est insertus.

13. AMANITA RUBESCENS: pileo convexo opaco rubescente, verrucis confertis lamellisque albis. *Disp. meth. fung. p. 67.*

Agaricus *margaritiferus* nonnullorum. Agaricus *pustulatus*. *Schaeff. fung. t. 91.*

Hab.

Hab. autumnno in faginetis. *Verrucae* nonnunquam pileo concolores.

β. *Amanita circinnata*: pileo hemisphaerico subumbilicato rubescente, verrucis oblongis circinnatis albidis, lamellis planiusculis albidis, stipite bulboso squamuloso pileo concolore.

Agaricus Myodes. *Schaeff. fung. t. 261?*

Hab. rarius in syluis.

*Stip.* 2 vncias longus, solidus, basi a vermibus semper foraminulosus. *Lamel.* obouatae, nonnunquam dentatim decurrunt. Substantia sub epidermide rubescit. Sapor non ingratus.

14. AMANITA VIRESCENS: pileo carnoso plano pallide virescente: verrucis crassis polyaedris albidis, stipite crassiusculo squamuloso-villoso candido.

Perraro in syluis occurrit.

*Stipes* 3—4 vnc. longus, squamis villosis mollibus obtectus; *Volva* subobsoleta. *Pilei* substantia spongiosa 4—6 lin. crassa, sapore non ingrata.

15. AMANITA AMPLA: pileo carnoso latissimo murino: margine laeui; verrucis crassiusculis dilutioribus, stipite solido

solido crassissimo albo, lamellis angustis crassiusculis.

Hab. in pinetis montosis, rarius.

Huius generis maxima videtur. *Stipes* 4—5 vnc. longus, apice transuersim squamulosus. *Lamel.* crassae angustae 3 lineas fere latae. *Pileus* subfibrillosus quasi, et verrucis delapsis, lacunosus est. Sapor vti in *Agarico campestri*.

16. AMANITA ASPERA: pileo carnosocompacto umbonato rubescente-fuligineo, verrucis acutis aspero, lamellis confertis candidis, stipite longo fibrilloso subbulboso. *Obs. myc.* 2. p. 38. *Abbild. d. Schwämme. Fasc. 3. ic.*

*Agaricus verrucosus.* *Bulliard. herb.* t. 316. (Verrucæ vero globosae, nec acutae sunt delineatae).

Hab. autumnno serotino in syluis, rarius et, vt plurimum, solitarie crescit.

Odor fortis. *Pileus* saepe albo-lineatus. *Stipes* basi, a volua incompleta, verrucis squamulosis seu furfuraceis obsitus.

42. AGARICVS. Euoluatus. *Pileus* varius, *Lamellae* aut integrae, aut breviores intermixtae, rarius simpliciter ramosae (nec venosae).

SECTIO PRIMA. LEPIOTA: *lamellae* exsuccae s. arescentes, nec nebulosae s. fuliginosae, *stipite* annulato. (*Agaricus collinitus*).

AGARICVS PROCERVS: magnus, pileo carnosio umbonato squamoso rufescente-cinereo, lamellis remotissimis albidis, stipite bulboso longissimo: annulo mobili. *Scop. Fl. carn.* 2. p. 1465. *Huds. Fl. angl.* p. 612. *Willd. fl. berol. nr.* 1101. *Schaeff. fung. bav. t.* 22 et 23. *Fl. dan. t.* 722. *Act. helv.* 4, t. 5. f. 1 — 3. *Curt. Fl. lond. ic.* *Sowerby engl. fung. t.* 190. *Bull. herb. t.* 78. *Commentarius p.* 10.

β. *Agaricus squamosus*: superne convexus squamosus, lamellis extra stipitem coalitis, lutescentibus; in medio annulatus, basi bulbosa. *Villars Pl. de Dauphinée.* 3. p. 1013. nr. 10.

γ. *Agaricus excoriatus*: minor subalbicans, squamis obsolete. — *Schaeff. l. c. t.* 18 et 19. *Sibth. Fl. oxon. p.* 341.

Pronenit in sylvis tam abietinis, quam fagineis. γ. saepe post messem in  
R aruis,

aruis, aut etiam in syluis durante tempestate sicca obseruauit.

OBS. 1. Inter elegantiores aequae ac memorabiles numerandus species; etiam edulis est. *Stipes* minus squamosus, quam pileus, quocum concolor, sed dilutior est, spithamam longus, bulbosus, eiusque cauitas expletur flocco sericeo. *Lamellae*, quod singulare! parti pilei *subcartilagineae* adnatae, sordide albidae, aut pallescentes, quaedam bifidae sunt. *Pileus*, more *Amanitarum*, primo ouatus, explicatus campanulatus est, colore fuliginosus, aut cinereo-rufus, opacus, squamosus, margine villosus.

OBS. 2. Causa mobilitatis *annuli*, huic speciei sane peculiaris, sequens esse videtur: annulus, fungo nondum explicato, *voluae* vices quasi gerere videtur, stipitisque basi affixus est, cum, quod de omnibus annulis valet, pilei epidermidis continuatio sit, pileus dum se explicat, eum a stipitis basi dilacerat, et nunc liberum secum in altum trahit.

2. AGARICVS COLVBRINVS: maior, pileo campanulato squamoso pallescente, squamis maiusculis sparsis rufescentibus, lamellis albidis liberis, stipite longiusculo floccoso-villoso molli: annulo fugaci.

Agari-

*Agaricus calceolarius.* Bull. herb.  
t. 405.

Hab. autumnno in faginetis, rarius in pinetis, locis subudis.

*Stipes* 3 vnc. longus, 3 lin. fere crassus, villo s. squamis floccosis, mollibus subuanescentibus obsitus. *Pileus* 2 — 3 vnc. latus, fragilis. *Lamel.* congestae, ex albido subrutilantes.

β. *Agaricus pantherinus*: pileo subcarnoso umbonato, squamis confertis ferrugineo-cinnamomeis adpressis, lamellis liberis latiusculis lutescentibus, stipite mediocri subbulboso squamuloso.

Passim in pinetis occurrit.

*Stipes* longitudine mediocri, squamis transuersis obsitus, etiam fibrilloso-villosus. *Lamellae* confertae, conuexae, subnitidae. *Pileus* 2 vnc. et ultra latus, mollis sed compactior. *Annulus* vix vllus.

γ. *Agaricus cristatus*: parvus, pileo campanulato albido, disco squamisque ferrugineis, lamellis liberis candidis, stipite breuiusculo cauo subrufescente glabro, annulo fugaci. — Bolt. fung. t. 7.

*Agaricus conspurcatus*, stipitatus, pileo sordide albo: disco fusciscente squamoso: squamis concoloribus, lamellis

albis, annulo stipiteque concolore. *Willd. fl. berol. nr. 1104.*

*Agaricus subantiquatus. Batsch. El. fung. Cont. 2. p. 59. t. 37. f. 205. a—d.*

Hab. in faginetis ad terram aut ad truncos.

*Stipes fistulosus, rufescens, aut argenteus, 2 vnc. longus, lin. 1 crassus subnitidus. Lamell. a stipite distant, obouatae. Pil.  $\frac{1}{2}$  vnc. latus, subtenax, disco subumbonatus, dilute umbrinus, ceterum squamulis minutis adpressis obsitus. Odor graueolens. Sapor valde ingratus. — Distincta species videtur.*

*♂. Agaricus concentricus: pileo subcarnoso albido: umbone squamulisque rufo-badiis, lamellis remotis stipiteque longissimo pallescente-albis. Abbildungen der Schwämme, dritter Heft. t. 5.*

Rarissime in faginetis locis, vdis crescentem hunc fungum inueni, qui quamuis stipite duplo longiore et eum annulo nullo instructum inueni, tamen haud specie diuersus videtur, cum colore et lamellarum situ conueniat. *Squamulae, disco excepto, minutae, eleganter concentricae in specimine reperto erant.*



4. AGARICVS FELINVS: subparuus, pileo planiusculo subumbonato: umbone squamulisque nigrescente-umbrinis, lamellis albidis liberis, stipite fistuloso subconcolore, annulo squamuloso obliquo.

Hab. rarissime in syluis.

obs. Pileo planiusculo nigrescente, annulo distinctiore, sapore et odore nullo, ab antecedente distinguendus est.

5. AGARICVS DILVTVS: pileo planiusculo subumbonato: umbone obtuso roseo, lamellis liberis latiusculis fuscis, stipite fistuloso annulato.

Prouenit rarissime in faginetis.

Stip.  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, deorsum subincrassatus; annulus tener. Lamel. primo dilute fuscae quasi griseae, demum fuscae, ventricosae. Pil. vnc. 1 latus, non equidem distincte umbonatus, tamen prominentia orbiculari distinguitur. Antecedenti omnino affinis.

6. AGARICVS HAEMATOSPERMVS: gregarius tenuis, pileo umbonato demum subdepresso flavescente argillaceo glabro, lamellis ventricosis liberis lateritio-rubris, stipite tenui pileo concolore: annulo paruo erecto. — *Bull. herb. t. 595.*

fig. 1.

*B. nigrescens*: nigrescente-fuliginus, pileo squamuloso. *Bull. l. c. f. E. H.*

Hab. in *Gallia*.

*Pil.*  $2\frac{1}{2}$  vnc. latus, lin. 1 vix crassus. *Lamell.*  $\frac{1}{2}$  vnc. latae. *Stip.*  $2\frac{1}{2}$  vnc. longus, 1 — 2 lin. crassus, fistulosus, glaber. (*Q. ic.*) Potius *Pratellae* species.

7. AGARICVS TOGVLARIS: flauescens subargillaceus s. dilute ferrugineus, lamellis subuentricosis demum liberis, stipite longiusculo cauo: annulo reflexo. *Bull. herb. t. 595. f. 2.*

Hab. in *Gallia* ad terram.

*Stip.* 2 — 3 vnc. longus, 2 — 3 lin. crassus. *Lam.* versus stipitem latissimae,  $\frac{1}{2}$  vnc., subcinnamomeae. *Pil.* 2 — 3 vnc. latus, conuexo-planus, laevis, parum carnosus.

8. AGARICVS MESOMORPHVS: subgregarius paruus, pileo subumbonato glabro stipiteque flauescente, lamellis latissimis liberis candidis: annulo erecto. *Bull. herb. t. 506. f. 1.*

Prouenit in *Gallia* ad terram.

Ad elegantes pertinet species. *Stip.* 2 — 3 vnc. longus, lin. 1 crassus, fistulosus: *annulus* paruus, erectus. *Lam.* pro  
ratione

ratione latae. *Pil.* vnc. 1 fere latus, tenuis, applanatus.

9. AGARICVS RAMENTACEVS: solitarius, pileo planiusculo obsolete umbonato argillaceo: disco obscuro; margine flavescente squamuloso, lamellis dilute fuliginis subadnexis, stipite solido albedo flavo-maculato glabro, annulo breui. — *Bull. herb. t. 595. f. 3.*

Hab. in Gallia.

*Stip.* cylindricus, 2 vnc. et ultra longus, 3—4 lin. crassus, in nonnullis flavo-reticulatus. *Lam.* 2 lin. latae convexae. *Pil.* 2½ vnc. latus, subcarnosus: umbone obsolete; disco fere nigrescente, squamulis parvis concoloribus exasperato. (*Q. ic.*)

10. AGARICVS CARCHARIAS: pileo carnoso conuexo umbonato granuloso stipiteque squamuloso incarnatis, lamellis adnexis candidis. *Disp. meth. fung. p. 16.*

Nascitur hinc inde in pinetis. Pulchra species est.

*Stip.* breuiusculus, 2—3 lin. crassus, basi subbulbosus. *Lam.* lanceolatae, distinctae. *Pil.* 2 vnc. latus, hemisphaericus, mammiformis, squamulis granularibus. *R 4* laefor-

laeformibus exasperatus. Sapor et odor nauseosus, amaricans.

11. AGARICVS GRANULOSVS: mediocri subgregarius, pileo subcarnoso umbonato ferrugineo, lamellis confertis plerumque pallidis, stipite squamoso annulato.

β. lamellis pallidis aut dilute ferrugineis.

γ. pileo expallescente.

δ. totus ferme albidus.

Agaricus granulatus *Batsch. El. fung. p. 79 et p. 170. t. 6. f. 24.* nec non *Ag. flauo-floccosus Eiusd. p. 117. t. 19. f. 97.* huc quoque pertinet.

Agaricus muricatus *Fl. dan. t. 1015. f. 2.* non obstat.

Agaricus ochraceus. *Bull. herb. t. 533. fig. 3.*

Agaricus croceus. *Bolt. fung. p. 51. t. 51. f. 2. Sowerby fung. t. 19.*

Hab. in ericetis inque pinetis, nunc solitarie, nunc subgregarie.

Stip. cauus, 2 unc. longus, 2 lin. et ultra crassus; annulus euanescens. Pileus unc. 1. latus, nonnunquam plicatorugosus, in nonnullis subsquamosus.

12. AGARICVS GUTTATVS: magnus, pileo carnoso obtuse umbonato pallide lateritio, lamellis pallescente - albidis, stipite longissimo subbulboso, concolore, apice annuloque guttato. *Abbild. der Schwämme. 3tes Heft. t. 2.*

Hab. in pinetis montosis.

obs. Huic speciei singulare est, quod guttulae atro-virides in stipitis apice, nec non super anulum reflexum obseruentur, quibus exsiccatis maculae oriuntur sordidae. *Lamel. liberae sunt.* Odor subingratus.

13.<sup>a</sup> AGARICVS ALVTARIVS: magnus, pileo carnoso obtuse umbonato alataceo glabro, lamellis confertis liberis albidoincarnatis, stipite glabro, annulo laxo.

In Horto quodam mihi adhuc semel obuius.

*Stip.* 3 — 4 vnc. longus, parum cavus, 3 lin. crassus. *Lamel.* 2 — 3 lin. latae. *Pil.* 2 — 3 vnc. latus campanulatus; ad marginem obsolete squamosus; umbo crassus, obtusus.

obs. *Lamellae liberae quidem sunt, sed non parti cartilagineae circa stipitem, vti in Ag. procero, affixae sunt.*

13. <sup>b</sup> AGARICVS RADICATVS: subma-  
gnus, compactus durus, pileo plano-  
conuexo, obtuse vmbonato pallescente,  
maculis sordide rufis variegato, lamellis  
congestis rufescentibus, stipite firmo de-  
orsum incrassato radicato squamoso:  
squamis erectis. — *Bull. herb. t. 160.*

Hab. in syluis vmbrosis ad trun-  
cos, rarius.

Substantia valde dura, compacta. Sa-  
por *Raphani* fere. *Lamellae* angustae. *Pi-  
leus* late et obtuse vmbonatus, rufo-ma-  
culatus, sed non squamosus. Annulus  
a lamellis vnc. 1. fere distat.

14. AGARICVS SPHALEROMORPHVS: so-  
litarium, pileo hemisphaerico conuexo  
albido, lamellis confertis lutescentibus  
decurrentibus, stipite subtuberoso so-  
lido glabro. — *Bull. herb. t. 540. f. 2.*

Hab. in Gallia.

*Stip.* 3 vnc. fere longus, 3 lin. cras-  
sus, deorsum clauatus. *Pil.* 2 — 3 vnc.  
latus. (*Q. ic.*)

15. AGARICVS MUCIDVS: cespitosus  
candidus, pileo hemisphaerico tenui glu-  
tinoso, lamellis distantibus, stipite duro  
adscendente (annulato) apice sulcato.

β. pileo albido-cinereo s. caesio.

Agari-

*Agaricus splendens*, stipitibus aggregatis, basi incrassatis, supra annulum striatis, pileo conuexo candidissimo viscido nitente. *Vahl in fl. dan. t. 1130.*

*Agaricus nitidus*, lamellis niueis distantibus candidissimus viscidus, stipite annulato. *Fl. dan. t. 773.*

*Agaricus valens*. *Scop. carn. 2. p. 430.*

*Agaricus mucidus*. *Schrader spicileg. fl. germ. p. 116.*

Hab. semper ad truncos fagineos tam exsiccatos, quam in arbore adhuc viua, nonnunquam in ipso arboris morientis acumine.

*Stipes* basi subtuberosus, durus. *Lamellae* latae, lineatim subdecurrunt basi venis connexae, farinaceae. *Pileus* pellucidus, fere membranaceus. *Annulus* crassus.

16. AGARICVS DENIGRATVS: cespitosus subparuus, pileo campanulato nigrescente-vmbrino: maculis latiusculis obscurioribus, lamellis albido-fuligineis, stipite elastico subincuruo: annulo albicante subfugaci.

Ad truncos rarius occurrit.

*Stipes* 3 vnc. fere longus, 1—2 lin. crassus. *Pil.*  $\frac{3}{4}$  vnc. latus, rigidus, carnosus,

nosus, annuli reliquis instructus. Color peculiaris, obscurus, ex umbrino-nigrescente maculatus.

17. AGARICVS SQVARROSVS: cespitosus, pileo carnoso stipiteque squarroso-squamosis ochraceo-ferrugineis, lamellis confertis oliuaceo-pallidis. *Commentarius Schaeff. Ic. fung. illustr. p. 25.*

Agaricus floccosus. *Curt. fl. lond. t. 264. Schaeff. fung. t. 61.*

Agaricus squarrosus, stipitatus, pileo umbonato lutescente squamoso: squamis fuscis squarrosis, stipite infra annulum squarroso, lamellis pallidis. *Willd. fl. berol. p. 330. Fl. dan. t. 491. Hall. stirp. helv. nr. 2399.*

Hab. autumnò ad caudices praesertim quercinos satis frequens.

*Stipes*, pro diuerso natali loco, nunc strictus, nunc adscendens; annulus parvus. *Lamellae* tenues, colore demum obscuriore, subdecurrunt. *Pil.* conuexus, subumbonatus, 3 vnc. vt plurimum latus; substantia compacta citrina, odore ferme piscino.

β. Agaricus auriuellus: ferrugineo-luteus, pileo campanulato squamoso, stipite fibrilloso incuruo.



*Agaricus auriellus*: siccus, pileo luteo-ferrugineo, lana mollissima in flammulas dense imbricatas digesta obducto; stipite pallide sulphureo; annulo membranaceo ferrugineo; laminis pallidis ferrugineo-fuscis. *Batsch. El. fung. cont. 1. p. 153. f. 115.*

*Agaricus filamentosus*. *Schaeff. fung. t. 209.* huius quoque loci est.

Ad truncos arborum. Non specie diversus ab antecedente videtur, quamvis stipes minus squamosus sit.

18 AGARICVS AVREVS: subcespitosus magnus unicolor-fulvus, pileo carnoso planiusculo obsolete squamoso-piloso, lamellis confertis tenuibus subemarginatis; stipite stricto glabro crassiusculo, annulo subparuo.

*Agaricus aureus*. *Sowerby engl. fung. tab. 77.*

Hab. rarius in sylvaticis ad terram.

*Stipes* substantia fibrosus, demum cauus. *Lam.* subarcuatae, hinc inde ferrugineo-maculatae. *Pil.* 3—4 unc. latus, explanatus; substantia mollis, sulphurea. Sapor amarus.

19. AGARICVS POLYMYCES: cespitosus congestus, pileo umbonato piloso-squamoso

moso ochraceo-fuligineo, lamellis subdecurrentibus albidis pallescentibus, stipite annulato conico oliuaceo-cinereo. *Disp. meth. fung. p. 19.*

*Agaricus melleus*: pileo conuexo lutescente fusco irrorato, lamellis pallidis, stipitibus aggregatis annulatis fartctis. *Fl. dan. t. 1013. Bolt. fung. t. 141. (optima.)*

*Agaricus congregatus*, stipitatus, pileo conuexo squamoso subfusco, lamellis albidis, petiolo tereti fuscescente, basi crassiusculo, velo et annulo albido. *Bolt. fung. t. 140.*

*Agaricus fusco-pallidus. Bolt. l. c. t. 136. (varietas.)*

*Agaricus annularius. Bull. herb. t. 540. f. 3.*

*Agaricus stipitis. Sowerby engl. fung. t. 101.*

*Agaricus cumulatus. Wither. bot. arrang. ed. 3. v. 4 p. 164.*

Per totum autumnum in syluis ad arborum truncos, aut ad terram in truncorum vicinitate, vbi tunc magis solitarie crescit, omnium vulgaris. Nonnunquam 60. specimina cespitem efficiunt, farina alba quasi adpersa. *Stipes solidus, elasticus; non squamosus.*

obs. Pileus nonnunquam ochraceus, et lamellae albae aut incarnato-pallidae sunt: maculis rubiginosis. Annulus crassus.

20. AGARICVS RHABBARINVS: gregarius, pileo carnoso hemisphaerico subumbonato concentrice piloso-squamoso, lamellis subferrugineis, stipite longo squamoso fluído: annulo fugaci.

Hab. in *Hercynia* ad truncos putridos abietinos, aquaeductus obtegentes.

*Stip.* basi flauo-villosus, squamis squarrosis obtectus, 2 — 3 vnc. longus. *Lam.* subascendentes. *Pil.* 1 — 2 vnc. latus, deinde expansus. Color rhabbarinus. Insipidus et inodorus est.

21. AGARICVS CAUDICINVS: cespitosus, pileo subcarnoso umbonato glabro cinnamomeo, lamellis subdecurrentibus pallide ferrugineis, stipite squamoso subtenui cylindrico. *Disp. meth. fung. p. 19. Commentarius p. 4.*

Agaricus mutabilis. *Schaeff. fung. t. 9. Batsch. El. fung. t. 38. f. 208?*

Agaricus annularis. *Bull. herb. t. 543. f. o. p. (fig. q. ob insignem magnitudinem et stipitem glabrum diuersus fungus videtur.)*

Agari-

*Agaricus lignatilis.* Bull. l. c. t. 534.  
f. 1? Varietas?

Hab. per totum autumnum ad truncos putrescentes frequens, nonnullis in regionibus commeditur.

*Stip.* deorsum umbrinus, squamis reflexis (subevanescentibus) squarrosis. *Pileus* glaberrimus, humidus subviscosus quasi, spadiceus, exsiccatus dilute cinnamomeus. *Lamel.* aqueo-cinnamomeae. Annulus parvus, subfugax.

β. *Agaricus denudatus*: subcespitosus ochraceo-ferrugineus, pileo stipiteque glabro subfibrilloso basi albo-villoso, annulo parvo.

*Agaricus marginatus* Batsch. *El. fung. Cont.* 2. p. 65. f. 207. huius loci.

Hab. in pinetis ad truncos.

*Stipite* non squamoso coloreque dilutiore ab *A. caudicimo* differt; forte tamen distinctus. *Pil.* vix umbrinatus est.

γ. *Agaricus medius*: subsolitarius minor, pileo planiusculo obsolete umbrinato ferrugineo, lamellis confertis planis, stipite subfibrilloso canescente: annulo fugaci.

In sylvis. *Pil.* vix vnc. 1 latus. *Lamel.* subdecurrunt.

22. AGARICVS VNICOLOR: (cespitosus? glaber paruulus), pileo hemisphaerico fastigiato spadiceo, stipite annulato, lamellisque concoloribus. *Vahl in fl. dan. t. 1071. f. 1.*

In pratis norwegicis. *Pratella?*

*Pileus* umbonatus  $\frac{1}{2}$  vnc. latus, tenuis. *Lamellae* liberae?, adscendant? *Stipes* solidus,  $1\frac{1}{2}$  vnc. altus, lin. 1 et ultra crassus, totus glaber? (*Q. ic.*)

23. AGARICVS CAPERATVS: subsolitarium, pileo carnoso conuexo-rugoso pallescente citrino, lamellis confertis subargillaceis, stipite solido supra anulum obliquam squamuloso. *Obs. myc. 1. p. 48.*

Hab. in faginetis.

*Pileus* 4 vnc. latus, campanulatus, margine sulcatus, glaber, lacunoso-rugosus, opacus. *Lamel.* subgriseae. *Stip.* subtuberosus.

24. AGARICVS HELVOLVS: gregarius mediocris, pileo subcarnoso umbonato subcinnamomeo, lamellis distantibus concoloribus, stipite longiusculo cylindrico deorsum annulo obsolete cincto. *Obs. myc. 1. p. 49. Bull. herb. t. 451.*

*Agaricus hinnuleus.* Sowerby engl. fung. t. 173. huius loci est.

Hab. in syluis, locis graminosis, viis etc.

obs. Saepe *pileus*, qui  $\frac{1}{2}$  vnc. latus, foraminibus longitudinalibus pertusus est. *Annulus* magis deorsum in stipite, longitudine triunciali, observatur, nonnunquam plane deest, et eius loco velum, *lamellas* obtegens, conspicitur.

25. AGARICVS PVNCTATVS: pileo convexo laeui canescente-umbrino, lamellis distantibus umbrinis, stipite fibrilloso annulo obsolete distante.

*Agaricus heluolus.*  $\beta$ . *Obs. myc. l. c.*

Antecedente rarior occurrit, et ab eo pileo non umbonato, nec non colore differt, quamvis pileo foraminuloso ut plurimum conueniat.

26. AGARICVS BRVNEVS: pileo carnoso plano obtuse umbonato ex cinnameo umbrino, lamellis distantibus concoloribus, stipite longiusculo fibrilloso dilutiore: striis albidioribus, annulo obsolete obliquo.

In *Hercyniae* pinetis frequens.

*Stipes* saepe incuruus, 3 vnc. fere longus, 3—4 lin. crassus. *Pil.*  $1\frac{1}{2}$ —2 vnc.

vnc. latus, planus, circa umbonem depressus, rigidus.

27. AGARICVS FLEXIPES: pileo subcarnoso acute umbonato hemisphaerico subfibrilloso cinnamomeo, lamellis subdistantibus concoloribus, stipite longo fibrilloso undulato: velo albido subannulato.

In pinetis hercynicis passim.

*Stip.* 2 — 3 vnc. longus,  $1\frac{1}{2}$  — 2 lin. crassus, nitidus, pileo subconcolor, non solum flexuosus, verum etiam superficie undulatus. *Lam.* 1 — 2 lin. latae, planiusculae, emarginato-adnexae. *Pil.* 4 — 6 lin.? latus, pellucidus, sed non striatus. *Substantia* vix lin. 1 crassa.

28. AGARICVS MACROPVVS: magnus, pileo carnosissimo conuexo margine inflexo crustalino, squamulis pilosis canescentibus sparsis obsito, lamellis aquose cinnamomeis, stipite magno longo albido: annulo obliquo suboblitterato.

In pinetis hercynicis prope *Oderbruk* hanc speciem inueni.

*Stip.* 4 — 5 vnc. longus, vnc. 1 crassus, solidus, fibrillosus, apice squamulosus. *Lam.* subuentricosae, subcrenatae, lateribus rugulosae a limacibus fere

semper arrosae, ob pilei marginem inflexum conuexae, subadnexae. *Pileus* pro stipitis magnitudine non equidem latus, 3 vnc. latus, medio rugosus. *Anulus* albus, vix lineam latus.

29. AGARICVS LATVS: gregarius subcespitosus, pileo carnoso conuexo-plano lato crustalino, lamellis emarginato-adnexis argillaceo-cinnamomeis, stipite solido fibrilloso pallescente-albo cortinato.

In paludosis sylvaticis hercynicis.

*Stip.* 2—3 vnc. longus, vnc. 1 fere crassus. *Lam.* confertae, 3 lin. latae. *Pil.* a 4 vnc. ad spithamam latus disco colore obscuriore.

SECTIO SECVNDA. CORTINARIA: pileo ut plurimum carnoso, lamellis emarginatis plerumque unicoloribus, demum cinnamomeis, stipite (multis bulboso) cortinato, s. velo in fila araneosa soluto.

\* Color totus violaceus.

30. AGARICVS CYANVS: totus violaceus nitidus, pileo carnoso glabro, stipite sub bulbo pallescente. *Obs. myc.* 2. p. 44. *Schaeff. fung. bav. t.* 34. f. 5?

Hab. rarius in syluis. Magnitudine communi, totus glaber, colore elegantissime violaceo.



β. Agaricus *caerulescens*: pileo car-  
noso conuexo pallide caeruleo, lamellis  
ex caeruleo dilute cinnamomeis, stipite  
breniusculo caeruleo bulboso: bulbo-  
marginato pallido. *Commentarius* p. 14.  
*Schaeff. fung. t. 34.*

Hab. in syluis.

*Stipes* 2 — 3 vnc. longus, vnc. 1 cras-  
sus; bulbus marginato-depressus et sub-  
radicatus, ibique fibrosus, reliqua sti-  
pitis pars cortina *caerulea* obtecta. *La-  
mell.* primo caesio-caeruleae; deinde  
more congenerum cinnamomeae fiunt,  
 $1\frac{1}{2}$  lin. latae. *Pileus* valde carnosus,  
3 vnc. et ultra latus.

31. AGARICVS VIOLACEVS: stipitatus,  
pileo rimoso: margine violaceo tomen-  
toso, stipite caerulescente: lana (cortina)  
ferruginea. *Linn. Syst. pl. ed. Reich. 4.*  
*p. 602. Mich. gen. pl. p. 149. t. 74. f. 1.*  
*Bolt. Funguss. t. 52. †*

Hab. ad margines sylvarum. L.

obs. Mihi dubius et a pluribus cum  
aliis, praesertim cum sequente, commix-  
tus fungus videtur.

32. AGARICVS NYDVVS: gregarius. pi-  
leo carnosio conuexo-plano: margine  
rependo e violaceo subrufescente, lamel-  
lis

lis confertis dilute violaceis, stipite sublongo tenuiusculo cylindrico nudo concolore. *Obs. myc.* 2. p. 44. *Bull. herb.* t. 439. f. A.

Hab. in pinetis satis frequens.

Obs. Forte est *Agaricus violaceus* plurimum auctorum; verum absentia *cortinae* et stipite non, aut vix bulboso, satis distinguitur. Hinc minus recte illum hanc ad familiam relatum esse fateor, sed tum ob analogiam, tum quia mihi contigerat, in paucissimis quidem specimenibus, *cortinam* colore caeruleam, obseruare, huic speciei hunc locum concedere, non abs re duxi.

*Pileus* margine nonnunquam incisus; demum fere rufus euadit; et autumnose s. hyemis initio depressiones, & lineas, acquirit, in quibus *Byssi* quaedam species crescit.

33. AGARICVS HERCYNICVS: pileo umbonato piloso-squamoso violaceo, lamellis subdistantibus puluerulentis, stipite longo solido caerulescente. *Disp. meth. fung.* p. 20.

In pinetis hercynicis crescit pulchra haec species.

*Stip.*

*Stip.* 3 — 4 vnc. longus,  $\frac{1}{2}$  vnc. crassus, subbulbosus, villosus, sordide caeruleus; *cortina* ferruginea, fugax. *Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus, obtuse umbonatus, eleganter violaceus.

34. AG. VIOLACEO-CINEREVS: pileo carnoso haemisphaerico punctato-squamuloso ruguloso violaceo-cinereo, lamellis distinctis purpurascens-umbrinis, stipite bulboso concolore. *Commentarius* p. 2.

Agaricus violaceus *Schaeff. fung. bav. t. 3. Schrank Fl. bav. 2. p. 608.*

Prouenit rarius in quercetis.

OBS. *Cortina* ferruginea. *Lamel.* colore ab initio gratae, deinde cinnamomeo-puluerulentae, in stipitem subdentatim decurrunt. *Pileus* primo violaceo-subtomentosus, exsiccando opacus et fere umbrinus fit, ac in nonnullis quasi nigrescit.

\*\* Pileo fusco-spadiceo.

35. AGARICVS BADIVS: pileo carnoso conuexo umbrino nitido, lamellis obscure cinnamomeis puluerulentis confertis, stipite tenui fibrilloso subbulboso caerulescente.

Agaricus subpurpurascens. *Batsch El fung. t. 16. f. 34?*

Hab. in locis graminosis, colliculosis.

*Stipes* 3 — 4 lin. crassus; bulbus subovatus. *Lamel.* demum puluere denso obsitae. *Pileus* 2 — 3 latus, eiusque substantia compacta, caerulea, subamaricans.

36. AGARICVS VMBRINVS: pileo carnoso opaco lamellisque distantibus umbrinis, stipite breuiusculo crasso ex albicante subcaerulescente.

Hinc inde in sylvaticis occurrit.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus,  $\frac{3}{4}$  vnc. crassus, intus subrubescens. *Pil.* planiusculus, 5 vnc. latus.

37. AGARICVS VARIECOLOR: pileo carnoso conuexo rufo-spadiceo: margine subtomentoso-violaceo, lamellis confertis ex albido dilute fuliginis, stipite breui subbulboso albido caerulescente.

Rarius in syluis.

*Pil.* 3 — 4 vnc. latus, disco opacus, margine nitidus. *Lamel.* 3 lin. latae, emarginatim subdecurrunt; margine albae et nitidae, ad latera sordide cinnamomeae. *Stip.* 2 vnc. et ultra longus, vnc. 1 crassus.

38. AGARICVS BICOLOR: pileo carnoso conuexo rufescente-fusco: margine involuto subtomentoso, lamellis dilute violaceis, stipite crasso subtuberoso tomentoso concolore.

Agaricus violaceus. Sowerby engl. fung. t. 209?

Prov. in syluis.

Stip. 2 vnc. crassus. Lamell. 2 — 3 lin. latae, a pileo facile decedunt. Pil. 2 vnc. latus, margine albido puluerulentus, substantia compacta albo-violacea.

OBS. *Velum* nondum vidi, quod ob pilei marginem et stipitem subtomentosum tamen adesse videtur.

\*\*\* Pileo lutescente, aut cinnamomeo.

39. AGARICVS COLLINITVS: pileo carnoso vmbonato viscoso crustallino, lamellis primo purpurascens, dein ferrugineis, stipite transuersim in squamas cartilagineo-gelatinosas rupto: primo annulo subobsoleto.

Agaricus collinitus. Sowerby engl. fung. t. 9.

Agaricus mucosus. Bull. herb. t. 549. et t. 596. f. 2.

-ing

S 5

Prov.

Prov. peculiaris haec species passim in sylvis, stipite facile distinguenda: eius superficies enim in squamas obliquas caerulescentes, crassas, duras, viscosas annulatim rumpitur. *Cortina* in fungo maturo distincte filamentosa.

40. AGARICVS GLAVCOPVS: magnus pileo spadiceo aut fuscescente oliuaceo, lamellis caerulescente argillaceis demum cinnamomeis, stipite subbreui bulboso crasso caerulescente. *Commentarius* p. 21. *Schaeff. fung. t. 33.* *Sowerby engl. fung. t. 225.*

Agaricus araneosus. *Bull. herb. t. 598. f. 2. B.*

β. Agaricus varius. *Commentarius* p. 17. *Schaeff. fung. t. 42.*

Hab. passim in sylvis.

*Pil.* 4—5 vnc. latus, demum planiusculus, opacus, disco quasi pilosus, ad marginem zona colore obscuriore saepe obseruatur. *Lamell.* emarginatae, striatim decurrunt, demum sordide cinnamomeae.

41. AGARICVS CALLOCHROVS: pileo sublato sicco luteo, lamellis amoene purpurascensibus, stipite pallido bulboso: bulbo marginato.

Agari-

Agaricus turbinatus. Sowerby engl. fung. t. 102?

Rarissime in graminosis sylvaticis.

Stipes  $2\frac{1}{2}$  vnc. altus,  $\frac{1}{2}$  vnc. crassus. Pil. 3 vnc. fere latus, non viscosus. Lamell. dilute purpurascente-violaceae.

42. AGARICVS DECOLORANS: pileo viscoso fluido, lamellis primo purpureo-caeruleis demum cinnamomeis, stipite glabro subtuberoso albido, cortina ferruginea. Obs. myc. 1, p. 52.

Hinc inde in pinetis occurrit.

Pil.  $1\frac{1}{2}$  — 2 vnc. latus, conuexo-planus, carnosus. Lamell. angustae. Stip. 2 — 3 vnc. longus, 2 — 3 lin. crassus, glaber, deorsum subincrassatus.

\*\*\*\* Pileo plus minusue olivaceo.

43. AGARICVS INFRACTVS: pileo carnosio oliuaceo-fuligineo aut umbrino: margine infracto inflexo, lamellis oliuaceis crispis, stipite bulboso pileo subconcolore, aut pallescente-caeruleo. Obs. myc. 2. p. 42.

Prouenit rarius in faginetis umbrosis.

Pil. compactus, planiusculus, 3 vnc. latus. Lamell. pruinatae, iuniorum purpureo-oliuaceae, demum oliuaceo-cinnamomeo-

namomeae. *Stipes*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, subnitens fibrillosus. *Sapor* valde amarus.

obs. Quoad colorem pilei, praesertim vero stipitis variat. *Pileus* interdum solummodo flexuosus, aut repandus est.

44. AGARICVS SVBTORTVS: pileo convexo lamellisq̄ oliuaceis, stipite subtorto cauo pallescente-albido, basi albivilloso.

Hab. in syluis.

*Stip.*  $2\frac{1}{2}$  vnc. altus,  $\frac{1}{2}$  vnc. crassus. *Pil.* vnc. 1 et ultra latus: disco truncato flavescente carnosus, margine tenuis. *Lamel.* demum puluere cinnamomeo adpersae. *Sapor* valde amarus.

45. AGAR. FVLVO-FVLIGINEVS: pileo subuiscoso fuluo-fuligineo seu sordide ochraceo oliuascente, lamellis confertis purpurascente-oliuaceis, stipite subbulboso fibrilloso dilute caerulescente. *Obs. mycol. l. c.*

Cum priore hinc inde occurrit.

Substantia pilei albida, spongiosa, insipida. *Lamellae* stipiti totae adnexae.

46. AGARICVS SVBSIMILIS: pileo viscoso molli fuligineo-fuluo, lamellis latiuscu-



tiusculis primo oliuaceis dein cinnamo-  
meis, stipite cylindrico dilute caeru-  
lescente. *Obs. myc.* 2. p. 43.

Rarius in syluis opacis occurrit.

Obs. Pileo viscoso, et stipite non  
bulboso ab antecedente differt. Sapor  
etiam valde amarus. *Lamellae* stipiti  
ad dimidium adnexae.

47. AGAR. RUFO - OLIVACEVS: pileo  
planiusculo carnosio viscoso rufo, lamel-  
lis confertis oliuaceis demum cinnamo-  
meis, stipite bulboso pallescente.

Hab. in syluis.

*Stip.* 3 vnc. longus, bulbo excepto,  
cylindricus. *Lam.* versus marginem pi-  
lei latiores, subadnexae, 3 lin. latae.  
*Pil.* 4 vnc. longus, demum subdepressus,  
colore disco obscuriore.

48. AGARICVS CONOPVS: pileo car-  
noso obtuse umbonato piloso ex oliua-  
ceo subferrugineo, lamellis confertis  
emarginatis, stipite longo bulboso co-  
nico, in medio velato.

In syluis.

*Stip.* sensim attenuatus: cortina in  
medio fere observatur. *Lamell.* 3 lin.  
latae. *Pileus* 4 vnc. fere latus, sapore  
subacris,

subacris, in iuuentute oliuaceus, dein oliuaceo - ferrugineus, explicatus planiusculus.

\*\*\*\*\* Colore in pileo albicante aut pallescente. (*Agaricus argillaceus*.)

49. AGAR. ALBO - VIOLACEVS: pileo late et obtuse vmbonato argenteo-palido, lamellis primo dilute violaceis, dein argillaceis, stipite longo obuerse clauato.

In siluaticis passim occurrit.

*Stipes*  $2\frac{1}{2}$  vnc. longus, apice violaceus, dein cauus. *Pil.* vnc. 1 latus. Sapor distinctus non adest.

50. AGARICVS ARGENTATVS: pileo carnoso conuexo argenteo: disco pallescente, lamellis confertis cinnamomeis, stipite bulboso, pileo concolore: cortina cinnamomea.

Hab. in pinetis.

*Stip.* vnc. 1 fere crassus, 1 — 2 vnc. longus. *Lam.* planae, emarginato-adnexae, 3 — 4 lin. latae. *Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. fere latus, nitidus, siccus, conuexus. Sapor subamaricans. Odor subfortis.

51. AGARICVS DECUMBENS: paruulus, pileo carnoso vmbonato subhemisphaerico

rico primo albo dein pallescente, lamellis remoto-adnexis ochraceis, stipite decumbente clauato bulboso candido.

Agaricus *candidus*, albus, sericeo-nitens: pileo umbonato, stipite validiusculo, solido basi bulboso; lamellis liuidis pileo propriis (liberis) brunnescentibus. *Batsch El. fung. cont. 1. p. 133. t. 20. f. 106.* (Quoad lamellas tantum differt.)

His in regionibus rarissime in fagineis meum fungum inueni, qui aetate iunior hemisphaericus absque umbone et totus albus, deinde dilute quasi vitellinus euadit et nitet. *Lamel.* pro ratione latiusculae sunt, deinde dilute cinnamomeae fiunt. *Pil.* vix vnciam latus. Sapor amarus.

52. AGARICVS LENTVS: subcespitosus pallescente-albus, pileo carnoso plano viscoso, lamellis confertis planiusculis, stipite solido fibroso-squamoso cortinato.

Hab. ad truncos gregarie aut subcespitose.

*Stip.* 2 vnc. longus, 4—5 lin. crassus, minute squamosus. *Lam.*  $\frac{3}{4}$  lin. latae, in adultis in stipitem lineatim decurrunt. *Pil.* 3 vnc. latus, valde viscosus,

cosus, ad marginem reliquiae cortinae adsunt.

53. AGARICVS SPVRIVS: pileo subcarnoso plano umbonato albido, lamellis distantibus cinnamomeis; stipite longo cauo candido.

In syluis non frequens.

*Stip.* 3 vnc. longus,  $2\frac{1}{2}$  lin. crassus, subfibrillosus. *Lam.*  $2\frac{1}{2}$  lin. latae, emarginato-adnexae. *Pil.* 1 — 2 vnc. latus.

OBS. An varietas Agarici *helvoli*? *Pileus* nonnunquam flauescens et *stipes* subcaeruleus observatur.

54. AGARICVS RIGENS: subfragilis, pileo subcarnoso conuexo-plano glabro pallescente-albido, lamellis subdecurrentibus demum cinnamomeis, stipite longo subtenui: basi subbulbosa villosa.

In sylvaticis.

*Pil.* 2 vnc. et ultra latus, glaber, mollis. *Lamell.*  $1\frac{1}{2}$  — 2 lin. latae. *Stip.* ultra 3 vnc. longus, 5 — 4 lin. crassus, cavus, pileo concolor.

55. AGARICVS MACVLOSVS: cespitosus fragilis, pileo obtuse umbonato albido: squamis latis difformibus umbrinis, lamellis confertis primo albis, demum in-

carna-

carnato - cinereis, stipite fibrilloso squamoso longiusculo albo: cortina fugaci.

In sylvis *Sollingensibus* rarius occurrit.

*Stipes* apice striatus, 3 vnc. longus, dimidiam vnciam et ultra latus, basi plures connexi. *Lamell.* tenues, totae adnexae. *Pil.* 2 vnc. latus fere, subviscosus.

\*\*\*\*\* Colore plus minusue purpurascente, liuido, rubro, sanguineo aut subcinnabarino.

56. AGARICVS BVLLIARDI: pileo carnosio rufescente, lamellis distinctis cinnamomeis, stipite bulboso: bulbo ovato cinnabarino. *Obs. nyc.* 2. p. 43.

Agaricus araneosus, var. *Bull. herb.* t. 451. f. 3.

Hab. rarius in faginetis.

*Stip.* subradicatus, non equidem crassus, fibrillosus, versus apicem cum lamellis subconcolor, basi vero intusque amoene cinnabarinus.

57. AGARICVS SANGVINEVS: croceoruber, pileo carnosio conuexo, lamellis distinctis, stipite solido longo.

Agaricus sanguineus, stipitatus, sanguineo-ruber unicolor, annulo araneoso  
T fugaci

fugaci aurantiaco. v. *Wulf. in Jacq. Misc.*  
2. p. 107. t. 15. f. 3. *Sowerby engl. fung.*  
*tab. 43.*

*Agaricus rubens*, stipitatus, pileo convexo, lamellis trifidis profundis, stipite longo, tota planta ruberrima. *Bolt. funguss. t. 36?*

Rarius in syluis occurrit.

*Stip.* 3 vnc. longus, 2—3 lin. crassus, glaber: cortina fugax, quae in iunioribus tantum observatur. *Lam.* colore sunt obscuriore, ad latera ferrugineo-rubrae. *Pil.* vnc. 1 et ultra latus; substantia tenuis, quae flauo-rubra est.

58. AGARICVS PURPUREVS: gregarius mediocris coccineo-ruber, pileo subsquamuloso umbonato, margine stipiteque subbreui flavescente. †

*Agaric pourpré.* *Bull. herb. t. 598. f. 1.*

Hab. in Gallia.

*Pil.* 2 ad 3 vnc. latus, primo campanulatus, demum aut in nonnullis speciminibus circa umbonem depressus. *Lam.* colore magis rubro, stipiti rotundato-adnexae, non emarginatae, 3 lin. latae. *Stip.* solidus, 2 vnc. et nonnullas lineas longus, 3 lin. crassus, cylindricus. (*Q. ic.*)

59. AGARICVS BOLARIS: gregarius, pileo subcarnoso conuexo obsolete umbonato flauescente: disco maculisque lateritio-rubris variegato, lamellis planis cinnamomeis, stipite flexuoso longiusculo pileo concolore.

Hab. elegans species rarius autumnino in faginetis.

*Stip.* interne fibrosus, 2 — 3 vnc. longus. *Lamel.* latiusculae, 2 — 3 lin. latae, subdecurrunt. *Pil.* vnc. 1 et ultra latus, hemisphaericus, maculis irregularibus, squamaeformibus, rubris obsitus: epidermide fibrillosa rupta color lutescens transparet. *Cortina* fugax, cinnamomea.

60. AGARICVS VISCIDVS: gregarius, pileo carnoso, primum conuexo, deinde depresso gelatinoso fusco-purpureo, lamellis decurrentibus ramosis subcinereis, stipite deorsum incrassato basi intusque flauo: cortina nigrescente. *Commentarius* p. 14. *Schaeff. fung. t. 36.* *Linn. flor. suec. ed. 2. p. 449.* *Sowerby fung. t. 7.*

Hab. in pinetis.

*Pil.* 1½ vnc. latus, obtuse umbonatus, aut depressus. *Lam.* caesio-albae, plicatae, apice diuisae. *Stip.* sursum albus, deorsum flauus.

β. *Agaricus atropunctus*: pileo obtuse umbonato viscido, lamellis niueis, stipite crassiusculo albido nigro-squamuloso.

Cum priore occurrit. *Squamulae* punctiformes, nigrae, vbique in stipitis superficie obseruantur.

61. AGARICVS GOMPHVS: gregarius, pileo umbonato purpurascente-liuido s. incarnato-rufo subuiscido, lamellis simplicibus decurrentibus purpurascente-umbrinis, stipite longo squamuloso unicolore. *Ic. et Descr. fung. Fasc. 2. p. 50. t. 13. f. 1. Sowerb. fung. t. 105.*

In pinetis rarius occurrit.

OBS. Antecedenti affinis, verum magnitudine, colore et lamellis simplicioribus differt. *Cortina* eadem cum antecedente qualitate.

\*\*\*\*\* Pileo flauo, ferrugineo, cinnamomeo aut spadiceo.

62. AGARICVS AVRANTIUS: gregarius magnus, pileo squamuloso viscoso-humido flauo-aurantio, lamellis confertis candidis, stipite transuersim squamuloso apice albido. *Commentarius p. 15. Schaeff. fung. t. 37.*

In pinetis autumnno.

Odore



Odore forti et sapore valde amaro facile dignoscitur. Color rhabarbarinus aut sordide fulvus. *Pil.* humidus quasi.

63. AG. ALBO-BRUNNEVS: subcespitos., pileo carnoso viscoso aut sicco umbrino, lamellis candidis, stipite squamuloso apice albido. *Commentarius* p. 15. *Bull. herb. t. 258?* *Schaeff. fung. t. 38.*

In pinetis.

obs. Sapor valde quoque amarus. *Cortina* fugacissima videtur. Coelo sereno durante pileus siccus est.

64. AGARICVS VACCINVS: gregarius, pileo carnoso hemisphaerico umbrinato piloso-squamuloso rufo, lamellis albidis pallescentibus, stipite cauo longo subfibrilloso. *Commentarius* p. 10.  *Ic. et Descr. fung. p. 6. t. 2. f. 1—4.* Ag. rufus.

In pinetis satis frequens.

obs. *Pileus* demum planiusculus, obsolete umbrinatus. *Lamellae* maculis rubiginosis saepe quasi inquinatae.

65. AGARICVS ARENATVS: spadiceus, pileo crasso campanulato furfuraceo-squamuloso, lamellis latiusculis emarginatis, stipite squamuloso: apice laevi tenuiore.

Agaricus psammocephalus. *Bull. herb.*  
t. 586. f. 1.

Hab. in *Gallia*.

*Stip.* solidus, subincuruus, 3 vnc. al-  
tus, apice albicans? *Pil.* subumbonatus,  
3 vnc. latus. *Lamel.* ventricosae. (*Q. ic.*)

66. AGARICVS TURBINATVS: pileo car-  
noso conuexo-plano subuiscoso fuluro-  
ferrugineo, lamellis subuitellinis, stipite  
bulboso: bulbo marginato, cortina fer-  
ruginea.

Agaricus turbinatus. *Bull. herb.* t. 110?

β. *A. inquinatus*: pileo subumbrino  
maculato, margine viscoso, lamellis oli-  
vaceo-pallidis, stipite crasso bulboso:  
bulbo marginato, cortina flavescente.

Hab. in faginetis graminosis. *Pileus*  
glebulis terreis saepe inquinatus, 3 vnc.  
latus. *Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. crassus.

67. AGARICVS FVLGENS: gregarius  
compactus, pileo aureo nitido sicco,  
disco obsolete squamoso, lamellis niti-  
dis obscure fuluis, stipite bulboso sub-  
radicato: bulbo marginato, cortina pal-  
lida. *Commentarius* p. 10. *Schaeff. fung.*  
t. 24. *Ag. sericeus*.

Hab. in faginetis et quercetis; locis  
apertis.

Colore

Colore aureo-fulgente distinguitur. Sapor gratus. A vermibus erodentibus interne praesertim in stipite foraminulosus.

68. AGARICVS FLAVIDVS: cespitosus, pileo subcarnoso flavido: disco obscuriore, lamellis distinctis unicoloribus flavescentibus, stipite molli deorsum incrassato fuscescente. *Commentarius* p. 14. *Schaeff. fung. t. 14.*

Hab. ad truncos.

obs. Non confundi debet cum Agarico *fasciculari* Huds., quocum habitu et sapore amaricante conuenit, cui vero lamellae virescente nebulosae subnigrescunt.

69. AGARICVS OHROLEVCVS: pileo carnosissimo fuscescente-pallido subincano, lamellis ex argillaceo subcinnamomeis, stipite subbulboso fibrilloso albicante: cortina concolore. *Commentarius* p. 22.

Hinc inde in syluis occurrit.

*Stipes* 3 unc. fere longus, basi proliferus, demum cauus. *Pil.* 2 unc. latus. *Lamel.* versus pilei latiores sunt subspadiceae. Sapor amaricans.

70. AGARICVS BVLBOSVS: glaber manusculus subspadiceus, pileo campanulato

lato margine tenui, lamellis distantibus, stipite solido subelongato bulboso-ouato, cortina fugaci.

*Agaricus bulbosus* Sowerb, *fung. t.* 130.

Hab. in syluis anglicis; forma quaedam grata distinctus.

*Stip.* 4 vnc. fere longus, subradicatus?, basi ouato-bulbosus, mox attenuatus, subrufescens. *Lamel.* rotundato-*adnexae*, opacae. *Pil.* 3 vnc. latus, obsolete *umbonatus*. (*Q. ic.*)

71. AGARICVS NOTATVS: subgregarius, suboliuaceus s. lutescente-fuscus, pileo incano-squamuloso, stipite oblongo subbulboso lutescente nitido, linea ambiente obscura saepe notato.

$\beta$ . *Agaricus haematochelis*. *Bull. herb. t.* 596.

Aestatis fine et autumno in faginetis prouenit ad terram.

*Stip.* ultra 3 vnc. longus,  $1\frac{1}{2}$  fere crassus, solidus, fragilis. *Pil.*  $2\frac{1}{2}$  vnc. latus, late obtuseque *umbonatus*. *Lam.* emarginatae, lutescente-cinnamomeae. *Cortina* ferruginea. *Odor* Raphani.

72. AGARICVS HEMITHRICHVS: pileo carnosio campanulato-conico fuscescente  
ad

ad latera canescente-tomentoso, lamellis planis subargillaceis, stipite crassiusculo fibrilloso albicante: cortina ferruginea.

Rarius in pinetis crescit.

*Stip.* 2—3 vnc. longus. *Lamel.* stipiti totae adnexae, lanceolatae, aquose cinnamomeae. *Pil.* vltra vnc. latus, subsericeus, praesertim in margine pilosus.

73. AGARICVS CROCEVS: gregarius minor, pileo subcarnoso vmbonato subtomentoso fuluo-cinnamomeo opaco, lamellis flauo-croceis, stipite subtenui fibrilloso lutescente: cortina fugaci. — *Schaeff. fung. t. 4.* — *Batsch El. fung. f. 117.*

Agaricus cinnamomeus. *Commentarius p. 2.* *Bolt. fung. t. 150.* et *Linnaei?*

Frequentius in pinetis, sed et in faginetis nascitur.

*Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus, in minoribus fere glaber, in maioribus squamulis minutis tomentosus, obtuse vmbonatus. *Lamel.* nitidae, nonnunquam croceo-rubrae. *Stip.* cylindricus, 3 vnc. longus, 2—3 lin. crassus. Sapor subnauseosus.

74. AGARICVS CINNAMOMEVS: pileo subcarnoso vmbonato glabro nitido cinnamomeo

namomeo-rufo (dilute castaneo), lamellis latiusculis cinnamomeis, stipite longiusculo (primo subbulboso?) dilutiore. — *Sowerby fung. t. 205.*

OBS. Si vlla species nomen triuiale *cinnamomeum* meretur, sane haec esset. Antecedente maior est et ab eo *pileo* glabro, saltem quoad iconem, nec non lamellis subuentricosis, emarginatis differt. *Cortina* fugacissima videtur.

75. AGAR. CASTANEVS, *α. terrestris*: gregarius subparuus, pileo subcarnoso campanulato subbadio aut sordide violaceo umbonato, lamellis confertis dilute ferrugineis, stipite cauo subtenuifibrillos albido. — *Bull. herb. t. 268.*

*β. Ag. truncorum*: pileo conico spadiceo, stipite longiore.

Hab. *α.* in syluis ad terram, *β.* ad truncos. *Pileus* in *α.* latior et saepe incisus,  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus. *Lamellae* subrotundatae. *Stipes* breuiusculus. In var. *β. pil.* vix vnc. latus, margine tomentosus. *Stip.* 2 vnc. longus, 3 lin. crassus. *Lamell.* emarginato-adnexae.

76. AGARICVS DECIPIENS: gregarius, pileo carnosō membranaceo circa umbonem acutum depresso umbrino, lamellis

mellis latiusculis obscure cinnamomeis, stipite longo ex albicante rufo.

In pinetis ad terram prouenit.

*Stip.* subundulatus, cylindricus, 3—4 vnc. longus, 1—2 lin. crassus. *Lamel.* stipiti totae adnexae. *Pil.*  $\frac{3}{4}$  vnc. latus, hemisphaericus, glaber. Sapor non ingratus.

OBS. Primo intuitu facile pro alterutro praecedentium haberi posset, hinc caute obseruari debet.

77. AGARICVS ARMENIACVS: fragilis, pileo subcarnoso conuexo-plano dilatato heluolo, lamellis aquose cinnamomeis: integris latioribus, stipite mediocri subbulboso albicante. *Commentarius* p. 32. *Schaeff. fung. t.* 31.

Hab. hinc inde in faginetis et quercetis subsolitarie.

*Stipes* subtenuis fragilis. *Pil.* 3 vnc. fere latus; passim obsolete et late umbonatus est. *Cortina fugax*, ferruginea.

78. AGARICVS LUCIDVS: cespitosus ferrugineus, pileo carnoso obtuse umbonato nitente, lamellis latiusculis decurrentibus obscurioribus, stipite subincuruo solido.

Agari-

*Agaricus lamprocephalus.* *Bull. herb.*  
t. 544. f. 2.

Hab. in Gallia.

*Pil.*  $2\frac{1}{2}$  — 3 vnc. latus. *Lamell.* decurrentes, hac in familia rarius quid!  
*Stip.*  $2\frac{1}{2}$  vnc. longus, 3 — 4 lin. crassus.

79. AGARICVS DILVTVS: pileo convexo-plano glabro helvolo, lamellis latiusculis dilute cinnamomeis, stipite albicante.

In sylvaticis.

*Stip.* vix bulbosus, 2 vnc. longus, 3 — 4 lin. crassus. *Lam.* 3 lin. latae, dentatim decurrunt. *Pil.* 2 vnc. latus. Cortina cinnamomea.

80. AGARICVS SVBREPANDVS: pileo carnoso planiusculo subrepando fulvo-ferrugineo nitido, lamellis congestis argillaceo-cinnamomeis, stipite bulboso crassiusculo albo.

Hab. in quercetis (Sollingensibus.)

*Stip.* solidus,  $\frac{3}{4}$  vnc. fere crassus, dein pallescens; cortina ferruginea. *Pil.*  $3\frac{1}{2}$  vnc. latus, compactus.

81. AGAR. PYRIODORVS: pileo carnoso umbonato fibrilloso aut subsquamoso  
(fuligi-



(fuligineo-) pallido, lamellis confertis adscendentibus albido - fuscescentibus, stipite cauo subalbido: cortina fugaci.

Agaricus repandus. *Bull. herb. t. 423. f. 2.* (equidem non recedit.)

Agaricus furfuraceus. *Eiusd. l. c. t. 531. f. 1.?*

In syluis, in viis sylvaticis.

obs. Colore plus minusue obscuriore variat, praesertim in lamellis, quae pro diuerso maturitatis stadio ex albo colore ad fuligineo-oliuaceum tendunt. *Pil. iuniorum* videtur rufus. A plurimis vero speciebus odore penetrante, dulci subpyrino persistente distinguitur. *Cortina* in iunioribus tantum vt villus, pileum cum stipite connectens, obseruatur.

32. AGARICVS SCABER: gregarius subparuus cinereo-fuliginosus, pileo squamoso, lamellis obscurioribus, stipite fibrilloso dilutiore cylindrico. — *Sowerby engl. fung. t. 207.*

Hab. in sylvaticis.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  — 2 vnc. longus, 3 — 4 lin. crassus, solidus, corticatus; cortina fugax. *Lamell.* obscure fuligineae. *Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus, sparsim squamosus, campanulatus. (*Q. ic.*)

SECTIO

SECTIO TERTIA. GYMNOPIVS: pileo  
 carnoso integro convexo, lamellis  
 unicoloribus arescentibus, stipite  
 centrali, nudo s. annulo et cor-  
 tina destituto.

\* *Color badius, cinnamomeus,  
 aut spadiceus, rufus aut  
 fuscus.*

83. AGARICVS AENEVS: subcespitosus  
 magnus, pileo subcarnoso vmbonato  
 fusco-aeneo, lamellis latissimis cinereo-  
 pallidis, stipite solido apice squamuloso.

*Agaricus molibdocephalus. Bull. herb.  
 t. 523.*

Hab. in *Gallia* ad terram.

*Stip.* 4—6 vnc. longus, 1 vnc. cras-  
 sus, lamellis concolor. *Lamel.* rotun-  
 dato-adnexae, vnc. 1 fere latae. *Pil.* 5—6  
 vnc. latus, sed equidem non valde carno-  
 sus. Maximis adnumerandus speciebus.

84. AGAR. PHAIOCEPHALVS: pileo  
 carnoso vmbonato subrepando badio, la-  
 mellis liberis lutescentibus, stipite longo  
 solido subtuberoso. — *Bull. herb. t. 555.  
 fig. 1.*

Hab. in *Gallia*.

*Stipes* fuliginosus, deorsum albicans:  
 bulbo irregulari. *Lamel.* flexuosae, vnc. 1  
 fere

fere latae. *Pileus* late umbonatus, ad 3 vnc. amplius.

85. AGARICVS ARCVATVS: varius, pileo carnoso e campanulato demum depresso rufescente - griseo; lamellis latiusculis arcuatis, subdecurrentibus pallescentibus, stipite solido subbulboso vt plurimum rufo-virgato. — *Bull: herb. t. 445. \*)*

In *Gallia* autumnno dicitur vulgaris.

*Pil.* a 2 ad 4 vnc. latus, forma coloreque varius. *Stip.*  $1\frac{1}{2}$  — 3 vnc. longus, crassitudine, forma et colore varius, unicolor, aut virgatus.

86. AGARICVS OVINVS: gregarius, pileo carnoso subcampanulato rufescente glabro aut squamuloso, margine saepius inciso, lamellis distantibus latere venosis albido-cinerescentibus, stipite cauo fuligineo. — *Bull. herb. t. 530.*

Ad

\*) Auctor de hac specie sequentia adfert: "Nous n'avons aucune espece de ce genre, qui dans un même terrain et a une même exposition varie autant, que celle ci de grandeur, de forme et de couleur etc. Le caractere, qui le distingue, existe dans la forme de ses feuilles, qui sont constamment arqués, ou plutôt inserés autour de pedicule comme autant de demi-accolades."

Ad terram locis graminosis, in *Gallia*.

*Pileus*  $2\frac{1}{2}$  vnc. latus, varius. *Stip.* a 2 ad  $2\frac{1}{2}$  aut 3 vnc. longus, dimidiam vnciam crassus; versus basin ut plurimum incrassatus.

87. AGARICVS PRATENSIS: fuluo-rubescens subdurus, pileo campanulato s. obtuse umbonato aut planiusculo glabro, lamellis crassis distantibus decurrentibus, stipite breui subtenui deorsum attenuato. *Commentarius* p. 124.

Agaricus ficoides *Bull. herb. t. 587. f. 1.*  
(var. luxurians.)

Agaricus miniatus. *Sowerby fung. t. 141.*

Agaricus fuluosus. *Bolt. funguss. t. 56.*  
huius quoque loci.

Hab. in pratis, pascuis, in collibus gramine tectis.

*Stipes* solidus subcylindricus pallescens. *Lamell.* subflavescentes. *Pil.* glaber.

obs. Sequentes fungi quoad colorem quidem differunt, sed habitu ita inter se conueniunt, ut tantum ut varietates aut subspecies censendi sint.

β. Ag. cinereus: pileo carnosissimo convexo subnitido, lamellis distantibus  
plano

plano-decurrentibus, stipite crassiusculo solido albicante.

In graminosis colliculosis autumnoprouenit (prope Wake) rarius. *Pil. cinereus*, exsiccatus margine nigricat. *Lamel. alternatim* minores. Sapor ingratus.

γ. *Ag. meisneriensis*: cinerascens, pileo plano-conuexo papillato, lamellis crassiusculis ad latera dentato crispis, stipite substriato.

In pratis in monte Meisner. Albicans. Sapor non ingratus. Striae in pileo distant. — Forte distincta species.

δ. *Ag. vitulinus*: pileo dilute rufo, lamellis stipiteque candidis.

Agaricus oreades *Bolt. fung.?*

Eodem in loco cum antecedente nascitur. Cum α. magnitudine conuenit, subtus vero quoad colorem differt.

88. AGARICVS NEMOREVS: magnus solitarius, pileo carnoso late umbonato planiusculo fuluo-rubescente, lamellis decurrentibus albis subdistantibus, stipite longissimo solido basi lanato.

Hab. in syluis umbrosis ad terram rarissime.

*Stipes* 3 — 4 vnc. longus,  $\frac{1}{2}$  vnc. crassus, pallescens. *Lamel.* 2 — 3 lin. latae. *Pileus* 3 vnc. fere latus, compactus.

Ob locum natalem praesertim ob lamellas et stipitem a priore diuersus est.

89. AGARICVS LIQVIRITIAE: pileo carnoso conuexo aureo glabro, lamellis confertis fuluo-cinnamomeis, stipite cauo fibrilloso pileo subconcolore.

Ad truncos abietinos in hercynia.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, 2 lin. crassus. *Pil.* vnc. 1 latus, disco praesertim eleganter fuluus. Sapor amaricans, primo dulcis, deinde succo liquiritiae similis.

90. AGARICVS AROMATICVS: pileo carnoso lato obscure cinnamomeo glutinoso, lamellis iunioribus decurrentibus rufescentibus, stipite cauo mediocri. — *Sowerby engl. fung. t. 144.*

Hab. in *Anglia.*

*Stip.* 2 — 3 vnc. longus, 3 lin. crassus. *Pil.* 3 vnc. latus, demum rugosus, ad tactum nigro-maculatus fit, glutine denso obtectus. Fungus fragilis, tener. Sapor primo aquosus, dein aromaticus. S.

91. AGARICVS COHAERENS: cespitosus, pileo subcarnoso vmbonato rugoso cinnamo-

namomeo, lamellis distinctis subadnexis, aquose cinnamomeis: maioribus latioribus, stipite cauo nitente-badio, basi connato.

Hab. rarius ad truncos et ad terram inter folia.

*Stipites* 3—5 basi membrana albida villosa inter se cohaerent et in tuber connati, 4 vnc. fere longi, laeves, rigidi, eleganter castanei. *Lamel.* maiores ventricosae, basi omnes venis connexae. *Pileus* vnc.  $1\frac{1}{2}$  latus, obtuse umbonatus, mollis, hemisphaericus, nunc pallidus, nunc cinnamomeus.

92. AGARICVS TELEPHORVS: pileo carnoso conuexo-plano viscoso-papillato crustalino, lamellis confertis planis aquose cinnamomeis, stipite solido subferrugineo vtrinque pallido.

In pinetis hercynicis.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, 3—4 lin. crassus. *Lam.*  $2\frac{1}{2}$  lin. latae, dilute cinnamomeae. *Pil.* vnc. 1 et nonnullas lineas latus, disco papillis difformibus viscosis obsitus. Substantia compacta, pallida.

93. AGARICVS LVERICVS: pileo carnoso obtuse umbonato cinnamomeo viscido, lamellis confertis adnexis ar-

gillaceis, stipite longiusculo fibrilloso albido.

Hab. non infrequens in pinetis hercynicis.

*Stip.*  $2\frac{1}{2}$  vnc. longus, apice subatenuatus et striatus. *Lamel.* conuexae, subrigidae. *Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. fere latus, compactus, margine substriatus, et saepius ibi inflexus.

94. AGARICVS THRICHOPVS: pileo carnoso conuexo glabro rufescente-badio (dilute castaneo), lamellis flexuosis albidis, stipite conico vbique piloso.

In hercynia (prope *Achtermanshöhe*) mihi rarius obuius. An varietas *Agar. leucophylli*.

*Stip.* vnc.  $1\frac{1}{2}$  longus, deorsum incrassatus, pilis sparsis obiectus, pileo dilute concolor. *Lamel.* confertae, stipiti fere totae adnexae. *Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus hemisphaericus.

β. *Agaricus butyraceus*: gregarius rufo-brunneus, pileo subumbonato, lamellis distinctis albidis, stipite solido subtuberoso glabro basi hirto. — *Bull. herb. t. 572.*

Hab. in Gallia.



95. AGARICVS LEUCOPHYLLVS: pileo umbonato plano rufo s. rubescente, lamellis confertis albis, stipite solido rufo basi incrassato apice albidiorē.

Agaricus vinosus, *Bull. herb. t. 54.* quoad formam.

In pinetis subhercynicis hinc inde obtūius.

*Stip.* basi subtomentosus, maculatus, eius superficies quasi cartilagineo-scaber. *Lamel.* planae subadnexae. *Pil.* 2 vnc. latus, compactus, glaber. Sapor acescit.

96. AGARICVS MARGINELLVS: pileo carnoso-membranaceo campanulato albedo-umbrino: disco obscuriore glabro, lamellis distinctis: alternis maioribus albis; margine fimbriato umbrino, stipite nitido basi subtuberoso piloso.

Mense Septembri peculiarem hanc speciem inueni in truncis putridis abietinis, crescentem.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, lin. 1 fere crassus. *Lamellae* subdistinctae, stipite subarcuato-adnexae, basi inter se dentatoconnexae. *Pil.* 3—4 lin. latus, et totidem fere altus: disco umbrino. Habitus fungi subrigidus.

97. AGARICVS RIMOSVS: pileo conico longitudinaliter rimoso subrufescente, lamellis latiusculis oliuaceo - argillaceis margine albidis, stipite squamuloso farinaceo pallescente. — *Bull. herb. t. 599.*

*Agaricus auriuenius. Batsch. El. fung. t. 20. f. 107.*

Hab. in syluis graminosis, in viis ad terram.

*Pileus* 1 — 2 vnc. latus, 1 altus, saepe terra est conspurcatus, subnitidus, lutescens. *Stip.* solidus, 1 — 2 vnc. longus,  $2\frac{1}{2}$  lin. crassus, vtrinque subtumidus. *Lamel.* adnexae, demum aquose cinnamomeae. Sapor et odor non ingratus.

β. *Agaricus vialis*: totus umbrinus, pileo e hemisphaerico subcampanulato rimoso-squamoso, lamellis adscendentibus, stipite cauo fibrilloso apice colore dilutiore.

Hab. in viis subgregarius, in Hercynia.

*Stipes* apice paullo crassior. *Lamell.* latiusculae, adnexae. *Pil.*  $\frac{1}{2}$  vnc. latus, obtusus, apice rimosus, ceterum squamosus: squamae squarrosae. Habitum siccum, tristem refert.

98. AGARICVS INCISVS: subparvus, pileo hemisphaerico umbonato squamuloso

loso spadiceo, lamellis distinctis ferrugineis, stipite subbreui cauo glabro.

Hab. in syluis rarius.

*Stipes* glaber. *Pileus* vnc. 1 et nonnullas lineas latus, demum saepius margine incisus.

obs. Agarico psammocephalo *Bull.* t. 586. subsimilis, sed minor est et stipite glabro, nudo differt.

99. AGARICVS GYMNOPODIVS: cespitosus spadiceus, pileo carnosio campanulato, disco dilatato obtusissimo piloso-squamoso: lamellis confertis decurrentibus obscurioribus, stipite glabro solido flexuoso connato. — *Bull. herb.* t. 501.

Hab. in *Gallia* ad terram.

Distincta species est. *Pil.* ab initio hemisphaericus, deinde semiouatus fere, margo subsinuatus, rimosus, squamulis destitutus. *Lamel.* colore valde obscurae. *Stip.* 3 vnc. fere longus, 2 lin. crassus, pileo concolor. (*Q. ic.*)

100. AGARICVS REFLEXVS: gregarius ferrugineo-ochraceus, pileo subcarnoso acute vmbonato squamoso ochraceo, lamellis distinctis dilute cinnamomeis, stipite longo tenui fibroso-squamoso: squamis reflexis.

Agaricus pilosus. *Schaeff. bav. t. 80.* quoad iconem exacte quadrat; sed veli cuiusdam mentionem fecit b. auctor, a me nondum observati.

Hab. rarius in syluis ad terram.

*Stip.* 3—4 vnc. longus, 2—3 lin. crassus, subflexuosus, crassitudine subaequali, apice colore dilutiore est. *Lamel.* stipiti fere totae adnexae, latiusculae, planae. *Pileus*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus, ochraceus. *Squamae* in stipite nudo squaroso-reuolutae.

101. AGARICVS CVRVIPES: cinnamomeus, pileo hemisphaerico squamuloso, lamellis distinctis dilutioribus, stipite cauo arcuato fibrilloso.

Hab. ad truncos.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus,  $1\frac{1}{2}$ —2 lin. crassus, subbulbosus, fibrilloso-squamosus. *Lamell.* adscendunt, tenues, flexuosae. *Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. fere latus, et vnc. 1 altus, obtusus, minute squamulosus.

102. AGARICVS FVSIPES: cespitosus, pileo subtenaci rufescente-vaccino, lamellis distantibus albido-rufescentibus, stipite sulcato ventricosus radicato glabro. *Commentarius* p. 35. — *Bull. herb.*

t. 516.

t. 516. f. 2. Schaeff. Fung. bav. t. 87. et 88.  
Ag. crassipes.

Hab. autumnno ad truncos putrescentes.

Habitu laxo et stipitis forma facile dignoscitur. *Pileus* subcoriaceus, tenuis. *Lamell.* ventricosae, griseae, sordide pallidae, aut albiae, saepius rufo-maculatae.

103. AGARICUS RADICATUS: pileo carnoso umbonato viscoso rugoso fuliginoso-vaccino aut fuscescente, lamellis subdecurrentibus candidis, stipite longissimo radicato: radice longa fusiformi.

Agaricus macrorhizus. *Obs. myc.* 1. p. 47.

Agaricus radicatus. *Relh. Fl. cantabr.* nr. 1040. *Sowerby engl. fung.* t. 48.

Hab. in sylvis caesis ad latera truncorum vt plurimum solitarie, iam mature post pluuias crescere incipit. Stipite elongato, praesertim vero radice fusiformi facile distinguitur.

OBS. Varietatem aut potius subspeciem elegantem sequentem semel hucusque in sylvis umbrosis ad truncos obseruaui:

β. Agaricus *puer*: pileo subcarnoso umbonato laevi vaccino, margine viloso,

loso, lamellis adscendentibus candidis, stipite solido tomentoso radicato ferrugineo.

*Agaricus longipes* BULL. herb. t. 232?

Differt ab *A. radicato* pileo non viscoso, margine villosa, lamellis totis adnexis quidem sed non in stipitem subdecurrentibus, stipite tomentoso nec glabro.

104. *AGARICVS VELVTIPES*: cespitosus, pileo subcarnoso repando glabro brunneo, lamellis ventricosis lutescentibus, stipite tomentoso nigrescentebadio.

*Agaricus velutipes*. Curt. Flor. Lond. ic. Bolt. funguss. t. 135. Vaill. bot. Paris. t. 12. f. 3. 9.

*Agaricus nigripes*. Bull. herb. t. 344.

Hab. sero autumnno et hyeme leni non infrequens ad salices.

*Stipes*  $1\frac{1}{2}$  — 2 vnc. longus,  $2\frac{1}{2}$  lin. crassus, subcompressus, apice parum incrassatus striatus et ibi pallidus. *Pil.* colore crystalino, subviscosus (tempestate humida), pellucens. *Lamel.* subadnexae, basi dentato-connexae, latitudine inaequales, colore multo dilutiores.

β. *Agaricus Sphinx*: cespitosus, pileo viscoso medio brunneo margine ochraceo,

ceo, lamellis candidis, stipite subsquamuloso deorsum nigrescente-umbrino.

Agaricus *sphinx*. Batsch. *El. fung.* p. 145. f. 112.

Hab. autumnno quoque ad truncos.

Obs. Vt distinctus ab antecedente specie considerari meretur, cum stipes equidem non tomentosus, et lamellæ albae sint.

105. AGARICVS PICREVS: gregarius subcespitosus, pileo glabro cinnamomeo, lamellis emarginatis lutescente-ferrugineis, stipite glabro nudo umbrino. *Icon. et descr. fung.* p. 14. t. 4. f. 7.

Hab. frequens ad truncos. Sapor valde amarus. Magnitudine mediocri.

106. AGARICVS FIRMVS: solitarius, pileo aequali connexo rufescente-vaccino, lamellis concoloribus, stipite solido incrassato furfuraceo-tomentoso fuligineo. *Icon. et Descr. fung.* p. 15. t. 5. f. 3. et 4.

Hab. in syluis rarissime.

Stip. 2—3 vnc. longus, 3 lin. crassus fere, solidus. *Lamel. confertae*, liberae?, subangustae. *Pileus* 1½—2 vnc. latus, subhomisphaericus.

107. AGARICVS ACVTVS: gregarius, pileo subcarnoso acute umbonato glabro nitido lutescente-ochraceo, lamellis distantibus subdentatim decurrentibus dilute ochraceis, stipite glabro solido subelastico.

In pinetis, versus autumnii finem.

*Pileus* ultra vnc. latus, circa umbonem demum depressus,  $\frac{1}{2}$  lin. modo crassus. *Lamel.* angustae,  $\frac{1}{2}$  lin. latae, puluerulentae. *Stip.* 3—4 vnc. longus, 2 lin. crassus.

OBS. Forte mera varietas Ag. *decipientis*, sed *cortinam* distinctam non observaui.

108. AGARICVS CUCUMIS: pileo glabro subcarnoso fuscopurpureo, lamellis ventricosis ferrugineo-croceis, stipite subtenui nigrescente. *Obs. myc.* 1. p. 45.

Rarius in syluis ad terram occurrit.

*Pileus* ut plurimum oblongo-campulatus est, sed et orbicularis inuenitur; ille tunc vnc.  $1\frac{1}{2}$  altus, hic 6 lin. latus, et 3—4 lin. altus. *Stipes* cauus, cylindricus, 1—2 lin. crassus, 2 vnc. et ultra longus. Odor fungi recentis cucumeris; putrefacti fere piscinus animaduertitur.



109. AGARICVS PVMILVS: solitarius parvus, pileo subcarnoso subhemisphaerico ochraceo, lamellis pallide cinnamomeis, latiusculis planis distinctis, stipite cauo tenui.

Agaricus pusillus *Schaeff. fung. t. 203?*

In graminosis ad versuras agrorum, primo autumno.

*Pil.* 4 lin. latus, tenuis. *Lamel.* 2 — 3 lin. latae, adnexae, pallide cinnamomeae. *Stip.* 1 vnc. longus et nonnullas lin. crassus. Agarico tenero *Schaeff.* affinis.

110. AGARICVS PYRIFORMIS: parvus, totus umbrinus, pileo subcarnoso-membranaceo plano cum lamellis decurrentibus obconico, stipite breui.

Rarius in collibus graminosis, prope Osterode eum inueni.

*Stipes*  $\frac{1}{2}$  —  $\frac{3}{4}$  vnc. longus, vix lin. 1 crassus, cauus. *Pileus* 4 lin. latus; substantia tenui, subcompacta.

111. AGARICVS BICONVS: gregarius subparvus rufescens, pileo carnoso-membranaceo striato campanulato, lamellis latissimis decurrentibus, stipite longiusculo solido tenui.

Agaricus pellucidus *Bull. herb. t. 350. fig. 2.*

Hab.

Hab. in *Gallia*.

*Pil.* 3—4 vnc. latus. *Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, lin. 1 crassus.

OBS. Ad *Mycenas* melius cum sequentibus referendus est.

112. AGARICVS CONSPERSVS: gregarius paruus, pileo subcarnoso hemisphaerico, deinde planiusculo rufescente, squamulis farinaceis obtecto, lamellis latiusculis adnexis cinnamomeis, stipite furfuraceo-squamuloso pileo concolore.  *Ic. et descr. fung. p. 50. t. 12. f. 3.*

Ad margines agrorum in vicinitate pineti cuiusdam (*Hessendreisch*) crescentem inueni. — *Stip.* ultra vnc. longus, vix lin. crassus. *Pil.* 2—3 lin. latus est.

113. AGARICVS BADIIVS: pileo carnoso-membranaceo campanulato obtuso glabro subferrugineo, lamellis latiusculis plano-adscendentibus concoloribus, stipite albido-fibrilloso deorsum badio subtenaci.

In pinetis passim subsolitarius.

*Pil.* 4 lin. latus, subconicus, pellucidus, fragilis, substriatus, 3—4 lin. latus. *Lam.* totae adnexae. *Stip.* 3 vnc. longus.

OBS.

ORS. Agaricus caudicinalis Sowerbei  
fung. t. 163. quoad habitum et colorem  
conuenit.

\*\* Color pilei virescens, flauescens  
pallens, aut subceruinus.

114. AGARICVS ATRO-VIRENS: pileo  
tenui obscure viridi squamulis minutis  
scabro, lamellis pallidis, stipite solido  
longo nigricante.

Rarius in syluis fagineis reperitur.

Pileus substantia tenuis, flexuosus,  
demum subfatisccens, 3—4 vnc. latus.  
Stipes vnc. 1 crassus, 4 vnc. longus.

115. AGARICVS FLAVO-VIRENS: pi-  
leo carnoso flexuoso flauescente: squa-  
mis minutis subobsoletis nigrescentibus,  
lamellis citrinis, stipite inaequali conco-  
lore. Commentarius p. 16. Abbildungen  
der Schwämme 3tes Hest. ic. Schaeff. t. 41.

Non infrequens in pinetis et fagine-  
tis occurrit.

Pileus demum subdepressus, repa-  
ndus, latitudine a 3 ad 5 vnc. variat. Sti-  
pes glaber, squamulisque nigrescentibus  
obsitus; aut cylindricus aut deorsum  
attenuatus est.

116. AGARICVS LEVCOZANTHVS: pileo  
carnoso obsolete vmbonato amoene flauo:  
pilis

pilis appressis nigrescentibus, lamellis distinctis stipiteque candidis.

In sylvaticis ericetosis. Autumno.

*Stip.* 2 vnc. longus,  $\frac{1}{2}$  vnc. fere crassus, glaber. *Lamel.* 2  $\frac{1}{2}$  lin. latae, emarginato-adnexae, fragiles. *Pil.* 2  $\frac{1}{2}$  vnc. latus, obsolete et late umbonatus. Sapor et odor amarus.

obs. An Agaricus seiunctus Sowerby *engl. fung. t. 126.* huc pertinet?

117. AGARICVS RUTILANS: pileo carnosissimo planiusculo flauido: maculis rubellis ad marginem ut plurimum picto, lamellis pallidis, stipite longo solido, deorsum incrassato, pileo concolore. *Commentarius p. 90. Schaeff. fung. bav. tab. 213.*

β? Agaricus xerampelinus Sowerby *fung. t. 51.*

In Hercynia non infrequens:

*Stip.* 2 — 5 vnc. longus,  $\frac{1}{2}$  vnc. crassus, subsolidus, nonnunquam incuruus: maculis s. squamulis rubellis. *Lamel.* confertae, adnatae. *Pil.* 2  $\frac{1}{2}$  vnc. latus, obtuse umbonatus, rugulosus, disco et margine maculis aut squamulis rubellis variegatus.

118. AGARICVS LVRIDVS: subgregarius, pileo carnosio subflexuoso glabro e virescente subcinereo, lamellis angustis lutescentibus, stipite solido subsquamuloso pallescente. *Commentarius* p. 28. *Schaeff. fung. t. 69.*

β. cinereus: totus cinereus.

Hab. autumnno non infrequens in sylvaticis.

Magnitudine mediocri. *Stipes* crassiusculus, saepius subcompressus. *Lam. confertae*, emarginato-adnexae.

119. AGARICVS CERINVS: gregarius flauo-cerinus opacus, pileo carnosio plano subumbilicato, lamellis confertis angustis, stipite breui subsolido glabro. *Disp. meth. p. 21.*

Hab. in pinetis.

Colore crescendique modo peculiarem gratumque effectum e longinquo procurat.

*Stip.* totus glaber et unicolor, nonnunquam subnigricat. *Lamel. planae*, tenues. *Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. fere latus, planus, subdepressus, fragilis; sapor dein amaricans.

120. AGARICVS CHRYSENTERVS: subgregarius flauo-cerinus, pileo carnosio hemisphaerico, stipite solido subincuruo  
X  
basi

basi albido hirto: pilis erectis. — *Bull. herb. t. 556. f. 1.*

Hab. in *Gallia.*

Tam e latere ramorum aridorum erumpens, quam super folia decidua crescens delineata est elegans haec species, cuius *pileus*  $2\frac{1}{2}$  vnc. latus, primo campanulatus deinde hemisphaericus obsoleteque umbonatus. *Lam.* rotundato-adenxae. *Stip.* 2 vnc. et ultra longus  $2\frac{1}{2}$  lin. crassus. His notis ab antecedente distinguitur.

121. AGARICVS SULPHUREVS: gregarius subsulphureus odoratus, pileo carnoso subumbonato glabro, lamellis distinctis emarginatis, stipite longo cauo flexuoso dilutiore.

*Agaricus sulphureus. Bull. herb. t. 163.*

In regionibus arenosis in syluaticis ad terram nec in truncis occurrit.

Odor *Philadelphi coronarii* fere est. *Pil.* flexuosus, 3 vnc. latus, sordide flavus, nec sulphureus. *Stip.* 3—4 vnc. longus, deorsum laete sulphureus. *Lamel.* crassiusculae, colore obscuriores.

β. *Agaricus coronarius*: solitarius odoratus, pileo carnoso umbonato subrugoso alutaceo-pallido opaco, lamellis  
rotun-

rotundato - adnexis latiusculis, stipite longiusculo albido.

In pinetis hercynicis pluries, his in regionibus rarius hanc speciem obseruavi, qui, quoad odorem florum *Philadelphii coronarii* cum antecedente conuenit, sed colore, pileo ruguloso et lamellarum forma diuersus est. *Stipes* subradicans.

122. AGARICVS ODORVS: pileo carnoso planiusculo laeui virescente, lamellis confertis subdecurrentibus albidis, stipite solido subflexuoso concolore aut viridi. — *Bull. herb. t. 146. et Sowerby fung. t. 42. Wither. arrang. 4. p. 66. v. Humb. Flor. Friberg. specim. p. 86.*

Hab. in syluaticis quercetis, inter folia decidua.

*Stip.* subcuruatus, deorsum attenuatus, 2 vnc. et ultra longus. *Pileus* 3 vnc. latus. (*Q. ic.*)

β. Agaricus *anisatus*: gregarius, pileo carnoso subaeruginoso opaco, lamellis stipiteque tuberoso dilutioribus. *Obs. mycol. 1. p. 44.*

Hab. in pinetis autumnno.

Obs. Anisum redolet. *Stipes* demum basi valde intumescit, et difformis fit.

Color fungi potius cinereo - caesius.  
Numne distincta species?

123.<sup>a</sup> AGARICVS VIRIDIS: pileo car-  
noso glabro viridi, lamellis stipiteque  
longo solido albis. — *Wither. arrang.* 4.  
p. 198. *Huds. Fl. angl.* p. 614. (Var. sti-  
pите viridi). *Bolton fung.* p. 12. t. 12. Ag.  
caeruleus. †

Hab. in *Anglia*.

*Pil.* 3 vnc. fere latus, rugosus, rigi-  
dus. *Stip.* 3 vnc. longus, 2 — 3 lin. cras-  
sus. *Lamellae* angustae, totae? adnexae  
(they adhere to the stem by their base  
*Bolt.*)

OBS. Nonne mera vnus alteriusue  
iam enumeratae speciei ex hac subdiui-  
sione varietas?

123.<sup>b</sup> AGARICVS RAPHANOIDES: oli-  
vaceus, pileo carnosio subumbonato, la-  
mellis planiusculis angustis, stipite so-  
lido basi incrassato.

In sylvaticis solitarie crescit.

*Stip.* 3 vnc. longus, subarcuatus. *Pi-  
leus* ad tactum quasi tomentosus. *Lamel.*  
subconfertae, stipiti adnexae. Odor fere  
*Raphani sativi*. Sapor subacris.

124. AGARICVS DULCAMARVS: medio-  
cris, pileo subcarnoso hemisphaerico  
umbo-



umbonato ceruino: squamulis pilosis appressis, lamellis confertis totis adnexis ex argillaceo dilute oliuaceis, stipite mediocri solido nudo.

In pinetis rarius.

*Stipes* vnc. 1 longus,  $1\frac{1}{2}$  lin. crassus, cylindricus, basi tomentosus. *Lamel.* latiusculae: breuiiores rotundatae. *Pil.*  $\frac{1}{2}$  —  $\frac{3}{4}$  vns. latus, in umbonem crassum desinens, in margine vero tenuis, demum applanatus. Sapor peculiaris. — Ag. ileopodio *Bull. t. 592. fig. h.* subsimilis.

125. AGARICVS CERVICOLOR: gregarius, pileo subcampanulato acute umbonato villosa ceruino, lamellis sordide pallidis, stipite longo fibrilloso - subspadiceo.

In faginetis ad terram.

*Stipes* 2 — 3 vnc. longus, 2 lin. crassus, fibrillosus, solidus, apice squamulosus. *Pil.*  $\frac{3}{4}$  vnc. latus. Sapor priori conformis.

126. AGARICVS LYCOPERDOIDES: pileo subgloboso tomentoso ceruino, lamellis subgelatinosis crassis subprominulis caesiis, stipite tomentoso cinerescente. *Disp. meth. fung. p. 20. Bull. herb. t. 519. fig. 1.*

Hab. in Agaricis putrescentibus.

Stip. vnc. 1 et ultra longus, subflexuosus. Lamel. vix prominent, etiam quoad substantiam differunt. Pil.  $\frac{1}{2}$  vnc. latus, semiglobosus, eiusque substantia subtomentosa est.

obs. An ad *Cortinarias* pertinet? An *Merulii* species?

127. AGARICVS FASTIBILIS: cespitosus, pileo carnosio lateritio-rufo aut pallido opaco flexuoso, lamellis aquose cinnamomeis, stipite crasso fibrilloso albido.

Agaricus lateritius, *Batsch. El. fung. fig. 195.*

Hab. frequens in syluis tam abietinis, quam fagineis.

obs. Quoad colorem, praesertim vero magnitudinem mire variat; cfr. *Bulliard herb. t. 546.* Omnes varietates vero sapore ingrato, nauseoso et stipite albo fibrilloso floecoso congruunt:

*α.* Agaricus *crustalinus*: pileo valde carnosio conuexo sordide et dilute spardiceo, lamellis dilutioribus, stipite subbulboso breui crassiusculo, basi albo-villoso.

In sylvaticis.

*β.* Agaricus *circinans*: gregarius, pileo pallescente conuexo-plano conformi sub-

subuiscoso, lamellis albidis guttulas stillantibus, demum maculatis. *Obs. myc.* 1. p. 10.

Frequens in syluis, nonnunquam circinnatim crescens. *Pileus* fere totus nonnunquam albicat.

γ. *Agaricus inuoluatus*: pallidus, primo tomento voluaeformi totus inuolutus, stipite subcylindrico radiculis multis fibrosis.

In faginetis rarissime.

δ. *Agaricus lepturus*: minor solitarius, pileo subuiscoso fuluo, stipite elongato tenui subulato, lamellis tenuibus.

*Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus. *Lam.* 3—4 lin. latae. *Stip.* 3 vnc. et ultra longus, 2 lin. crassus.

ε. *Agaricus versicolor*: pileo alutaceo, lamellis subincarnatis.

ζ. *Agaricus parvulus*: pileo plano ochraceo subumbonato viscoso, stipite tenui, lamellis subterreis.

In hac varietate *Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, apice subincrassatus, 3 lin. fere crassus est. *Lamel.* 2 lin. latae, sordide terreae. *Pil.* valde viscosus, vnc.  $1\frac{1}{2}$  latus. Sapor conuenit.

128.<sup>a</sup> AGARICVS ACERBVS: subcespitosus magnus, pileo carnoso helvolo margine inuoluto, lamellis confertis attenuatis pallidis, stipite solido subcrasso punctato-squamuloso pileo concolore. †

Agaricus acerbus. *Bull. herb. t. 571. f. 2.*

Hab. ad terram.

*Stip.* 2 vnc. longus, basi incrassatus.  
*Lamel.* angustae, emarginato-adnexae.  
*Pil.* 4 vnc. latus, margine sulcatus. *Q. ic.*

OBS. Non confundi debet cum Agarico *inuoluto*, cui pileus infundibuliformis et lamellae basi ramosae sunt.

128.<sup>b</sup> AGARICVS FERTILIS: gregarius magnus pallescente-albus, pileo planiusculo, lamellis distinctis sporulis copiosis rutilis, stipite subbulboso crassiusculo pileo concolore.

Agaricus phonospermus. *Bull. herb. t. 547. et t. 534.* huc pertinet.

Agaricus pallidus. *Sowerb. fung. t. 143?*

Hab. in syluaticis, locis apertis.

OBS. *Pileus* 3 — 4 vnc. latus, nunc laevis, nunc late umbonatus, nunc dilute caesius, vt plurimum vero ex albido pallescit. Non confundendus cum Agarico *Prunulo*.

129. AGARICVS SINVATVS: magnus carnosus, pileo lato sinuato dein depresso albido-rufescente, lamellis confertis latis rufis, stipite breui crasso. — *Bull. herb. t. 579. f. 1.*

Hab. in Gallia.

*Pil.* adulatorum ultra 6 vnc. latus, margine attenuatus repandus. *Lamel.* rufo-cinnamomeae emarginato-adnexae. *Stip.* albidior pileo, ultra vnc. 1 crassus. *Q. ic.*

130. AGARICVS GRANDIS: solitarius magnus, pileo obtuse umbonato pallescente: disco sublateritio, lamellis subconcoloribus, stipite longissimo solido albido. *Disp. fung. p. 21.*

Rarissime in faginetis prouenit.

*Stip.* 6 — 7 vnc. longus, solidus, vnc.  $\frac{3}{4}$  crassus. *Lamell.* 3 — 4 lin. latae, emarginato-adnexae. *Pil.* 3 — 4 vnc. latus, disco dilatatus. Ad maximos pertinet.

131. AGARICVS REPANDVS: pileo carnosus obtuse umbonato pallescente-lateritio, margine repando, lamellis latis pallidis rotundatis liberis, stipite cylindrico albo glabro. — *Bull. herb. t. 423.*

Mense Maio in syluis gallicis, sed rare occurrit.

*Stipes* solidus, subtenuis, longitudine communi. *Lam.*  $\frac{1}{2}$  vnc. latae, pallescente-griseae. *Pil.* 5 vnc. latus, repandus, hinc inde incisus, subuigatus.

132. AGARICVS OBESVS: gregarius, pileo carnoso planiusculo flexuoso pallescente, lamellis demum spadiceis, stipite bulboso breui albido pallescente.

*Agaricus obesus*, pileo crasso pulvinato, margine et superne aequali, ochraceo-albo confluyente cum stipite crasso, breui, carneo-niueo, lamellis pallide ochraceis. *Batsch El. fung. Cont. 2. p. 90. f. 216.* huius quoque loci videtur.

In locis montosis aridis inuenitur. *Stip.* vnc.  $1\frac{1}{2}$  longus,  $\frac{3}{4}$  ad vnc. 1 crassus. *Lam.* 2 — 3 lin. latae, liberae? *Pil.* 2 —  $2\frac{1}{2}$  vnc. latus.

$\beta$ . *A. montosus*: subcaespitosus carnosus, pileo ex rufo demum pallido, lamellis subliberis angustis aquose argillaecis, stipite subbulboso breui.

In monte Heimberg passim.

125. AGARICVS COLLINVS: subgregarius, pileo subcarnoso membranaceo obtuse umbonato pallescente-rufo, striato, lamellis distantibus liberis? stipite elongato

gato tenace pallido. *Commentarius* p. 91.  
*Schaeff. fung. t. 220.*

Agaricus pratensis. *Sowerb. fung. t. 127.*

Agaricus arundinaceus. *Bull. herb. t. 50.*

In collibus graminosis passim.

Stipes subradicatus, elasticus, solidus, albidus. *Lamellae* vix adnatae, versus stipitem rotundatae: maiores latiores. *Pil.*  $\frac{3}{4}$  vnc. latus, margine substriatus.

154. AGARICVS PERONATVS: pallescens, pileo carnoso - membranaceo conuexo subumbonato rugoso, lamellis distinctis, stipite solido albido radicato deorsum flauo - strigoso. — *Bolt. funguss. t. 58.* *Sowerby fung. t. 37.*

Non infrequens in syluis inter folia decidua, quibus pilis parallelis, strigosis, flavescentibus, radicularum ad instar vndique adhaeret. *Lamell.* angustae, stipiti quidem adnexae, ab eo vero facile secedunt. *Pil.* subtenax.

155. AGARICVS SAGARVM: cespitosus fragilis?, pileo conuexo tenui alutaceo-pallido, lamellis confertis angustis subconcoloribus, stipite toto hirsuto deorsum incrassato. †

Agaric des devins *Bull. herb. t. 535. f. 2.*  
 Ad

Ad folia putrida, in *Gallia*.

*Stip.* 3—4 vnc. longus, viscosus? in adultis cauus, basi 3—4 lin. crassus subdifformis. *Lam.* lanceolatae subliberae, rufescunt. *Pil.* vltra vnc. latus. *Q. ic.* *Ag. confluenti* forte affinior.

136. AGARICVS LONGICAUDVS: solitarius, pileo subcarnoso planiusculo subviscoso alutaceo, lamellis confertis planis argillaceis subliberis, stipite longissimo albicante.

Crescit in ericetosis sylvaticis.

*Stip.* cylindricus, 4 vnc. longus, 2—3 lin. crassus. *Lamell.* lineari-lanceolatae, opacae, vix adnexae, punctatae. *Pil.* substantia mollis,  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus.

137. AGARICVS ELATVS: magnus, pileo disco subcarnoso: margine plicato-striato, sordide ochraceo, lamellis distinctis latiusculis brunneis, stipite longissimo fibrilloso-squamuloso albido.

*Agaricus elatus.* *Batsch El. fung. Cont.* 2. p. 11. t. 32. f. 188.

In pinetis autumnno ad terram.

*Stipes* longitudine ferme spithamea, subsolidus. *Lamell.* conuexae, e fuligineo dilute cinnamomeae, subplicatae, pulue-



pulverem copiosum secernentes. *Pil.* 2—3 vncias latus, parum viscosus, subumbonatus, disco carnosus, margine vero *Agaricorum tenellorum* ad instar, valde striatus et fere sulcatus, quo a plerisque differt huius familiae speciebus.

158. AGARICVS VRENS: gregarius, pileo hemisphaerico laevi subcarnoso obscure pallido, lamellis liberis angustis cinnamomeis, stipite longissimo solido: maculis rufescentibus, basi villosa. *Bull. herb. t. 528. f. 1.*

Hab. in *Gallia*. Cortinaria?

*Pil.*  $1\frac{1}{2}$ —2 vnc. latus, glaber, convexo-planus. *Lamel.*  $1\frac{1}{2}$  lin. latae (appendici annulatae adnexae?), confertae. *Stip.* 5—6 vnc. crassus, basi villosus, subincrassatus, 3 lin. fere crassus. (*Q. ic.*)

159. AGARICVS LEUCOPVVS: pileo subcarnoso tenui umbonato subrepando alutaceo, lamellis distinctis latiusculis cinnamomeis, stipite cauo nitido albo.

$\beta$ ? *Agaricus Leucopodius*. *Bull. herb. t. 533. f. 2.* verum huic pileus campanulatus est, lamellae liberae? pileo concolores et stipes solidus, quoad iconem.

In pinetis prope *Oderbrük* in *Hercynia*.

*Lamel.*

*Lamel.* subplanæ, 2—3 lin. latæ, emarginatæ. *Pil.*  $\frac{1}{2}$  vnc. latus, acute umbonatus. *Stip.* vnc. 1 et ultra longus.

\*\*\*  
Color pilei nitentis coccineus, fuluus aut luteus. — 333

140. AGARICVS COCCINEVS: gregarius totus coccineus, pileo submembranaceo conuexo subuiscoso, lamellis distantibus dentatim connexis, stipite cauo subcompresso. *Obs. myc.* 2. p. 49. *Schaeff. fung. bav. t.* 302. *Bull. herb. t.* 570. f. 2. v. *Wulf. in Jacq. Misc.* 2. p. 106.

Hab. autumnò in pratis aut locis colliculosis graminosis satis frequens.

obs. Pileus forma plus minusue variat, nonnunquam subdepressus est; substantia tenuis, pellucidus. *Lamellæ* flavescunt, margine glaucae.

141. AGARICVS LAETVS: solitarius, pileo subcarnoso conuexo-plano viscoso dilute fuluo, lamellis distantibus longe decurrentibus: apice flauis; basi dilute purpurascens, stipite longo subtenaci. *Obs. myc. l. c.* p. 48.

Hab. nitida hæc species in pratis montosis post densas pluuias.

*Stipes* dilute fuluus, apice purpurascens,  $2\frac{1}{2}$  vnc. longus, pariter viscosus.

*Pileus*

*Pileus*  $\frac{1}{2}$  —  $\frac{2}{3}$  unc. latus, exsiccatus margine striatus fit.

142. AGARICVS CONICVS: pileo conico acuto subuiscoso, dilute virescente-flavido, lamellis confertis adscendentibus flavescentibus, stipite longo fuluo. *Commentarius* p. 1. *Schaeff. fung. t. 2. Batsch El. fung. f. 28.*

β. *Agaricus tristis*: solitarius, pileo campanulato acuto, primum virescente-aurantio, mox nigrescente, lamellis distinctis liberis citrinis, stipite longiusculo subtortuoso citrino. *Obs. myc. 2. p. 49. Bull. herb. t. 524. f. 5. Schaeff. l. c. f. 9.*

Quoque in pratis nascitur.

γ. *Agaricus inamoenus*: pileo conico repando fuligineo-pallido opaco, lamellis luteis, stipite flavo breuiusculo.

In collibus ericetosis.

δ. *Agaricus aurantius*. *Lightf. Fl. scot. 2. p. 1025. Bolt. fung. t. 67. f. 2.*

In pratis siccis provenire dicitur.

145. AGARICVS PSITTACINVS: gregarius subparvus viscosus, pileo umbonato stipiteque cauro fuluo viridique vario, lamellis aureis. *Commentarius* p. 120. *Schaeff.*

*Schaeff. fung. t. 301. Sowerby fung. t. 82.  
Bull. herb. t. 545. f. 1.*

Hab. in collibus graminosis, pratis  
et ericetis, autumno.

Fragilis est. *Lamel.* adscendunt, me-  
dio latiores. Fungi iuniores praesertim  
elegantem virides et valde viscosi, exsic-  
cati vero flauescunt.

144. AGARICVS LACERATVS: pileo sub-  
conico pallide flauo margine lacerato;  
lamellis trifidis latissimis basi angustis,  
stipite fistuloso contorto. *Bolt. funguss.  
p. 68. t. 68.*

In pratis siccis crescit. Maiusculus est,  
excarnis. Demum dissolui dicitur, hinc  
potius *Pratellae* species.

145. AGARICVS CERACEVS: stipitatus,  
pileo hemisphaerico laeui stipiteque sub-  
fistuloso flauis, lamellis aquose luteolis.  
*von Wulf. in Jacq. misc. austr. v. 2. p. 105.  
t. 15. f. 2. Wither. l. c. p. 263.*

Autumno in colliculis apricis et ad  
sylvarum margines inuenitur.

*Stip.* cylindricus,  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, cras-  
siusculus. *Lamel.* latae, tenues, distin-  
ctae. *Pil.* 6 lin. ad vnc. 1 fere latus, non  
viscosus. *v. Wulfen.*

*α.* Agaricus *hypoanthus*: gregarius dilute fulvus nitidus, pileo planiusculo viscoso subobliquo, lamellis distantibus rotundato-adnexis, stipite laevi.

Hab. in graminosis sylvaticis.

*Pil.* 1 vnc. latus, saepe incisus. *Lamell.* 2 lin. fere latae. *Stip.* nitens, fistulosus,  $1\frac{1}{2}$  vnc. altus, 2 lin. crassus.

*β.* Agaricus *fissus*: totus amoene fulvus, pileo subcarnoso rimoso flauo, lamellis ventricosis subtriquetris adnexis, stipite fuluo, vtrinque longitudinaliter sulcato.

In pratis montosis sylvaticis (Monte Meisner).

*Stip.* 2 — 3 vnc. longus, 3 lin. crassus, cauus, nitidus. *Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus, fragilis.

*γ.* Agaricus *inflexus*: gregarius, pileo planiusculo margine subinflexo, lamellis ventricosis, stipite compresso subincrassato.

146. AGARICVS LEONINVS: solitarius, pileo campanulato carnosomembranaceo fragili aureo, lamellis remotis incarnatis: margine flauis, stipite longo deorsum subincrassato pallescente. *Icon. et Descr. fung. fasc. 1. p. 22. t. 7. f. 4.* *Schaeff. fung. bav. t. 48.*

β. *Agaricus chrysophaeus*: minor, pileo hemisphaerico laevi subcrustalino opaco, lamellis liberis unicoloribus incarnatis. *loc. citato*.

In truncis, aut ad ramos deciduos, autumnno in faginetis rarius occurrit. β. fere dimidio minor et forte distincta species. α. magnitudine mediocri est.

\*\*\*\* *Pileo roseo-rubro. (Agaricus rosellus, strobilinus; vid. Mycenas).*

147. AGARICVS RVSSVLA: magnus, pileo carnoso subconuexo squamulis granuloso stipiteque solido breui roseo-rubris, lamellis inaequalibus candidis. *Commentarius p. 23. Schaeff. t. 53.*

β. *Agaricus roseus*: stipite longo albedo apice tomentoso. — *Obs. myc. 2. p. 52. Schaeff. fung. t. 75.*

Hab. passim in syluis.

OBS. Primo intuitu *Russulae* speciem adaequat, sed ob lamellas inaequales ab hoc genere remouetur. Ad maiores et firmiores pertinet species.

148. AGARICVS IONIDES: pileo carnoso primo campanulato demum depresso stipiteque solido rubris, lamellis subarcuatis candidis aut sublutescentibus. — *Bull. herb. t. 533. f. 3.*

Hab.

Hab. in Gallia.

*Pil.* 2 vnc. fere latus. *Lamel.* subdecurrunt, 3 lin. latae. *Stip.* 3 vnc. altus, 2 — 3 lin. crassus, attenuatus. — Variat pileo planiusculo alutaceo *fig. q. p. q.*, lamel. rubris *fig. P.*, et albis *fig. ple-raeque. (Q. ic.)*

149. AGARICVS PVRVS, *α. roseus*: gregarius, pileo submembranaceo roseo nitido, lamellis latiusculis basi venosis, stipiteque fistuloso basi villosio dilutionibus. *Disp. p. 21.*

Agaricus roseus. *Bull. herb. t. 507.*  
*Sowerby fung. t. 72.*

*β.* Agaricus janthinus. *Batsch. El. fung. p. 79. f. 20.* (varietas, pileo hemisphaerico, planiusculo et colore dilutiore).

*γ.* Agaricus purpureus: stipitatus, pileo hemisphaerico purpureo, lamellis trifidis albis, stipite purpureo. *Bolt. funguss. p. 41. t. 41.*

*δ.* Agaricus caesius: pileo planiusculo opaco dilute caesio, lamellis albidis.

Hab. satis frequens in faginetis inter folia decidua.

*Pileus* glaberrimus, plerumque quidem campanulatus est; sed saepe quo-

que planiusculus inuenitur. Colore plus minusue dilutiore aut obscuriore differt, nonnunquam ad fuscescentem vergit (*Bull. t. cit. f. H. C.*), aut eleganter caesius est. *Stipes* nunc albidus, nunc pileo subconcolor, 3 vnc. longus, fistulosus, glaber, basi villosus.

OBS. Forte melius ad *Mycenas* referri debet.

150. AGARICVS CARNEVS: subparuu-  
lus, pileo carnoso conuexo subflexuoso  
carneo-rufo, lamellis confertis adnexis  
albis, stipite mediocri subincrassato pi-  
leo concolore. — *Bull. herb. t. 533. f. 1.*

In collibus graminosis rarius obuius.

*Stipes* pro ratione firmus, apice co-  
lore dilutiore, squamulosus? *Pileus* con-  
vexo-planus, compactus, vnc. 1 latus.

\*\*\*\*\* *Color plus minusue violaceus,  
purpurascens, aut caesius. (Aga-  
ricus nudus. Nonnulli umbili-  
cati. Ag. denticulatus Bolt.)* 345

151. AG. GEOPHILVS: gregarius subpar-  
vus, pileo campanulato subcarnoso dilute  
violaceo: disco fuscescente, lamellis argil-  
laceo-cinnamomeis, stipite subcylindrico  
puluerulento pileo concolore.  *Ic. et descr.*

*fung.*



*fung. p. 1. t. 1. f. 1.* Agaricus affinis. *Sow-  
werb. fung. t. 124.* Agaricus geophyllus.

Hab. non infrequens in syluis, ad  
terram argillaceam.

*Pil.*  $\frac{1}{2}$  vnc. latus, disco saepe sordide  
palescit aut rufescit. *Lamel.* adscendunt.  
*Stipes* ultra vnc. 1. longus, lin. 1 crassus.

152. AGARICVS CROCEO-COERULEVS:  
subparuus, pileo subcarnoso obtuse um-  
bonato, dilute caeruleo, lamellis con-  
vexis incarnato-croceis s. ochraceis, sti-  
pitem fistuloso albido. *Ic. et descr. fung.*  
*p. 2. t. 1. f. 2.*

Rarissime in sylvaticis, umbrosis ad  
terram mihi obuius, antecedente paullo  
maior est.

*Pileus* expansus. *Lamellae* stipiti vix  
adnexae. *Stipes* cauus. *Cortina*, si adsit,  
fugacissima. *Sapor* amarus.

153. AGARICVS RETICVLATVS: maior,  
pileo fragili subuiscoso dilute violaceo  
reticulato subumbilicato, lamellis dilute  
croceis, stipitem fistuloso albido. *Ic. et  
descr. fung. l. c. p. 13. t. 4. f. 4. 5. et 6.*

Aequae rare in montosis ad truncos  
crescit.

*Stipes* attenuatus, apice striatus, de-  
orsum fibrillosus. *Lamel.* horizontales,

stipiti rotundato-adnexae. *Pilei* epidermis reticulata; discus demum umbilicatus subnigrescit.

154. AGARICVS EVMORPHVS: pileo carnosio subhemisphaerico molli subcaescescente dilute fuligineo, lamellis confertis tenuibus ex dilute violaceo argillaceis, stipite longiusculo violaceo-albido.

Hab. in faginetis. In monte *Meisner* frequentius mihi obuius autumno.

*Stip.* fragilis, 3 vnc. fere longus, 3 lin. crassus. *Lamel.* horizontales, subdecurrunt, serrulatae. *Pil.* 2—3 vnc. latus, amoene conuexus, primo e cinerescente dilute violaceus, deinde fuscescens.

155. AGARICVS INCURVVS: pileo carnosio umbonato dilute violaceo, lamellis subconcoloribus, stipite caudato tomentoso deorsum incuruo.  *Ic. et descr. fung. p. 23. t. 7. f. 5.*

In faginetis intra folia decidua crescit.

*Stipes* sursum purpurascens, deorsum albido-pallescens. *Lamel.* albido-caesia s. dilutissime violaceae, stipiti emarginato-adnexae. *Pil.* campanulatus, 1½ vnc. latus.

156. AGARICVS DICHROVS: pileo subcarnoso umbonato violaceo, lamellis griseis puluerulentis, stipite subfarinaceo pileo dilutiore.

Rarius et solitarie ad terram prouenit.

*Stipes* duriusculus, subsolidus,  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus,  $1\frac{1}{2}$  lin. crassus. *Lamel.* confertae, subadnexae, incarnato-griseae. *Pil.* 4—6 lin. latus, laete violaceus: umbone subrufescente.

157. AGARICVS EVCHROVS: cespitosus truncigenus obscure violaceus, pileo campanulato subumbilicato squamuloso demum fuliginoso, lamellis ventricosis, stipite crassiusculo.

In syluis *Sollingensibus* ad truncos *alneos* eum inueni. Aetate iuniore fasciculum efformat, et colore pulcherrimo sese distinguit: stipite pro ratione tunc crasso. *Pil.* tenuis, pellucidus, vnc. 1 latus est, magnitudine mediocri.

158. AGARICVS CHALYBEVS: pileo subcarnoso campanulato subsquamuloso primum chalybeo, demum nigrescente-cinereo, lamellis purpurascente-cinereis, stipite subtenui pileo concolore.

Agaricus columbarius. *Sowerby fung.* t. 161.

Autumno in graminosis, colliculosis reperitur. Pulchra species.

*Stip.* solidus. *Lamel.* subflexuosae. *Pil.* conuexus, in iunioribus glaber, papillatus, vnc. 1 latus.

159. AGAR. ATRO-CYANEVS: pileo submembranaceo campanulato fibrilloso griseo-caesio, lamellis distinctis purpurascens, stipite crassiusculo viridicaesio (beryllo).

In pratis montosis rarissime mihi obuius. Bella species est.

*Stipes* subcompressus,  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, 2 — 3 lin. crassus. *Pil.* vnc. 1 latus, longitudinaliter fibrosus. *Lamel.* primo caesio-albae, deinde purpurascens-caesia. — Ad *Mycenas* potius pertinet.

160. AGARICVS SALICINVS: pileo subcarnoso beryllo, lamellis liberis roseis, stipite solido fibrilloso albido-caeruleo. *Ic. et descr. fung. fasc. 1. p. 9.*

Rarius ad salices crescit.

*Stipes* pileo subconcolor, 2 vnc. longus. *Pil.* 1 — 2 vnc. latus, subumbonatus, parum carnosus, putrescendo cinereus fit.

β. Agaricus *beryllus*: pileo molli crassiusculo, disco rugoso cinereo: vittis virescen-

virescentibus, lamellis confertis latis carneis, stipite breui albido: fibris subvirescentibus.

In truncis alneis rarius occurrit.

γ. *Agaricus glaucus*: pileo carnosomembranaceo stipiteque solido caesio, lamellis submarginatis roseis latiusculis. — *Bull. herb. t. 521.*

Hab. in Gallia.

*Stip.* 3—4 vnc. longus, lin. 1 crassus. *Lamel.*  $\frac{1}{2}$  vnc. latae. *Pil.* 2 vnc. latus, sulcatus. (*Q. ic.*)

161. AGARICVS ANGVSTVS: solitarius subparuus, pileo carnosobumbonato conuexo caesio subvirescente, lamellis angustis arcuatis incarnatis, stipite solido basi villosobconcolore.

Hab. rarius inter folia decidua.

*Stip.* basi subincuruus, 2 vnc. longus,  $1\frac{1}{2}$  lin. crassus. *Lamell.* lin. latae, subdecurrunt. *Pil.*  $\frac{3}{4}$  vnc. latus.

obs. Ab agarico *polito* pileo multo carnosiore, praesertim non umbilicato differt.

\*\*\*\*\* *Color pilei cinereus, fuliginosus, nigricans. (Ag. adustus.)*

162.<sup>a</sup> AGARICVS MYOMYCES: gregarius, pileo carnosobumbonato squamoso

Y 5

cinereo,

cinereo, lamellis stipiteque glabro al-  
bido-cinereis. *Disp. fung. p. 20.*

Agaricus terreus. *Sowerby fung. t. 76.*

Hab. frequens in pinetis et faginetis.

Magnitudine et colore dilutiore va-  
riat, margine saepe incisus. — Fractus  
aut fricatus plumam adustam redolet.

β. *A. argyraceus*: pileo subalbicante:  
squamulis cinereo-nigrescentibus, la-  
mellis stipiteque longiusculo candidis.  
*Bull. herb. t. 423. f. 1. et t. 513. f. 2.*

Passim in syluis cum *α.* quoad for-  
mam conuenit, color vero albicat.

γ. *Ag. sciodes*: pileo stipiteque breui  
subbulboso squamulosis.

In faginetis vmbrosis crescit magis  
solitariae. Substantia compactior et cras-  
sior est.

δ. *Ag. pardinus*: pileo carnosio cam-  
panulato squamoso: squamis badio-liui-  
dis nigrescentibus, lamellis candidis, sti-  
pite solido fibrilloso albido.

Rarius in faginetis.

Potius distincta species? *Pileus cine-*  
*rascens*, squamae pilosae. *Lamel.* saepius  
*erosae*, 3 — 4 lin. latae.

162.<sup>b</sup> AGARICVS MELEAGRIS: pileo subcarnoso planiusculo: squamis sparsis nigrescentibus, stipite solido deorsum nigricante: radice reticulata. — Sowerb. *engl. fung. t.* 171.

Hab. in Anglia.

*Pileus* 2 — 3 vnc. latus, iuniorum (secundum iconem) totus niger, demum siccitate incisus, margine vti intus rubescit, albido-liuidus vti *lamellae*, quae ferme liberae sunt. *Stipes* subventricosus, 3 vnc. ferme longus. Substantia videtur sicca rigida.

163. AGARICVS OBSCVRVS: paruus, pileo subcarnoso conuexo vmbonato squamoso fuliginoso, lamellis latiusculis plano - adscendentibus oliuaceo - fuliginis, stipite solido longo fibrilloso.

Hab. in pinetis, locis montosis.

*Stip.* 3 vnc. longus, 2 lin. crassus, basi albo - villosus, intus parum rubescit, pileo concolor. *Lam.* crassiusculae, margine albicantes. *Pil.*  $\frac{3}{4}$  vnc. latus.

164. AGARICVS PLVMOSVS: pileo hemisphaerico (squamis) plumoso murino, lamellis trifidis albidis, stipite longo (tenui) plumoso. *Bolt. fungus. p.* 33. *t.* 33.

Hab. in syluis circa *Halifax* in Anglia.

*Stip.*

*Stip.* solidus, cylindricus, saepius undulatus, 4 vnc. ferme longus, lin. 1 et ultra crassus, pileo concolor. *Lamellae* latae, subadnexae. *Pil.* vnc.  $1\frac{1}{2}$  latus, squamis pilosis, vti stipes, obtectus, margine imbricatus. *Bolton.*

165. AGARICVS FVMOSVS: gregarius rigidus, pileo carnoso glabro planiusculo nigrescente-fuligineo, lamellis confertis stipiteque solido fuligineo-albidis.

Hab. passim in syluis, locis graminosis.

Substantia subcartilaginea. Sapor amaricans. *Pileus* 2 — 3 vnc. latus.

166. AGARICVS ATROCINEREVS: pileo carnoso obtuse umbonato cinereo: umbone nigrescente glabro, lamellis aquoso-albidis emarginato-adnexis, stipite solido glabro.

Prov. in pinetis hercynicis.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, 1 crassus, substantia fibrosus. *Lam.* fragiles. *Pil.* colore murinus, disco nigrescens, latitudine vnciali, odore et sapore non ingratus.

167. AGARICVS DASYPVS: subcespitosus, pileo carnoso conuexo murino, lamellis stipiteque solido tomentoso candidis.

Hab.



Hab. passim ad truncos quercinos.

*Pileus* nonnunquam eleganter tessellatus, durus, 3 vnc. latus. *Lam.* emarginato-adnexae, 3 lin. latae. *Stipes* tenax, tomento breui denso obsitus, 2 vnc. longus. Odor et sapor fortis, ingratus, amaricans.

168. AGARICVS NEBVLARIS: gregarius firmus, pileo puluinato umbonato cinereo-liuido, lamellis confertis subdecurrentibus pallescente-albis, stipite solido subbulboso cinereo-albido.

Agaricus nebularis *Batsch El. fung. f. 193.* (nondum plane euolutus depictus est).

Agaricus mollis. *Bolt. funguss. t. 40.*

Hab. in pinetis, per totum autumnum, in Nouembrem vsque reperiendus.

*Stipes* longiusculus, cinereo-albus, basi demum excauatus et albo-tomentosus. *Lam.* angustae, in stipitem parum decurrunt. Totus fungus demum expallescit, substantia durus.

169. AGARICVS PVLLVS: gregarius durus, pileo carnoso conuexo-plano nigricante-liuido, lamellis confertis adnexis stipiteque solido candidis.

Hab.

Hab. in syluis.

*Stip.* 3—4 vnc. longus,  $\frac{1}{2}$  vnc. crassus, durus. *Lam.* 2—3 lin. latae, lanceolatae. *Pil.* demum planiusculus, 4 vnc. latus, substantia elastica.

obs. Sapore subdulci, pilei planitie et lamellarum stipitisque colore ab antecedente diuersus.

170. AG. MULTICOLOR: magnus, pileo carnoso conuexo-plano fuligineo-cinereo, lamellis subadnexis distinctis pallidis, stipite subbulboso solido fibrilloso candido.

Hab. in syluis.

*Stip.* subbulbosus, 4 vnc. longus, 1 crassus. *Lamell.* rotundato-adnexae,  $\frac{1}{2}$  vnc. latae. *Pil.* 4 vnc. latus.

171. AGARICVS TUMIDVS: pileo carnoso conuexo-plano, lamellis distantibus latis candidis, stipite longo tumido.

Hab. rarius locis arenosis ad terram.

*Stip.* subuentricosus, basi subulatus, solidus, substriatus, plerumque irregularis. *Lam.* fragiles,  $\frac{1}{2}$  vnc. latae. *Pil.* glaber, subinsipidus, 3—4 vnc. latus.

172. AGARICVS ADSTRINGENS: pileo subcarnoso conuexo-plano fuligineo-cinereo,

nereo, lamellis confertis tenuibus subdecurrentibus candidis, stipite longo elastico substriato basi subtuberoso.

Rarius in sylvis.

*Stip.* solidus, 2—3 vnc. longus, demum subtortus, pileo subconcolor. *Lamel.*  $1\frac{1}{2}$  lin. latae, demum subincarnatae. *Pil.* vnc. 1 et ultra latus, obsolete umbonatus, glaberrimus, substantia subspongiosa, sapore substyptica.

OBS. An huius loci sequens fungus: *Agaricus Placenta*, pileo depresso, umbonato, cinereo-fuscescente; lamellis carneo-albis, stipite lineari sensim deorsum bulboso, elongato, valido, fibroso torto concolore pallidiore. *Batsch El. fung. p. 79. t. 5. f. 18.?*

173. AGARICVS TEPHROLEVCVS: pileo subcarnoso conuexo-plano squamuloso liuido subcinereo, lamellis planis subdecurrentibus distinctis niueis, stipite longo solido albo: squamulis nigris.

*Agaricus discors.* *Batsch El. fung. t. 34. f. 196?*

Hab. in pinetis ad terram.

*Stip.* 1—2 vnc. longus, 2 lin. crassus. *Lamel.* 1—2 lin. latae. *Pil.* subumbona-

bonatus, liuido-murinus, disco obscurior, 1 vnc. latus.

174. AGARICVS COMITIALIS: gregarius, pileo carnosio conuexo-plano stipiteque conico nigrescente-fuligineo s. liuido, lamellis confertis plano-decurrentibus niueis.

Hab. in pratis montosis subuliginosis, nunc solitarie, plerumque vero circinnatim crescit. Satis pulcher.

*Stipes* 2—3 vnc. longus, elasticus, deorsum vero ventricosus, sursum attenuatus, glaber. *Lamel.* vtrinque attenuatae, sub pileo planae, in stipitem decurrunt, niueae, pallescunt. *Pil.* 2 vnc. latus, disco carnosus, non depressus.

175. AGARICVS GLANDIFER: pileo carnosio vmbonato campanulato cinereo-liuido, lamellis distantibus plano-decurrentibus candidis, stipite longo albedo-cinereo.

In pinetis hercynicis.

*Stipes* 3 vnc. longus, solidus, 3 lin. crassus, nunc albicans, nunc liuidus, nunc attenuatus, nunc incrassatus. *Lamel.* lineatim decurrunt, crassiusculae. *Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus, vmbone prominente,  $\frac{1}{2}$  vnc. fere latus, glandi similis.

176. AGARICVS CLAVIPES: pileo carnosissimo subumbonato cinereo-liuido: margine albicante, lamellis arcuatis decurrentibus albidis, stipite solido obuerse clauato.

In quercetis, faginetis etc. autumnis.

Stipes pil. concolor,  $1\frac{1}{2}$  — 2 vnc. longus, incuruus, 2 — 3 lin. crassus, basi subalbido-tomentosus. Lamell. subdistinctae, demum subpalescunt. Pil. vnc. 1 latus, insipidus: umbone demum euanescente.

OBS. Variat pileo planiusculo, stipiteque recto dilutiore.

177. AGARICVS ATROPUNCTVS: gregarius parvus, pileo subcarnoso convexo dilute cinereo, lamellis distantibus arcuatis decurrentibus, stipite nitido: squamulis punctiformibus nigris.

Rarissime distinctam hanc speciem in faginetis inueni.

Stip. subtenax,  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, pallidus, liuescens, lin. 1 crassus. Lamel. parcae adsunt, hinc alternatim maiores, crassiusculae, incarnato-cinereae s. pallidae. Pil. hemisphaericus, 4-6 lin. latus, mollis.

OBS. Quoad habitum similis *Ag. squaroso* Bull. herb. t. 535. *f. u et proximae.*

178. AGARICVS PVSTVLATIVS: pileo carnososo subflexuoso viscoso cinereo-liuido, obtuse umbonato, papillis viscosis obsito, lamellis subdecurrentibus stipiteque squamuloso candidis.

Hab. in pinetis ad terram.

*Stip.* saepe incuruus, subflexuosus, apice praesertim squamulosus, solidus demum, pileo concolor, 3 vnc. altus. *Lamell.* 1—2 lin. latae. *Pil.* saepe flexuosus, hinc inde granulis quasi marmoratus s. squamulis obsitus, nonnunquam subdepressus, latitudine semiunciali.

*β. consimilis:* pileo hemisphaerico planiusculo subuiscido dilute cinereo, lamellis distantibus subdecurrentibus candidis, stipite solido longiusculo albicante: squamulis cinereis.

In pinetis hercynicis frequens.

*γ. Agar. brevis:* solitarius glaber, pileo conuexo nigrescente subuiscoso, lamellis distantibus subdecurrentibus, stipiteque breui albis.

Rarius in pinetis.

*Stip.* vix vnc. 1 longus, 3 lin. crassus. *Lam.* 2 lin. fere latae, tenues. *Pil.*

vnc.

vnc. 1 et vltra latus obtusus, margine albedo, compactus.

179. AGARICVS LIMACINVS: pileo carnososo subangusto plano-conuexo glutinoso oliuaceo-fuligineo nigrescente, lamellis decurrentibus candidis, stipite solido nudo transuersim rimoso pileo concolore, apice niueo. *Commentarius* p. 123. *Schaeff. fung. t. 312.*

Rarius in faginetis prouenit.

*Pil.* 1—2 vnc. latus, duriusculus. *Lamel.* subdistinctae, inmutabiles. *Stip.* subradicatus, 2—3 vnc. longus, viscosus.

OBS. *Schaefferi* icon a plerisque sed perperam ad *Agaricum collinitum* allegata est.

180. AGARICVS MELALEUCVS: fragilis, pileo planiusculo nigrescente-fuligineo glaberrimo obtuse umbonato, lamellis confertis subadnexis latiusculis albidis, stipite longiusculo basi incrassato.

In pinetis habitat.

*Stip.* in nonnullis subtuberosus, intus fibrosus, glaber. *Lamel.* oblanceolatae, opacae, subpallescunt. *Pil.* late et obsolete umbonatus, substantia spongiosa,  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus.

181. AGARICVS NITRATVS: rigidus nigrescente - umbrinus pileo subcarnoso conuexo-plano subinciso, lamellis distantibus ventricosis subadnexis, stipite cauo subdifformi.

Agaricus murinaceus. *Bull. herb. t. 520?* (cui stipes solidus, et lamellae parum aliter coloratae sunt.)

Hab. in locis graminosis montosis.

*Stip.* 1 vnc. crassus, sublacunosus, cauus. *Lamel.* 4—6 lin. latae, pruinatae, pruina deleta oliuaceae. *Pil.* 3—4 vnc. latus, primo campanulatus, demum planiusculus, saepe rimosus, tenuis, odor peculiaris, *spiritui nitri* fere similis.

182. AGARICVS CARTILAGINEVS: pileo nigrescente carnosio subdifformi undulato (cartilagineo?), lamellis alutaceis rotundatis subliberis confertis, stipite solido subcinereo striis rubescentibus variegato. — *Bull. herb. t. 589. f. 2.*

Hab. in Gallia ad terram.

*Stip.* 2—3 vnc. longus, 4 lin. crassus, basi albicans. *Lamel.* lanceolatae, 3 lin. fere latae. *Pil.* margine undulato-sinuatus; substantia compacta, an forte, ob nomen, cartilaginea?



183. AGARICVS PLUTEVS: pileo glabro subcarnoso umbonato rugoso nigrescente-fuligineo, lamellis confertis liberis, primo albis, dein roseis, stipite solido albo: striis nigrescentibus. *Ic. et descr. fung. p. 8. Batsch El. fung. p. 79. et Cont. 1. p. 77. fig. 76.*

Agaricus ceruinus. *Schaeff. fung. bar. t. 10.*

Hab. in syluis ad truncos non infrequens, per totum autumnum.

*Pil.* campanulato-conicus, substantia aquosus, fere mollis. *Stip.* e contrario satis firmus est. *Lamel.* a stipite distant, latae.

$\beta$ . Agaricus *rigens*: pileo subcarnoso fragili planiusculo cinereo: disco squamuloso, lamellis liberis latiusculis, stipite tenui cauo subfibrilloso albicante: fibrillulis nigricantibus.

Rarius ad truncos, in quercetis.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, 2 lin. vix crassus, cauus. *Pil.* vnc. 1 et ultra latus, substantia spongiosus, tenuis, disco praesertim squamulis minutis obsitus, quibus et paruitate ab Agar. pluteo differt.

184. AGARICVS NANVS: mollis fragilis parvus, pileo glabro planiusculo rugoso

subumbonato umbrino, lamellis conuexis subliberis albido-incarnatis, stipite solido mediocri sordide albido (incuruo).

In latere interiore arboris cauae eum inueni, in syluis fagineis, autumnno.

*Stip.* vltra vnc. longus, lin. 1 - erasus, glaber. *Lamel.*  $1\frac{1}{2}$  lin. latae, a stipite in circulum facile decedunt. *Pil.*  $\frac{1}{2}$  vnc. tantum latus, rugulosus, demum rimosus, tener.

185. AGARICVS VMBROSVS: pileo carnoso membranaceo planiusculo rugoso squamuloso nigrescente-umbrino, margine piloso, lamellis confertis latissimis roseis liberis, stipite solido albido.  *Ic. et descr. fung. l. c. t. 2. f. 5.*

Hab. in fagnetis vmbrosis ad terram, rarissime.

OBS. Ab *Ag. pluteo* pileo planiusculo squamuloso et margine piloso differt.

186. AGARICVS SERICELLVS: subparvus, pileo carnoso conuexo-plano subtomentoso molli nigricante-fusco, stipite solido sublacunoso concolore, lamellis candidis.

Rarius ad terram crescit.

*Stip.*

*Stip.* ultra vnc. 1 longus, intus, vti basi, albus. *Pil.* vnc. 1 latus, subpapillatus, sericeo-mollis.

187. AGARICVS NITENS: fragilis, pileo subcarnoso planiusculo ruguloso subto-mentoso, nigrescente-vmbrino, margine inaequali, lamellis ventricosis glauco-cinereis, stipite breui subalbicante. — *Batsch El. fung. cont. 2. p. 21. f. 192.*

Hab. in montosis siccis, sero autumnno.

obs. *Lamellae* ob pileum flexuosum subcontortae quasi, mox a stipite decedunt. *Pileus*, lente illustratus, ex papillis numerosis constat, substantia tenera, substriatus, vndulatus.

188. AGARICVS BVFONIVS: pileo rugoso vmbrino subnigrescente, lamellis alutaceo-pallidis, stipite longo subto-mentoso pileo concolore.

Peculiarem hanc speciem in Hercynia inter Andreasberg et Oderbrück inueni.

*Stip.* 3 vnc. longus, 2 lin. crassus, basi albidus. *Lamel.* subdecurrunt, nitente-pallidae. *Pil.* vnc. 1 latus, obsolete vmbonatus.

189. AGARICVS AMPLVS: cespitosus, pileo subcarnoso conuexo glabro nigrescente-

grescente - fuligineo, lamellis confertis totis adnexis aquoso - cinereis, stipite longo crassiusculo glabro albo.

Rarius in pinetis (prope *Hessendreich*) crescit.

*Stip.* 6 vnc. longus, vnc. 1 crassus, basi subtomentosus. *Lamel.* subdecurrentes, serrulatae, 3 lin. latae. *Pil.* 4—6 vnc. latus, glaberrimus.

190. AGARICVS HUMILIS: gregarius, pileo carnoso latissimo fusciscente: disco subdepresso obsolete squamuloso, lamellis planiusculis confertis aquoso-cinereis, stipite breuissimo sursum incrassato cinerescente.

Hab. in locis graminosis, sero autumno.

*Stip.* solidus, vnc. 1 longus, 4 lin. crassus, superficie farinaceo-subtomentosus. *Lamel.* parum decurrunt. *Pil.* compactus, 3—4 vnc. latus, margine subreuoluto.

191. AGARICVS BREVIPES: subgregarius, pileo carnoso umbonato aut laeviusculo cinereo: disco nigrescente, lamellis confertis emarginatis cinereis, stipite solido breuissimo concolore. — *Bull. herb. t.* 521. *f.* 2. †

Hab.

Hab. in Gallia ad terram.

*Stip.* vnc. 1 vix longus, intus rubescens. *Pil.* 3 vnc. latus. (*Q. ic.*)

192. AGARICVS GRAVEOLENS: grauis, pileo carnoso crasso subhemisphaerico glabro fuligineo-cinereo, lamellis confertis emarginato-adnexis sordide albis: angulo acuto versus stipitem prominente, stipite solido subriiuuloso albido.

Hab. in locis gramminosis.

*Stip.* mediocri longitudine et crassitudine, substantia quoque compactus, externe quasi fibrillosus. *Lamel.* plano-arcuatae, aquosae et dilute fuligineae, confertae, plures breuiores. *Pil.* 2 vnc. latus fere, superficie quasi riuulosus, compactus, 3—4 lin. crassus. Sapore et odore fortis, et grauis quoad pondus.

193. AGARICVS IRRIGATVS: pileo subcarnoso campanulato liuido humido, lamellis distinctis arcuatis stipiteque longo cauo albidis.

In pinetis prouenit.

*Stip.* 2 vnc. longus, 3—4 lin. crassus. *Lamel.* 2 lin. latae, subdecurrunt. *Pil.* vnc. 1 et nonnullas lineas latus,  $\frac{3}{4}$  vnc. altus, subumbonatus, substantia aquosus.

194. AGARICVS HORTENSIS: cespitosus elasticus, pileo subhemisphaerico planiusculo obsolete umbonato fuligineo subnigrescente, lamellis subdecurrentibus subcontortis albidis, stipite subundulato deorsum incrassato.

In hortis et syluis ad terram.

*Stip.* cauus,  $2\frac{1}{2}$  vnc. longus, 2 — 3 lin. crassus, subelasticus. *Lamel.* 3 lin. fere latae, plano-decurrunt, ex albido subincarnatae, margine erosulae. *Pil.* 2 vnc. latus, nunc nigrescens, nunc fuligineo-liuidus, s. subrufescens, disco subpapillatus.

195. AGARICVS PLATYPHYLLVS: magnus, pileo subcarnoso fragili albido: umbone obtuso squamuloso nigrescente, lamellis latissimis subadnexis candidis, stipite subradicato striato albido. *Obs. myc.* 1. p. 47.

Hab. autumnno ad truncos passim solitarie.

*Pil.* conuexo-planus, subfibrillosus, 3 — 4 vnc. latus, cinerascens. *Stip.* 3 vnc. et ultra longus. *Lamel.* vnc. 1 fere latae.

196. AGARICVS LEIOPVS: gregarius, pileo subcarnoso umbonato, primo subnigrescente, dein fuligineo-albido aut dilute

dilute badio, lamellis candidis, stipite conico striato rufescente-liuido. *Disp. meth. fung. p. 21.*

Hab. in pinetis.

*Stip. glaberrimus*, elasticus, basi villosus. *Lamel. subadnexae. Pil. ab initio globosus et fere niger, ad 3 uncias latus est.*

197. AGARICVS COMPRESSVS: fragilis, pileo tenui planiusculo irregulari fusco-tereo, lamellis crassiusculis distantibus albis, stipite compresso subtortili. — *Wither. arrang. 4. p. 243. Sowerby engl. fung. t. 66. †*

Hab. in *Anglia.*

*Stip. cauus*, saepe curuatus, tortus et compresso-sulcatus, 3 unc. longus, 3 — 4 lin. crassus. *Pil. 2 — 3 unc. latus, pellucidus, aquosus. Lamel. lanceolatae, rotundato-subnexae, latiusculae, subfurcatae. Withering.*

\*\*\*\*\* *Color, praesertim pilei, albus. (Ag. fertilis, grandis.)*

198. AGARICVS ALBVS: totus albus, subsolitarius, pileo carnosio conuexo, lamellis distinctis, stipite crasso breui subadscendente, basi subattenuato.

Agari-

Agaricus *virgineus*, niveus, stipite crasso cylindrico integerrimo. *Batsch El. fung. p. 39. t. 3. f. 12.*

Hab. ad terram in locis arenosis, ericetis.

*Stip.* totus glaber, 2 vnc. longus,  $\frac{3}{4}$  vnc. crassus. *Lamel.* distinctae, nonnunquam serrulatae, emarginatae. *Pil.* 2 — 3 vnc. latus, conuexus, demum planiusculus, ceterum carnosus, et margine subinuolutus.

199. AGARICVS EBVRNEVS: gregarius candidus, pileo subcarnoso viscoso convexo - plano margine laeui, lamellis subdistantibus parum decurrentibus, stipite longo apice squamuloso.

β. Stipite breuiusculo.

Agaricus *Jozzulus*. *Scop. carn. 2. p. 431. Commentarius p. 16.*

Agaricus *eburneus*. *Bull. herb. t. 551.*

Agaricus *nitens*. *Sowerby engl. fung. t. 71. (Varietas maior.)*

Hab. frequens in faginetis per totum autumnum, rarius in pinetis occurrit.

*Stip.* 3 — 4 vnc. longus, 3 lin. crassus, apice tantum squamulis obsoletis obsitus; nonnunquam in β. vix 2 vnc. altus



tus est. *Pil.* vnc. 1. latus, primo subrotundus.

200. AGARICVS DISCOIDEVS: subcespitosus, pileo carnoso viscido planiusculo albido: disco flavescente aut subferrugineo, lamellis subdecurrentibus stipiteque mediocri albidis.

Antecedente rarior in syluis occurrit, eoque tertia parte minor, pileoque plano magis viscoso lutescente late et obtuse umbonato differt. *Lamell.* tenues. *Stip.* subsolidus, subfarinaceus.

201. AGARICVS CHRYSODON: subcespitosus, pileo carnoso albido: margine tomentoso flauido, lamellis distinctis albidis latere crispis subdecurrentibus, stipite solido longo squamuloso flavescente.

*Agaricus Chrysodon*: albus, pileo margine crenato-dentato et lutescente, stipite superne infra lamellas luteo-pruinato, laminis margine sulphureo-pruinatis. *Batsch El. fung. cont. 2. p. 79. t. 38. fig. 212.*

In faginetis non infrequens inter folia putrescentia occurrit.

*Lamel.* | nonnunquam subincarnatae, ad latera valde crispae, margine saepe etiam flavae villosae sunt. *Pil.* plano-subde-

subdepressus, margine subinuoluto flauo-flocculosus. *Stip.* apice sub lamellis villo flauo annulari.

202. AGARICVS RVBESCENS: pileo planiusculo margine reuoluto tomentoso: disco rubescente, lamellis distantibus subdecurrentibus, stipite sursum incrassato squamuloso pileo concolore. *Disp. meth. fung. p. 21.*

Rarius in faginetis.

*Pil.* 3 vnc. et ultra latus, conuexo-planus, margine reuolutus et ibi inuolutus. *Stip.* 2 vnc. et ultra longus.

203. AGARICVS SERICEVS: pileo campanulato subcarnoso piloso-squamoso candido, lamellis adnexis rubris, stipite longiusculo fibrilloso albido tenui.  *Ic. et descr. fung. p. 17. t. 6. f. 2.*

Rarissime aestatis fine occurrit.

*Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus, sericeo-nitidus, fragilis. *Stip.* tenuis, 3 vnc. longus, basi subbulbosus.

204. AGARICVS PELLITVS: fragilis mollis, pileo planiusculo carnosio villosio candido, lamellis latiusculis liberis incarnatis, stipite breui glabro albo.

Rarius prouenit ad terram.

*Stip.*

*Stip.* 3 lin. crassus. *Lamel.* 4 lin. latae, crenulatae quasi, molles: *Pil.* 2 vnc. latus, fricatus gelatinosus fere, sapore aquosus.

205. AGARICVS LEVCOCROCVS: pileo carnoso conuexo plano albido, lamellis congestis angustis dentatis dilute croceis, stipite vtrinq̄ue subincrassato concolore.

In syluis ad truncos rarissime.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, 3 lin. crassus, apice hemisphaericus, substriatus nitidus. *Lamel.* nonnullae prominentes et subramosae, subadnexae, lin. 1 latae, planiusculae. *Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus glaberrimus, hemisphaericus.

206. AGARICVS ERYTHROPVS: subcespitosus, pileo subcarnoso hemisphaerico albido-pallescente, lamellis distinctis subconnexis concoloribus, stipite longo glabro atro-rubente: basi villosa incrassata.

Agaricus repens. *Bull. herb. t.* 343. (sed pileus subdepressus delineatus, et stipes repens pictus.)

Hab. rarissime in faginetis.

*Stip.* 2 vnc. et vltra longus, demum compressus: medio vtrinq̄ue hinc sulcato,

cato, deorsum incrassatus, interne ad latera, quod singulare! villosus est. *Lam. laxæ*, maiores minoribus latiores. *Pil.* primo albus, dein pallescit aut substramineus, rugulosus,  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus.

207. AGARICVS CONFLVENS: cespitosus albus, pileo obtuse vmbonato, lamellis confertis angustis, stipite cauo puluerulento-tomentoso rufescente. *Obs. myc.* 1. p. 10.  *Ic. et descr. fung. fasc.* 1. p. 15. t. 5. f. 1.

Agaricus tremulus. — *Batsch El. fung. cont.* 1. p. 150. t. 20. f. 104. Et

Agaricus dispar *Eiusd. cont.* 2. p. 75. t. 38. f. 210. affines sunt.

Per totum autumnum in syluis occurrit. In pinetis plura specimina in seriem oblongam flexuosam confluunt. *Substantia sicca.* *Pil.* tempore pluuioso saepe rufus euadit. *Stip.* subcompressus, apice subincrassatus, tomento tenui obtectus.

208. AGARICVS LIGNATILIS: cespitosus, pileo carnoso liuescente-albo planiusculo, lamellis confertis totis adnexis candidis, stipite cauo subtomentoso solido albido.

Ad truncos putridos.

*Stip.*

*Stip.* 1 — 2 vnc. longus, 2 lin. crassus, subradicatus lignumque intrans, basi praesertim tomentosus. *Lamel.* lineares, tenues, aquose albae. *Pil.* 1 — 2 vnc. tatus, subpuluerulentus. Substantia totius fungi compacta. Odor fortis ingratus.

209. AGARICVS CRETACEVS: cespitosus albus, pileo carnoso conuexo-plano, lamellis subconfertis adnexis, stipite longiusculo solido subtomentoso.

Hab. in pinetis montosis rarius.

*Stip.* subtomentosus, 2 — 3 vnc. longus, subcompressus, praesertim basi, vbi curuatus est, et inter se connatus, ex qua 5 — 8 proueniunt specimina.

*Lamel.* tenues, angustae, aquosae. *Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus.

210. AGARICVS RIVVLOSVS: compactus, pileo carnoso conuexo-plano ex albido subrufescente, demum rimoso-rivuloso, lamellis confertis pallescente-albis, stipite stricto albido subtomentoso basi villosa.

In pinetis hercynicis prope *Clausthal* crescentem obseruauit.

*Stip.* vnc. 1 longus, 3 lin. crassus. *Lamel.* parum decurrunt,  $1\frac{1}{2}$  lin. latae.

A a

*Pil.*

*Pil.* vnc. 1 et ultra latus, glaber, rimae riuulosae, saepe concentricae, pallescunt. *Sapor* ac odor non ingratus.

211. AGARICVS PVLVINATVS: pileo carnosissimo-suberoso puluinato subrepando glabro albido: disco incarnato pallido, lamellis confertis decurrentibus albis, stipite breuissimo solido duro.

Rarissime ad truncos in sylua Solingensi mihi obuius fuit.

*Stip.*  $\frac{1}{2}$  vnc. altus. *Lamel.* arcuatae, tenues, 3 lin. fere latae. *Pil.* 4—5 vnc. latus, planiusculus, rugulosus, sed non squamosus. *Sapor* fere *Boleti edulis*.

212. AGARICVS SORDARIVS: subgregarius totus sordide albus, pileo carnosissimo compacto hemisphaerico conuexo: margine ab initio inuoluto subtomentoso, lamellis confertis angustis aquoso-albidis, stipite subsolido fibrilloso.

Hab. rarius ad saepes et in syluis ad basin truncorum, nunc sparsim, nunc subfasciculatim crescens.

*Stip.* vnc. 1 et nonnullas lineas longus, 2—3 lin. crassus, deorsum incrassatus, substriato-fibrillosus. *Lamel.* planae, basi corneo-griseae, valde congestae. *Pil.*  $\frac{3}{4}$ —1 vnc. latus, primo margine inuo-

inuolutus et tomentosus, in adultis margine explicatus tomentoque destitutus. Substantia praesertim in stipite duriuscula. Sapor primo subdulcis, demum subnauseosus.

213. AGARICVS PARASITICVS: subparvus subcespitosus parasiticus, pileo campanulato subrepando albido-pallescens, lamellis distantibus crassiusculis fuscis, stipite incuruo piloso solido. — *Bull. herb. t. 574. f. 2.*

In *Agaricis* putrescentibus parasiticus.

*Pil.* umbone fuscescens,  $\frac{1}{2}$  vnc. altus et latus. *Lamel.* subadnexae. *Stip.* 3 vnc. longus fere,  $1\frac{1}{2}$  lin. crassus, interne fuscus. (*Q. ic.*)

$\beta$ ? *Agaricus pilipes*: fasciculatus fuscus, pileo campanulato, stipite toto sparsim piloso. — *Sowerb. fung. t. 249.*

In *Agaricis* putridis quoque parasiticus. Distincta species videtur.

214. AGARICVS VNDVLATVS: parvulus, pileo tenui umbonato planiusculo zonato? albido, lamellis confertis decurrentibus subargillaceis, stipite longiusculo subflexuoso undulato. — *Bull. herb. t. 535. f. 2.*

Hab. in *Gallia*, ad terram.

A a 2

*Pil.*

*Pil.*  $\frac{1}{2}$  vnc. latus. *Lamel.* lin. 1 latae. *Stip.* 2 vnc. longus, lin. 1 crassus, interne cauus.

215. AGARICVS ARGILLACEVS: subparvus, pileo conico carnosomembranaceo umbonato nitente albo (subpallescente), lamellis primo albis deum argillaceis fusciscentibus, stipite mediocri subtenui. *Obs. myc.* 1. p. 51.

Hab. in syluaticis, in graminosis.

*Pileus* acutus, longitudinaliter striato-sericeus quasi,  $\frac{3}{4}$  vnc. magnus. *Lamell.* adnexae, decolorantes. *Stip.* subrigidus, vt plurimum totus nudus, aut cortina, quae fugacissima, obtectus.

$\beta$ . *Ag. immutabilis*: totus candidus, subrigidus, pileo campanulato acuto subsericeo, lamellis confertis candidis immutabilibus, stipite crassiusculo duro solido.

Hab. rarius in syluis.

Antecedente paullo maior et rigidior. *Lamellae* sub maturitatem quidem subcinerascunt, sed non argillaceae fiunt, neque puluerulentae sunt.

216. AGARICVS CVCVLLATVS: subgregarius subparuus totus candidus, pileo camp-



campanulato laeui, lamellis arcuatis decurrentibus, stipite longo basi subincrassato piloso: pilis erectis.

Hab. in muscosis rarius.

*Stip.* 2 vnc. longus, cauus, sensim attenuatus. *Pil.* 5 — 4 lin. altus et latus, forma quadam grata distinctus.

217. AGARICVS ALLIATVS: subgregarius odoratus subparuus siccus, pileo subcarnoso plano ruguloso pallescente-albo, lamellis crispis, stipite breuiusculo rufescente. *Schaeff. fung. t. 119. Obs. myc. 2. p. 55.* Agaricus Schaefferi.

Hab. in ericetis, aut pinetis, locis montosis, plerumque ad terram.

*Stip.* tenax, cauus, vnc. 1 et ultra longus, rufus. *Lamel.* albidæ, a stipite facile decedunt, basi dentato-venosæ. *Pil.* vix striatus, 4 lin. fere latus, siccus. Odor Allii.

218. AGARICVS CALLOPVVS: gregarius inodorus paruus, pileo subcarnoso convexo-plano laeui lamellisque adnexis albidis, stipite subtenace cauo nitido rufo-badio.

Rarius in faginetis mihi obuius.

obs. Differt satis nitida hæc species a præcedente affini: 1) absentia odoris;

2) pileo laeui, nec ruguloso minusque carnosio; 3) lamellis distinctis emarginato-adnexus.

219. AGARICVS TUBEROSVS: gregarius paruus albidus, pileo conuexo papillato, stipite breui subrufescente tuberibus innato. — *Obs. myc.* 2. p. 52 - 54. *Bull. herb.* t. 256.

Agaricus Amanitae *Batsch El. fung. Cont.* 1. p. 109. t. 18. f. 95.

Autumno frequens in Agaricis putrescentibus, in quibus quasi nidulat, tuberibus difformibus (*Sclerotio fungorum*) Solani adinstar innascitur.

*Stip.*  $\frac{1}{2}$  vnc. longus, tenuis, nunc cylindricus, nunc versus basin inflatus; *vid. ic. Bull. Pil.* vix 2 lin. latus, subpersistens, non membranaceus, laeuis.

β. *A. cirratus*: gregarius, pileo subpapillato plano albido: disco rufescente, lamellis confertis albidis, stipite longiusculo tenui rufescente fibrillulis longis obsito. *Obs. myc. l. c.*

Hab. tam intra folia putrescentia, quam ad Agaricos exsiccatos, sed rarius. Antecedente paullo maior, et stipite longiore pileoque subumbilicato distinctus.

220. AGARICUS RAMEALIS: gregarius parvus subpersistens, pileo subcarnoso hemisphaerico albido: disco rufescente, lamellis angustis confertis, stipite incuruo pulueraceo. *Obs. myc.* 1. p. 45-47. *Bull. herb.* t. 356.

Hab. aestate et autumni initio in faginetis ad ramulos aridos deiectos satis frequens, praesertim post pluuias.

*Stip.* brevis est, squamulis pulueraceis obsitus. *Pil.* pro ratione subtenax, opacus rugulosus, disco, aut saepe vno tantum latere rufescit, 3 lin. ferme latus.

SECTIO QVARTA. MYCENA: tenelli, minores, pileo plerumque membranaceo et striato pellucido, conuexo persistente, lamellis arescentibus, unicoloribus, stipite ut plurimum fistuloso, elongato, nudo.

(*Agaricus elatus, atrocyaneus, biconus. Nonnullae Pratellae.* etc.)

221. AGARICUS ALLIACEVS: solitarius graueolens, pileo campanulato membranaceo fuscescente, lamellis distinctis albidis, stipite longo nigrescente-glaucosubradicato: basi strigosa. *Obs. myc.* 2. p. 54. *Jacq. Fl. austr.* t. 82. *Linn. Syst. veget.* 15. p. 1014.

Hab. autumnno inter folia putrescentia, locis praesertim vdis, vbi odore alliaceo e longinquo iam percipitur.

*Stip.* longus, subtomentosus quasi. *Pil.* obsolete striatus, colore pro aëris conditione plus minusue opaco, aut expallescente variat.

222. AGARICVS FORREVS: gregarius maiusculus, pileo submembranaceo hemisphaerico lamellisq̄ue flavescentibus, stipite longo subtomentoso deorsum sanguineo. *Obs. myc.* 2. p. 55. Ag. Scopoli.

*Agaricus alliaceus Scop. carn.* 2. p. 454. *Sowerb. fung.* t. 31.

*Agaricus alliaceus Bull. herb.* t. 524, f. 1. ? (color in iunioribus albidus!)

Hab. in *Carniolia* et circa *Londinum*.

Obs. *Stipes* iunior succum sanguineum fundit e rupta basi. *Scopoli.* — Ob pileum hemisphaericum, subcarnosum?, lutescentem; et stipitem tomentosum ab antecedente omnino diuersus videtur.

223. AGAR. GALERICVLATVS: cespitosus inodorus, pileo membranaceo umbonato liuido-fuscescente, lamellis distinctis albis, stipite laeui radicato (exsucco) basi strigoso-hirto. *Obs. myc.* 2. p. 57. *Schaeff.*

Schaeff. fung. t. 52. Bull. herb. t. 518.  
Vaill. bot. t. 12. f. 3. et 4.

Autumno frequens ad truncos provenit, quos radice fusiformi hirta intrat.

obs. In Parte secunda *Observat. mycol.* p. 57 — 59. amplam huius speciei descriptionem iam dedi, plura huc pertinentia synonyma attuli et eius varietates recensui, quarum praecipuae sequentes sunt:

α. *Ag. albidus*: pileo albido, lamellis incarnatis.

β. *Ag. praemorsus*: maior terrestris albidus, radice praemorsa.

γ. *Agaricus epigaeus*: subsolitarius, stipite longissimo flavo-coccineo, subarhiso?.

Ad terram in locis vdis, mihi rarissime obuius. An distincta species?

224. AGAR. POLYGRAMMVS: solitarius terrestris, pileo campanulato umbonato subcinereo, stipite caudato longitudinaliter striato argenteo-caesio. *Obs. myc.* 2. p. 59. *Bull. herb.* t. 395. et t. 518. fig. H. *Sowerb. fung.* t. 222.

β. *Ag. niueus*: totus amoene albus.

γ? *Agaricus atrocyanus*: niger cyaneo-pruinatus: pileo cucullato, dense

A a 5 striato-

striato-sulcato: margine extremo albentiore; stipite elongato, lineari striato-sulcato; lamellis albentioribus. *Batsch El. fung. p. 101. t. 18. f. 87.* (forte iunior adhuc fungus est.)

♂. *Agaricus cynophallus Batsch l. c. f. 85.* (fungum nondum euolutum sistit.)

Hab. autumnno ad terram inter folia decidua.

*Stipite* excepto amoene sulcato, vti et colore ab *Ag. galericulato*, cui quoad formam similis, et pro cuius varietate a b. *Bulliard* postea habitus fuit.

225. AGARICVS AESTIIVS: solitarius, terrestris, pileo submembranaceo obtuse umbonato subcorrugato cinereo-liuido, lamellis candidis, stipite laeui subradicato: radice arcuata pilosa. *Obs. myc. 1. p. 9.*

In pinetis ad terram quidem, sed ad ramulos subiacentes pineos, quos parte radicali circumdat, inueni. Antecedente paullo maior est, cuius tantum varietas aut subspecies videtur. *Stipes* cinereus. *Lamellae* latiusculae.

226. AGAR. ATRO-ALBVS: pileo (laeui) margine albido, apice nigro, stipite (radicato?) fistuloso basi plumoso. *Bolt. funguss. p. 137. t. 137.*

Hab.

Hab. in Anglia.

“Ante explicationem fasciculum plummarum tenellarum sistit e radice fibrosa fusca prouenientem. *Stip.* basi subtumidus, primo fere nigricans, 3 vnc. longus. *Lamell.* albae, arcuatae. *Pil.* primo oblongus, demum campanulatus, in statu iuniore niger, demum ad dimidium albicat.” *Bolton.*

227. AGARICVS GALOPVS: subsolitaris terrestris, pileo campanulato nigrescente-glaucos, lamellis subdistantibus albido-cinereis, stipite subradicato: fracto succum lacteum secernente. *Obs. myc. 2. p. 56.*

*Agaricus lactescens. Schrad. Spicil. fl. germ. p. 128.*

Hinc inde in syluaticis, aut in graminosis ad terram. *Agar. galericulato* ultra dimidium minor. Variat colore plus minusue obscuriore.

228. AGARICVS HAEMATOPVS: cespitosus, pileo carnosomembranaceo exalbido rubescente, lamellis angustis albis, stipite subtenui rufescente: rupto succum rubrum secernente. *Obs. myc. 2. p. 56.*

Rarior ad truncos prouenit.

*Stip.*

*Stip.* 2 vnc. longus, vsque ad apicem stillans, non vero pileus, qui subhemisphaericus, vnc. 1 fere latus. *Lamel.* subfimbriatae, et ad latera particulis nitentibus per lentem distinguuntur.

229. AGARICVS CROCATVS: pileo campanulato cinereo obsolete striato, lamellis stipiteque succo croceo refertis. *Schrad. l. c.*

Inter folia deiecta putrescentia.

*Stip.* 2 — 3 vnc. longus, saepe flexuosus, inferne croceus, apice albidus. *Lamel.* remotae, vti stipes succo croceo insipido refertae. *Pil.* 4 lin. latus. *Schrad.*

230. AGARICVS LAEVIGATVS: subgregarius terrestris, pileo membranaceo campanulato dealbato-cinereo laeui, lamellis albidis, stipite mediocri basi pilis fibrillosis.

Hab. autumnno satis frequens in pinetis, sparsim crescens.

*Stip.* longitudine mediocri, fere biunciali. *Pil.* dimidiam vnciam vix latus, obtusus, laevis s. vix striatus. *Lamel.* stipiti totae fere adnexae. Maiusculus est.

231. AGARICVS PILOSVS: pileo glabro membranaceo albido-cinereo subhemisphae-



sphaerico papillato striato, lamellis distinctis stipiteque longo tenui basi villosulo albidis.

Solitarie fere ad terram crescit.

*Stip.* 3 vnc. longus, cylindricus,  $\frac{1}{2}$  lin. crassus. *Pil.* 5 — 4 lin. latus, non conicus. *Lamel.* oblanceolatae.

OBS. *Agaricus pilosus*, pileo conuexo vel semiouato, plicis latis plicato-sulcato, fusco-cinerecente; lamellis concoloribus, stipite filiformi pilis radicalibus lateraliter lanato. *Batsch. El. fung. p. 67. f. 2.* huius aut praecedentis varietas est, quo forte etiam referri debet:

*Agaricus membranaceus*, pileo campanulato murino-fusco striato, stipite elongato fistuloso subtus incrassato piloso. *Hoffm. Nomencl. fung. p. 215. t. 6. f. 1.*

232. AGAR. LEPTOCEPHALVS: totus cinereus, pileo tenuissimo subumbonato repando sulcato, lamellis crassiusculis obscure cinereis, stipite subbreui glabro. *Ic. et descr. fung. p. 48. t. 12. f. 4.*

Ad truncos in sylua Sollingensi mihi rarior obuius.

*Pil.* apice subcarnosus est, opacus. *Lamel.* subemarginato-adnexae. *Stipes* cauus. Odor nitrosus.

253. AGARICVS FLAVIPES: gregarius, pileo campanulato striato lamellisque albido-cinereis, stipite elongato subviscoso flavescente. — *Schaeff. fung. t. 31.*  
*Ag. plicatus.*

*Agaricus flavipes*, stipitatus, pileo campanulato plicato albido-fusco, lamellis albidis, stipite fistuloso flavo. *Sibth. Fl. oxon. p. 305.*

Hab. in pinetis et in ericetis ad terram; autumnopraeterito circa *Hannoveram* mihi quoque obuia fuit haec species.

Forma quadantenus *Ag. galericulati*. Sequentem affini specie maior et pileo conuexo subplicato ab ea differt.

254. AGAR. EPIPTERYGIUS: subcespitosus, pileo campanulato laeuiusculo obtuso aut subumbilicato cinereo-caesio subviscoso, lamellis distantibus albis, stipite sulphureo viscido. *Disp. meth. fung. p. 25.*

*α.* pileo rigido subargenteo s. plumbeo-caesio.

*β.* pileo fluido.

*γ.* lamellis subcaesiis, aut subincarnatis.

♂? *Agaricus nutans*: pileo primo nutante, rufescente? margine dentato: dentibus porrectis ab initio stipitem ambientibus. — *Sowerb. fung. t. 92.*

α — γ praesertim in pinetis ad stipites deiectos crescit. ♂ ad ramos in *Anglia*.

*Stip.* 2 vnc. longus, lin. 1 crassus. *Pil.* 4 lin. latus, exsiccatus opacus, argenteus, papyraceus s. plicabilis.

255. *AGARICVS LINEATVS*: solitarius siccus, pileo striato-lineato flavescente-opaco, lamellis distantibus albidis basi venosis, stipite basi subtomentoso albo.

*Agaricus lineatus* *Bull. herb. t. 522. f. 3.* huc quoque pertinet.

Rarius autumno in faginetis, ut plurimum habitum quemdam aridum praese fert. *Pil.* campanulatus ex sordide flavo fuscescens, 3 — 4 lin. latus. *Lamel.* subventricosae adnexae. *Stipes* 2 vnc. longus.

256. *AGAR. LUTEO-ALBVS*: stipitatus parvus, pileo conico striato flavo, lamellis trifidis albis, stipite filiformi. *Bolt. Funguss. t. 38. f. 1. †*

In sylvis circa *Halifax*.

*Stip.* pallide luteus, vnc. 1 altus, pili setae porcinae crassitudine. *Lamel.* latae. *Pil.* 3 lin. latus. *Bolton.*

237. AGARICVS CITRINELLVS: gregarius minutus, pileo striato hemisphaerico papillato stipiteque breui basi piloso citrino, lamellis subuentricosis vncinatis albidis. *Ic. et descr. fung. p. 44. t. 11. f. 3.*

Gregarie inter folia pinea passim crescit; 2 lin. tantum latus pileus est. *Stip.* filiformis, vnc. 1 altus, parum lubricus.

β? *Ag. tenellus*, pileo pallide sulphureo, margine pliculis teneris striato; stipite concolore filiformi; laminis alben-  
tibus, longitudine subaequalibus, latitudine alternis. *Batsch El. fung. Cont. 1. p. 103. t. 18. f. 38.*

Ramulis ligneis adnascitur. *Pileus* non papillatus? *Lam.* longitudine aequales. *B.*

238. AGARICVS ELONGATVS: solitarius, pileo laevi hemisphaerico striato flavescente, lamellis horizontalibus subconcoloribus, stipite longissimo basi fibrilloso. *Ic. et descr. fung. p. 3. t. 1. f. 4.*

In paludosis inter sphagna rarius occurrit.

*Pil.* 5 lin. latus. *Stip.* colore obscuriore, 3 vnc. et ultra longus. *Lamel.* subnebulosae? An *Pratellae* species?

239. AGARICVS RUBIGINOSVS: pileo campanulato sulcato lamellisq̄ue ferrugineis, stipite longo subtenaci rubiginoso.

In muscosis reperitur.

*Stip.* cauus, vltra 3 vnc. longus, strictus nigrescente-fuscus. *Lamel.* subventricosae adnexae. *Pil.* 4 lin. latus, rugulosus, tenuis, expallescens.

OBS. Nonne forte mera sequentis subspecies?

240. AGARICVS HYPNORVM: tenerri-  
mus paruus totus ochraceo-ferrugineus,  
pileo campanulato sulcato, lamellis di-  
stantibus latiusculis, stipite mediocri. —  
*Schrank Fl. bav.* 2. p. 605. *Batsch El. fung.*  
p. 117. f. 96. *Schaeff. fung.* t. 63.

Post pluuias inter muscos, praeser-  
tim *Hypna*, satis frequens. Glaber, vni-  
color. *Stip.* vnc. 1 longus. *Pil.* late cam-  
panulatus.

β. Agaricus *bryophilus*: pileo obtuse  
vmbonato lamellisq̄ue cinnamomeis, sti-  
pite longissimo fibrilloso pallescente.

In locis muscosis humidis. *Stip.* sub-  
tenax. *Lamel.* ventricosae. *Pil.* vltra di-  
midiam vnciam latus: vmbone laeui  
subcorneo.

γ. *Agaricus Sphagnorum*: pileo hemisphaerico papillato ochraceo-pallido, lamellis latis aquose pallidis, stipite longo subtenace fuluo.

In paludosis hercynicis frequens.

*Pil.*  $\frac{1}{2}$  vnc. latus, obtusus, iuniorum pallidus, aquosus. *Lamel.* fere distant, integrae latiores sunt, demum fere incarnatae. *Stip.* sordide fuluus, 3 vnc. longus.

241. AGARICVS TENER: subsolitarius ochraceo-ferrugineus paruus, pileo membranaceo conico laeuusculo, lamellis distantibus, stipite longiusculo. *Schaeff. fung. t. 77. Sowerb. fung. t. 33.*

Hab. aestate et autumnno in salicetis, in graminosis non infrequens.

*Stip.* vix lin. 1 crassus, glaberrimus. *Lamel.* tenuissimae, adscendentes, cinnamomeae. *Pil.* exsiccatus pallescit, mollis, 3—4 lin. altus.

β? *Agaricus atro-rufus*, pil. subconico (aut connexo fusco) sicco elastico, lamellis paucis trifidis (fusco-rubris), stipite praelongo gracili. *Bolt. funguss. p. 51. t. 51. f. 1.*

In pratis siccis et intermuscos.

242. AGARICVS PILOSELLVS: tenellus subferrugineus, pileo campanulato conico subpiloso, lamellis latiusculis, stipite sublongo pubescente.

Hab. rarissime ad truncos putrescentes. Antecedenti similis. *Stip.* subfiliformis vnc. 1 longus. *Pileus* praesertim apice, qui obtusus est, pilis obsitus, 3 lin. altus, 2 lin. latus.

243. AGAR. MELINOIDES: gregarius ochraceo-helvolus expallescentis, pileo carnoso membranaceo hemisphaerico planiusculo, lamellis subconfertis planis, stipite mediocri sursum subincrassato.

Agaricus melinoides. *Bull. herb. t. 560. f. 1.* huius quoque loci est, praesertim *figurae F et H.* (*Fig. C—E* forte Agaricum *Hypnorum* representant.)

Autumno serotino in graminosis occurrit.

*Stip.* 2 vnc. longus, cylindricus. *Lamel.* latiusculae, triquetrae, serrulatae. *Pil.*  $\frac{1}{2}$  vnc. latus, glaber, mollis.

244. AGARICVS TENACELLVS: gregarius subparvus, pileo umbonato carnoso-membranaceo subumbrino aut fuligineo-pallido, lamellis planis niueis, stipite glaberrimo sub-fuluo tenace:

Bb 2 basi

basi piloso; apice albido. *Obs. myc.* 1. pag. 50.

Autumno, nonnunquam mensi *Novembri* adhuc in faginetis, praesertim in pinetis inter muscos ad terram inuenitur.

*Pil.* 4 lin. et ultra latus, colore plus minusue obscuriore variat, elasticus, rugulosus, margine laeui. *Stip.* 2 — 3 vnc. longus, vix lin. 1 crassus, firmus. *Lamel.* colore eleganter niueae.

245. AGARICVS CONIGENVS: gregarius mediocris, pileo subcarnoso tenui subumbonato demum plano subdifformi fuligineo-liuido, lamellis confertis albidis, stipite subbreui basi radiculis albidis.

Sero autumno *Strobilis Pini Abietis* increscentem hanc speciem rarissime inueni.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. fere longus, fibrillulis intra squamulas *Strobili* adhaeret, subpuluerulentus. *Lamel.* congestae, angustae lin. 1. *Pil.*  $\frac{1}{2}$  —  $\frac{3}{4}$  vnc. latus, margine substriatus, demum applanatus, subdepressus et fere quadratus fit. Sapor acris.

246. AGARICVS ESCULENTVS: stipitatus, pileo conuexo argillaceo (fuscescente), stipite gracili fistuloso ex albo sordide



sordide flavescente, lamellis albis. v. *Wulf. in Jacq. misc. 2. p. 103. t. 14. f. 4.* — *Schaeff. fung. t. 59. Agaricus Clauus.*

Hab. frequens in Austria, Bauaria et prope Berolinum.

“Corbes integros primo vere ad *Aprilis* exitum adferre solent in forum venales sub nomine *Nagelschwammen*.”

“*Stipes* ut plurimum longitudine pollicaris, teres, aequalis. *Pil.* carne vix vlla eaque alba, demum planiusculus, substriatus. *Lamel.* latiusculae, laxae. Sapor amaricans” *Wulfen*.

β. *Agaricus dubius*: pileo membranaceo striato subhemisphaerico liuescente subumbonato, lamellis latis planiusculis sordide albis, stipite glabro pileo concolore.

*Autumno* in regionibus montosis in pinetis eum in Subhercynia inueni. Sapor vix vllus adfuit. Magnitudine et habitu ceterum cum *Ag. esculento* conuenit.

247. AGARICVS RACEMOSVS: pileo membranaceo papillato griseo, lamellis albis, stipite racemoso. *Disp. meth. fung. p. 15. t. 3. f. 8.*

Singularem hanc speciem increscentem obseruauit *Sclerotio lacunoso*. Race-

mum *Ribis* baccis orbatum exacte aemulatur. *Rami* stipitis laterales simplices, capitulis hyalinis euanescentibus terminati. *Pileus* terminalis, subtomentosus quasi, 2 lin. latus.

248. AGARICVS HUDSONI: gregarius, pileo conuexo albido stipiteque pilosis: pilis sparsis strictis rubris. †

*Agaricus pilosus*, stipitatus, pileo conuexo albo piloso: pilis rubris, stipite longo. *Huds. Fl. angl. Ed. 2. p. 622. Sowerb. fung. t. 164.*

In Anglia super folia *Ilicis* crescit singularis haec species, cuius *Stipes*, secundum *Hudson*, rubescit, et *Lamellae* albae sunt, ac *pileus* pilis rigidulis obsitus est.

249. AGARICVS STYLOBATES: pileo membranaceo conuexo albido-cinerascente, lamellis distinctis plano-adscendentibus, stipite basi membranulae orbiculari imposito.

Rarissime ad folia occurrit.

Basis stipitis membranae orbicularis similis, lin. 1 lata subconuexa, striata, margine subpilosa. *Stip.* vnc. 1 et ultra longus, glaber, albus. *Lamel.* obouatae. *Pil.* 3 lin. latus.

Obs. Nostro affinis, saltem ideam quamdam baseos stipitis offert *Agaricus nanus* BULL. *herb. t. 563. f. S. T. R.*

250 AGARICVS ELEGANS: maiusculus, pileo membranaceo striato vmbonato livescente-flauo, lamellis dilute croceis, latere purpureo-caesiis, stipite longiusculo pallescente liuido.

Pulchella haec species in pinetis montosis rarius reperitur.

*Stip.* 1—2 vnc. longus, lin. 1 fere crassus. *Lamel.* crassiusculae, margine flauo-cinnamomeae, adscendunt. *Pil.* campanulatus, repandus, obtusus, margine flavidus, disco liuidus,  $\frac{1}{2}$  vnc. latus.

251. AGARICVS ADONIS: gregarius, pileo laeui campanulato albido roseo aut viridi vario, lamellis subuncinatis adnexus albis. *Bull. Herb. t. 560. f. 2.*

Hab. in sylvaticis: varietas *viridis*. *Bull. Herb. l. c. f. 5.* mihi rarius in *Hercynia* quoque obuia fit. *Stip.* 2 vnc. etc. longus, glaber. *Pileus* 3—4 lin. latus obtusus.

252. AGAR. VARIEGATVS: gregarius maiusculus, pileo subcarnoso campanulato laeui aut papillato lituris rufescen-

Bb 4

tibus

tibus variegato, lamellis uncinato-decurrentibus, stipiteque albis. †

Agaricus tentatulé. *Bull. herb. t. 560. fig. 3.*

In graminosis ad terram in *Gallia* observatus.

*Stip.* 2 — 3 vnc. longus, vix lin. 1 crassus. *Lamel.* 1 — 2 lin. latae. *Pil.* 4 — 6 lin. latus: sursum striis rubellis, margine albicans. (*Q. ic.*)

253. AGARICVS CLAVVS: gregarius minutus, pileo subcarnoso papillato aurantio aut rubescente, lamellis latiusculis stipiteque solido? tenui albis. — *Bolt. funguss. p. 39. t. 39. f. B.* — *Bull. herb. t. 569.* cum diuersis quoad colorem varietatibus.

Hab. ad terram aut ad truncos et ramulos aridos, rarius, Autumno.

*Stip.*  $\frac{3}{4}$  vnc. longus, glaber, filiformis. *Lamel.* adscendunt, alternatim maiores. *Pil.* lin. 1 latus, medio praesertim croceo-aurantius.

OBS. Agaricus *Clavus*, stipitatus, pileo luteo conuexo striato, lamellis stipiteque albis *Linn. Sp. pl. p. 1644.* hanc ad speciem aut ad Agaricum *esculentum Wulf.* pertinet.

254. AGARICVS STROBILINVS: gregarius subfascicularis ruber, pileo campanulato subcarnoso laeui?, stipite solido basi caudato hirsuto. †

Agaricus coccineus *Sowerb. engl. fung. t. 197.*

Hab. ad ramulos praesertim vero in strobilis *Pini sylvestris.*

*Stip.* 2 vnc. et ultra longus, lin. 1 crassus. *Lam.* distinctae, totae adnexae. *Pil.* 3 — 4 lin. latus, umbonatus. (*Q. ic.*)

255. AGARICVS ROSEVS: gregarius parvus roseus, pileo campanulato papillato, stipite filiformi pallescente. — *Disp. meth. fung. p. 24.*

Agaricus fistulosus *Bull. herb. t. 518. prope Litt. P.*

Frequens quoque in pinetis nascitur. *Lamel.* arcuatae, dilutiores. *Pileus* 2 lin. latus.

256. AGARICVS INTEGRELIVS: minutus fascicularis candidus, pileo membranaceo hemisphaerico, lamellis decurrentibus subdistantibus: plurimis integris, stipite deorsum pubescente. *Ic. et descr. fung. p. 54. t. 13. f. 5.*

In umbrosis rarissime occurrit.

Bb 5

*Stip.*

*Stip.* vnc. 1 et vltra longus, cauus.  
*Lamel.* angustae, arcuatae, paucae dimidiatae. *Pil.* 1—2 lin. latus, primo conuexus, dein planiusculus.

257. AGARICVS LACTEVS: totus albus, pileo campanulato obtuso striato, lamellis distinctis adscendentibus, stipite longiusculo basi hirsuto.

Agaricus *Trichopus* Scop. *carn.* 2. p. 432?

Hinc inde in pinetis crescit.

β. Agaricus *pithyus*: totus albus minutus, pileo campanulato obtuso striato papillato, stipite tenui basi pilis densis foliis pini adnatus.

*Pil.* 2—3 lin. latus, iuniorum praesertim papillatus. *Lam.* stipiti subadnexae.

258. AGARICVS VVLGARIS: gregarius confertus paruus, pileo papillato demum subumbilicato subuiscoso-cinereo, lamellis albidis vncinatis, stipite viscoso crassiusculo. *Disp. fung.* p. 24.

Autumno pluuioso in pinetis vulgaris ad terram. *Stip.* foliis pini arcte adhaeret pilis, cinereus. *Pil.* 2—3 lin. latus, tener, fragilis.

259. AGARICVS CORTICOLA: minutus sparsus fuscescens, pileo hemisphaerico subpli-

subplicato, lamellis vncinato - adnexas  
albidis, stipite breuiusculo incuruo.

Agaricus corticalis *Bull. herb. t. 519.*  
*f. 1. a. b. huc pertinet.*

Agaricus pusillus, stipitatus parvus,  
pileo campanulato fuscescente striato,  
stipite breui incuruo *Hoffm. Nomencl.*  
*fung. p. 200. t. 5-4. non obstat, sed la-*  
*mellae liberae depictae sunt.*

Crescit in caudice inque rimis corticis  
Quercuum aut Salicum adhuc viuarum,  
aut ad muscos arboreos per totum hye-  
mem satis frequens reperiendus. Recens  
palescit, exsiccatus crispus et fuscus.  
*Pil. 1½ lin. latus. Stip. 3—5 lin. longus,*  
*tenuis, adscendens.*

SECTIO QUINTA. COPRINVS: *Pileus mem-*  
*branaceus fugax, aut subcarnosus, de-*  
*num lacerus. Lamellae deinde ni-*  
*grescente - liquescentes. Stipes (albi-*  
*cus), annulatus aut nudus. —407.*

\* *Membranacei, fere toti deliquie-*  
*scentes, lamellis tenuissimis.*

260. AGAR. COPR. COMATVS: gregarius,  
pileo conico squamoso albido: squamis  
flauescentibus, lamellis congestis primo  
albido - purpurascens, stipite longis-  
simo: annulo mobili. *Disp. fung. p. 62.*  
*Fl. dan. t. 854. Schmidel Ic. t. 10.*

Agari-

*Agaricus cylindricus*. Sowerby fung. t. 189.

*Agaricus porcellaneus*. Schaeff. fung. t. 46 et 47.

Hab. autumnno equidem non in fime-  
tis, sed in graminosis, ad sepes, passim  
et in hortis. Plerumque sub nomine  
*Agaricus fimetarius* notus.

*Pil.* primo cylindricus, sublaevis,  
albidus, dein squamosus, campanulatus,  
palescit, tandem margine incisus et de-  
liquescit. *Lamel.* albae ante deliquescen-  
dum purpurascunt. *Annulus* mobilis.

β? *Ag. ouatus*: pileo squamoso ouato,  
dein campanulato subcinereo, lamellis  
primo umbrinis, stipite radicato: annulo  
mobili. — Schaeff. fung. t. 7.

In locis ruderatis, arenosis, humidis.

Color unicolor cinerascens. *Pileus*  
vbique squamis maiusculis imbricatus,  
primo ouatus. Schaeff.

261. AG. COPR. PPLICATVS: cespitosus,  
pileo campanulato plicato fuscescente-  
cinereo, apice squamuloso, margine de-  
mum reuoluto, lamellis confertis latis,  
primo purpurascente - fuscis pruinatis.  
*Disp.* p. 62. *Commentarius* p. 27. *Light-*  
*foot scot.* 2. p. 1023. *Curt. Lond.* t. 101.

Agari-



Agaricus fimetarius Sowerby t. 138.

Hab. in pagis, ad saepes, et pratis.

*Stip.* transverse secatus, intus zonatus apparet, quales circulos etiam pilei substantia monstrat. *Pileus* apice squamis fuscescentibus adpressis gaudet, ad marginem demum liquescit et reuoluitur. *Lamel.* primo rubro-fuscae, dein nigrae, albido-puluerulentae, inter se subcohaerent.

262. AG. COPR. PICACEVS: pileo campanulato tenuissimo albido, in squamas latas sparsas demum rupto, lamellis denudatis confertis umbrinis, stipite longissimo bulboso nudo. †

Agaricus picaceus. Bull. herb. t. 206.

Sowerby fung. t. 170.

In ruderatis, in locis plantis putridis refertis, in *Anglia* et *Gallia*.

*Stip.* spithamam longus, cauus, glaber, nudus, 3—4 lin. crassus. *Lamel.*  $\frac{1}{2}$  unc. latae. *Pil.* ita tenuis, vt mox dehiscat lamellasque nudet.

263. AG. COPR. OBLECTVS: pileo albido tomentoso euanescente, lamellis denudatis primo rubris, stipite basi annulato. †

Agari-

Agaricus *oblectus*, stipitatus, pileo ab initio albo tomentoso, dein striato puluere rubro obducto lacerato, lamellis integris numerosis atris, stipitibus fistulosis albis: velo albo permanente. *Bolt. fung. p. 142. t. 142.*

Hab. in fimetis, in *Anglia*.

*Annul.* fere basi stipitis adhaeret. *Lamel.* puluere rubro primo oblectae, dein pro more nigrescunt, et cum pileo fisso inuoluuntur. *Bolt.*

264. AG. COPR. MACRORHIZVS: pileo campanulato griseo, stipite breuiusculo, radice longissima fusiformi. *Mich. N. G. pl. p. 139. t. 133. f. 2.*

Sero autumnno, super gallinarum fimo enatum vidit *Michelius*.

Propter radicem, ultra 6 vnc. longum, ab omnibus sese distinguit speciebus. *Stip.* pro ratione brevis,  $2\frac{1}{2}$  longus, 3 lin. crassus. *Pil.* in iuuentute squamosus. (*P. ic.*)

265. AG. COPR. CINEREVS: pileo conico sulcato subtomentoso cinereo: apice laeui liuido, margine demum lacerato inflexo, lamellis linearibus punctatis subflexuosis, stipite longo squamuloso. —

*Schaeff.*

Schaeff. fung. t. 100. Fl. dan. t. 1198. Michel. t. 30. f. 5.

Hab. in hortis, passim et in sylvis.

Stip. 5—7 vnc. longus, 3 lin. crassus, squamuloso-tomentosus. Lamel. ad marginem pilei dein flexuosae, lin. 1 fere latae.

3. Agaricus tomentosus, pileo (oblongo) ab initio pyramidali, postea campaniformi lacerato, lamellis numerosis angustis pallidis, margine atris, stipite (breui) cylindrico tomentoso. Bolt. fung. p. 156. t. 156. Bull. herb. t. 138.

γ? Agaricus pullatus, stipitatus, pileo campanulato plicato atro, stipite longo ventricosus albidus. Bolt. fung. p. 20. t. 20.

In fimetis et pascuis; citissime deliquescit. B.

266. AG. COPR. STRICTVS: pileo campanulato fissis strictis (non reuolutis), lamellis confertis nigris, stipite longissimo fibrilloso albo.

Hab. ad truncos passim.

Stip. spithamam fere longus, 3 lin. crassus, subincuruus, cylindricus. Pil. 2 vnc. altus, subfarinaceus, marginem versus

versus cinerascens, disco subrufescens, obtusus.

267. AG. COPR. NIVEVS: pileo campanulato squamuloso-farinaceo stipiteque tomentoso niueis, lamellis integris adnexas.

Hab. in fimeto equino in sylvaticis humidis.

*Pil.* 1 vnc. magnus. *Stip.* 3 vnc. altus, 2 lin. crassus, attenuatus.

268. AG. COPR. FERRUGINEVS: cespitosus, pileo campanulato sulcato ferrugineo, lamellis nitentibus primo roseis, dein cinereis, tandem nigrescentibus. *Disp. meth. fung. p.* 62.

Agaricus lignorum. *Schaeff. fung. t.* 66.

Agaricus micaceus. *Bull. herb. t.* 565.

Hab. non infrequens autumnis in sylvis ad truncos.

*Stip.* sublongus, 4 vnc. longus, albus. *Lamel.* ad latera et in margine glandulis micantibus obiectae. *Pil.* demum partitus, etiam subfarinaceo-micans.

β. *C. hortensis*: gregarius aut cespitosus, pileo subplicato flexuoso ochraceo, lamellis angustis primo subcaesiis dein nigrescentibus, stipite glabro mediocri crassiusculo.

Agari-

Agaricus truncorum. Schaeff. fung. tab. 4 ?

Crescit in hortis ad terram et ad ligna putrescentia, aestate post pluuias.

*Pileus* campanulatus, striato-sulcatus, margine flocculis farinaceis obtectus, demum incisus. *Lamel.* plures integrae, lineares, vna parte nigrae, altera parte pileo concolores. *Stip.* 2 — 3 lin. crassus, fistulosus.

γ? Agar. *extinctorius*: pileo campanulato, margine inaequali, sursum squamuloso pallido: apice fuscescente, margine demum lacero inciso, stipite longiusculo subradicato.

Agaricus *extinctorius*. Bull. herb. t. 457. f. 1.

*Stip.* 4 vnc. et ultra longus, 2 lin. crassus. *Pil.* subplicatus, demum ad apicem vsque multifidus. (*Q. ic.*)

269. AG. COPR. LACVNOSVS: solitarius aut subcespitosus, pileo campanulato obtuso expallescente ruguloso, lamellis subadscendentibus latiusculis purpurascente-cinereis, stipite mediocri cylindrico, deorsum squamuloso.

Rarius ad truncos crescit.

Cc

*Stip.*

*Stip.* 2 — 3 vnc. longus, lin. 1 et vltra crassus. *Pil.*  $\frac{1}{2}$  vnc. latus et altus, superficie quasi rimoso-lacunosus, substantia subfirma.

270. AG. COPR. GOSSYPINVS: cespitosus, pileo lato subplicato campanulato ochraceo, lamellis distinctis liberis, stipite cauo villosus deorsum incrassato. †

Agaricus gossypinus. *Bull. herb. t.* 426. *f.* 2.

Ad terram veris fine in *Gallia*.

Ab initio tomento inuolutus est et albicans, dein glaber et pallescente-rufus fit. *Lamel.* 4 lineas latae. *Stip.* fere totus villosus remanet. *Pil.* 3 vncias fere latus. (*Q. ic.*)

271. AG. COPR. MACROPVS: pileo hemisphaerico molli albido-pallescente, lamellis griseis, margine albidioribus, stipite longo, annulo fugaci.

Ad terram solitarie crescit.

*Stip.* cauus, 3 — 4 vnc. longus, pileo concolor, lin. 1 fere crassus. *Lam.* primo incarnato-griseae, nigropunctatae, adnatae, horizontales. *Pil.* conuexo-planus, disco glaberrimus.

272. AG. COPR. VITELLINVS: fragilis, pileo viscido dilute vitellino, lamellis  
distin-

distinctis argillaceis, stipite fistuloso farinaceo puluerulento nudo.

Hab. vere in fimeto equino gregarie.

*Stip.*  $2\frac{1}{2}$  vnc. longus, 2 lin. crassus.

*Lamel.* flaccidae, ad latera subplicatae, adnexae, adscendunt. *Pil.* campanulatus, obtusus, apice laete vitellinus, striatus.

273. AG. COPR. DISSEMINATUS: congestus parvus fugax, pileo semiouali striato - plicato, primum subochraceo, dein griseo, lamellis distinctis semiadnexis albido-fuscescentibus, stipite ut plurimum incuruo. *Commentarius* p. 85. (*Schaeff. fung. t. 308. aetate iuniore.*)

$\beta$ ? *Ag. digitaliformis*: maior, pileo campanulato, lamellis liberis, stipite stricto longiusculo. *Bull. herb. t. 525. f. 1.* (Color ceterum non recedit.)

*Agaricus striatus* *Sowerb. fung. t. 166.* (paulo modo maior est, quam noster fungus.)

Frequens aestate et autumno ad truncos, praesertim in *Salicibus cavis* occurrit, super quos quasi disseminatus est.

*Stip.* vnc. 1 longus, vix lin. crassus.

*Lamel.* latiusculae, aquosae, demum nigrescunt. *Pil.* digitaliformis, 3 lin. altus et totidem fere latus.

274. AG. COPR. DOMESTICVS: pileo campanulato obtuso undulato sulcato fuligineo: squamulis furfuraceis, lamellis confertis linearibus primo caesio-rubris, dein brunneis nigricantibus.

Hab. in domiciliis ad muros humidos.

*Stip.* 3 vnc. longus, 3—4 lin. crassus, subulatus. *Pil.* 1—2 vnc. latus, ad apicem sulcatus: disco laevis. *Lamel.* apici stipitis adnexae.

obs. Huius loci: *Agaricus domesticus*, stipitatus, pileo conico subfusco lacerato-squamoso, lamellis integris griseo-pallidis, stipite fistuloso-albido. *Bolt. funguss. p. 26. t. 26.*

275. AG. COPR. PVLCHER: tener, fugax, pileo umbilicato planiusculo plicato: plicis latiusculis caesiis, lamellis liberis distantibus, stipite elongato albido-rufescente. — *Disp. meth. fung. p. 63.*

*Agaricus semistriatus. Fl. dan. t. 1134.*

*Agaricus plicatus. Curt. Fl. lond. ic. Withering. arrang. 4. p. 297.*

Hab. in hortis, pratis, riuulis exsiccatis.

*Stip.* basi subtuberosus, subelastiscus. *Lamel.* a stipite remotae ("limited by a  
fleshy



fleshy circle in the centre" Withering) nigrescente-cinereae. *Pil.*  $\frac{3}{4}$  vnc. latus, mollissimus, sulcato-plicatus: striis furcatis, apice glaber, rufo-ochraceus.

$\beta$ . *Copr. subsimilis*: pileo membranaceo, planiusculo cinereo: apice squamoso-rimoso nigricante, lamellis angustis flexuosis, stipite albo puluerulento.

Hab. in hortis stercoratis.

OBS. Antecedente paullulum minor. *Lamellae*, vti in praecedente, stipiti annulatim fere adnexae. *Pilei* sulcae subtomentosae, dichotomae.

276. AG. COPR. NARCOTICVS: pileo conuexo cinereo, plicis densis bifidis distinctis plicato, vertice integro; stipite subulato; lamellis rarioribus integris et dimidiatis alternis. *Batsch El. fung. Cont. 1. p. 79. t. 16. f. 77.*

In via graminosa inuentus; odorem spargebat valde narcoticum, qui observatorem vehementi afficiebat capitis dolore.

*Pil.* initio oblongus, dense striatus et squamulis recurvatis villosus, demum explanatus absque villis,  $\frac{1}{2}$  vnc. latus. *Lam.* in iuniori cinerascentes, latiusculae. *Batsch.*

277. AG. COPR. PAPILLATVS: pileo griseo furfuraceo, campanulato lacero, margine striato, vertice papilligero, stipite lineari, laminis integris crassioribus, et reliquis vix breuioribus teneris, vtrisque alternis. *Batsch l. c. p. 81. f. 78.*

In terra nuda orbitalium viae vectoriae repertus.

*Stip.* apice furfure atro inquinatus, linearis ( $1\frac{1}{2}$  vnc. longus). *Pil.* primo oblongus, floccoso-furfurosus, disco papillulis oblongis concoloribus obsitus, ( $\frac{3}{4}$  lin. fere latus). *Lamel.* atrae, margine albido. *B.*

005

278. AG. COPR. ELLIPTICVS: pileo plano elliptico dilute caesio s. albidocinereo, lamellis planiusculis subconfertis, primo subpurpurascens, demum cinnamomeis, stipite breui nitido.

Rarissime ad truncos.

*Stip.* vnc. 1 longus. *Lamel.* lin. 1 latae, subadnexae, tenuissimae. *Pil.* tenerimus, striatus. Ad *Pratellas* amandandus?

279. AG. COPR. EPHEMERVS: gregarius minor, pileo campanulato demum partito striato glabro subcinereo: disco rufescente, stipite longo glabro.

Agari-

Agaricus ephemerus. *Bull. herb. t. 542.*  
f. 1. d.

Hab. in stercorariis.

*Stip.* 4—5 vnc. longus, subcylindricus,  $\frac{3}{4}$  lin. crassus. *Pil.* margine demum subinuolutus,  $\frac{1}{2}$  vnc. latus.

280. AG. COPR. RADIATUS: minutissimus griseus fugax, pileo demum planiusculo radiato - fisso: disco ochraceo, lamellis distantibus, stipite filiformi. — *Bolt. funguss. p. 39. t. 39. f. C.*

Agaricus ephemerus. *Bull. herb. t. 542.*  
f. 1. e. f. g. h. — et f. 2. Ag. stercorarius.

Crescit autumnno in stercore equino in graminosis syluaticis. Fungus valde tener est, halitu delendus. *Pil.* initio totus ochraceus et subtomentosus, vix lin. 1 latus.

\*\* *Subcarnosi, lamellis demum nigro-fuliginosis, maculato - nebulosis.*

OBS. Transitum adsequentem familiam efficit.

281. AGARICVS SEMIGLOBATUS: pileo carnoso hemisphaerico subuiscoso flavescente, lamellis latissimis horizontalibus nigrescente-nebulosis, stipite longo annulato.

*Agaricus semiglobatus* *Batsch. El. fung. p. 141. f. 110. Sowerb. fung. t. 248. — Bull. herb. t. 566. f. 4?*

*Agaricus glutinosus* *Curt. Fl. lond. t. 69. Hab. in fimo, in pratis syluaticis.*

*Stip. nonnunquam punctis atris adspersus. Lamel. totam pilei cauitatem explent, stipiti adnexae. Pil.  $\frac{1}{2}$  —  $\frac{3}{4}$  vnc. latus, semiglobatus. Annul. fugax.*

282. AGARICVS SEMIOVATVS: pileo campanulato viscoso subflauescente, lamellis adscendentibus cinereo - nigrescentibus nebulosis, stipite longo, annulo paruo. — *Withering. arrang. 3. p. 296. Sowerb. fung. tab. 131.*

*Agaricus fimiputris. Bull. herb. t. 66.*

*In fimo vaccino gregarie. (In Hercynia).*

*Stip. 3 — 4 vnc. longus, pileo concolor, basi fuliginosus. Pil. semiovatus, primo glutinosus, exsiccatus fulget, sublucunosus. Lamel. non planae sunt.*

283. AGARICVS DEPILATVS: stipite solido velato (annulato) squamoso - squaroso, pileo fastigiato laevi (glabro) livido - fuscescente, lamellis nigris. *Vahl. in Fl. dan. t. 1191. Ag. squarrosus.*

In

In truncis betulinis *Finmarkiae*.

*Stip.* 5 vnc. altus,  $\frac{1}{2}$  vnc. crassus. *Lamel.* plano-adnexae, atrae. *Pil.* latitudine palmari, umbonatus, cinnamomeus, squamis destitutus. (*Q. ic.*) — *Sequenti* affinis.

284. AGARICVS SQVAMOSVS: subcespitosus, pileo carnoso umbonato ochraceo; margine sparsim squamoso, lamellis latis nigrescente-nebulosis, stipite longo squamoso annulato.

$\beta$ . *Ag. distans*: annulo infra medium stipitis adnexo. *Disp. meth. fung. p. 23.*

$\gamma$ . *Agaricus nitens. Vahl. l. c. t. 1064.*

Ad truncos passim.  $\beta$ . in viginosis intra folia decidua.  $\gamma$ . in fimeto vacino secundum *Vahl.*

*Stip.* deorsum ferrugineus. *Pil.* subviscosus, margine fimbriatus. *Lamel.*  $\frac{1}{2}$  vnc. latae.

285. AGARICVS VELVTINVS: cespitosus fragilis, pileo hemisphaerico umbonato piloso-squamoso ferrugineo, lamellis confertis fusco-nebulosis: margine albedo, stipite fibrilloso cortinato.

*Agaricus lacrymabundus. Sowerby fung. tab. 41?*

β. *Agaricus macrourus*. *Abbildung d. Schwämme*, H. 3. ic.

Autumno satis frequens ad truncos, aut passim in graminosis.

Totus fragilis subpulcher. *Lamel.* e longinquo purpurascunt, dentatim decurrunt, margine flocculosae. *Stip.* pileo concolor, sed dilutior.

286. AGARICVS PAPILIONACEVS: pileo subcarnoso campanulato fuligineo (subnigrescente) lamellis totis adnexis cinereo-nigroque variis: margine albidis, stipite apice sulcato atro-puluerulento.  *Ic. et descr. fung. 2. p. 40. Ag. varius.*

*Agaricus papilionaceus Bull. herb. t. 561. f. 2. huius loci.*

*Agaricus acuminatus. Schaeff. t. 202?*

Hab. satis frequens in pascuis, et syluaticis graminosis.

*Stip.* 5 vnc. longus, ex liuido rufescens. *Lamel.* 2—3 lin. latae, primo griseae, subdecurrunt. *Pil.* glaber, aut obsolete squamulosus.

β. *Ag. equinus*: minor, pileo subcarnoso campanulato pallescente-vmbrino; lamellis planis rectis cinereo nigroque variegatis, stipite puluerulento-squamoso. *Abbild. d. Schwäm. H. 3. ic.*

In

In fimeto equino. An tantummodo statum huius fungi iuniorem exhibet?

obs. Vt subspecies aut varietates huc etiam referri possunt Agaricus carbonarius *Batsch El. fung. t. 2. f. 6.* et Ag. carneus *Eiusd. t. 18. f. 97.*

287. AGARICVS CINCTVLVS: stipit. pileo conuexo fuluo: cincto obscuriore picto, lamellis trifidis latis nigris, stipite longo fistuloso fusco. *Bolt. fung. p. 152. t. 152.*

In fimeto, in pratis post pluuias circa *Hallifax* repertus.

Antecedente, cui cognatus, paullo maior. *Cingulus* s. *zona*, versus marginem pilei colore multo obscuriore, per ipsam pilei substantiam penetrat.

288. AGARICVS FOENISICII: gregarius fragilis, pileo campanulato fuscescente-fuligineo, lamellis subuentricosis nebulosis subumbrinis, stipite subincrassato glabro nudo. *Ic. et descr. fung. p. 42. t. 11. f. 1.*

In pratis post foenisicium; passim etiam in fimo vaccino occurrit. Ag. nr. 286. vna parte minor, et multo tenerior est; etiam stipite glaberrimo distinguitur.

289. AGARICVS COPROPHILVS: pileo subcarnoso late umbonato rufescente-fuligineo, lamellis latis ventricosis arcuato-adnexis liuidis aut giluis, stipite hirsuto cinerascente. *Bull. herb. t. 566. fig. 3. †*

Hab. in fimetis, in *Gallia*.

*Stip.* 2.—3 vnc. longus,  $1\frac{1}{2}$  lin. crassus, sensim demum glaber?, cauus. *Lamel.* ultra  $\frac{1}{2}$  vnc. latae. *Pil.* in iunioribus ouatus, etiam lanuginosus, margine (velo?) fimbriatus. (*Q. ic.*)

290. AGARICVS BULLACEVS: gregarius paruulus, pileo hemisphaerico, margine striato obscure rufo, lamellis latissimis cinnamomeis planis, stipite subbreui lanuginoso, pallescente-albo. — *Bull. l. c. t. 565. f. 2.*

In fimeto quoque occurrit.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. altus, cauus, basi subincuruus. *Lamel.*  $\frac{1}{2}$  vnc. latae, non nebulosae videntur.

291. AGARICVS FIMICOLA: gregarius, pileo subcarnoso hemisphaerico rufescente-alutaceo, lamellis latiusculis fuscis, stipite fistuloso nitido pileo concolore. †

Prov.



Prov. in pascuis et in stercore vaccino.

*Stip.* 2 — 3 vnc. longus, lin. 1 fere crassus; apice subincrassatus, puluerulentus. *Lamel.* adnatae, 2 lin. fere latae.

292. AGARICVS ERICAEVS: solitarius pileo subcarnoso hemisphaerico obsolete papillato fuluo-ferrugineo, lamellis latiusculis nebulosis nigris, stipite nudo subtenaci elongato.

Agaricus helvolus *Schaeff. fung. t. 210?*

Nascitur in ericetis, (prope *Hannoveram* satis frequens.)

OBS. Lamellis nigris ad pilei colorem fuluum nitidum mox distinguitur. *Lamel.* margine subalbicantes. *Pil.* vnc. 1 — 1  $\frac{1}{2}$  latus est.

293. AGARICVS DICHROVS: pileo subcarnoso hemisphaerico subviscoso spadiceo nitido, lamellis distantibus cinereis nigro-punctatis, stipite longo nudo.

Occurrit passim in pratis montosis, regionibus arenosis.

*Stip.* ad 4 vnc. longus, subfuluus, demum flexuosus. *Pil.* dein subplanus. *Lamel.* subuentricosae, adnatae. — Antecedenti forte nimis affinis.

294. AGARICVS VARIVS: paruulus, pileo campanulato nitido pallido et liuido vario, lamellis variegatis adscendentibus, stipite tenui rufescenti subtenaci.

Agaricus *varius*, stipitatus, pileo conico obtuso: colore vario cinerario griseo siue nigro, lamellis trifidis, stipite filiformi. *Bolt. funguss. p. 66. t. 66.*

Crescit passim in *Salicetis*, inter gramina.

*Stip.* 2 vnc. et ultra longus, lin. 1 crassus. *Pil.* 3 lin. latus, colore et magnitudine varius.

295. AGARICVS VDVS: gregarius terrestris, pileo subbreui ruguloso, primo subochraceo, expallescete, lamellis exalbido subpurpurascentibus demum nigris, stipite longissimo basi villosa.

Autumno inter gramina in syluaticis locis humidis.

Substantia aquosa. *Stip.* 4—6 vnc. longus. *Pil.*  $\frac{1}{2}$  vnc. fere latus, obtusus. *Lamel.* subuentricosae.

296. AGARICVS BOLTONII: stipitatus (tener), pileo hemisphaerico centro saepe fastigiato (vmbonato) pallide flauo, stipite basi crassiusculo, velo fugaci. *Bolt. funguss.*

*funguss. p. 149. t. 149. Sowerb. fung. p. 96.*

*Agaricus flavidus.* (exclus. synonym.)

In fimeto vaccino et in pratis Anglicis crescit.

*Stip.* deorsum incrassatus, cauus, elongatus, fissilis. *Cortina* in iunioribus tantum visibilis. *Lamel.* primo albidae, dein flavae, tandem fuscae. *Pil.* subviscosus, striatus,  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus, demum diffluit. *B.*

OBS. A sequente vix quoad speciem distingui potest, nisi magnitudo et cortina, in sequente a me nondum observata, obstat.

*Agaricus flavidus* Schaeff. longe alia et carnosa species est; (vid. supra) hinc nomen in honorem primi inuentoris mutandum erat.

297. AGARICVS TITVBANS: nitidus fragilis (minor), pileo campanulato striato viscoso pallescente: disco flauo, lamellis distinctis incarnatis, stipite lutescente. — *Bull. herb. t. 425. f. 1. Sowerb. l. c. t. 128.*

His in locis rarissime in fimo equino inueni, in syluaticis, elegantem hanc speciem, cui *Stipes cylindricus tenuis*, 3 vnc. longus, et *Pileus vnc. 1* latus est. Substantia tenerrima.

298. AG. COPR.? CEPÆSTIPES: cespitosus, pileo campanulato striato, lamellis liberis, stipite ventricosso basi solido. — *Sowerb. fung. t. 2.* (cum duabus varietatibus.)

*α. cretaceus*: totus albus.

*Agaricus cretaceus Bull. herb. t. 374.*

*β. luteus*: totus luteus.

*Agaricus luteus With. Arrang. 3. p. 344.*

*Agaricus luteus*: gregarius totus luteus, stipite subbulboso annulato, pileo obtuso conico piloso-squamoso, velo araneoso, substantia sicca. *Bolt. funguss. p. 50. t. 50?*

In fimetis crescit.

Secundum figuras *Sowerbei* distinctissima species! *Annulus* manifestus, infundibuliformis? *Pil.* tenuis, fragilis, obsolete squamosus videtur, an diffluit? Secundum *Boltonii* descriptionem, si eius fungus idem sit, potius *Amanitæ* species est.

299. AGARICVS CILIARIS: (magnus) stip., pileo conico primum tecto puluere niueo postea glutinoso, margine ciliato, lamellis trifidis nigris, stipite bulboso (cortinato). *Bolt. fung. p. 53. t. 53.*

Prov.

Prov. frequentius in recenti fimeto, sed et passim in pascuis reperitur prope *Hallifax*.

*Pil.* colore substramineus, ad tactum mollis, eius margo ultra lamellas prominet et nigro-ciliatus est. *Lamel.* oblan- ceolatae. *Stip.* subdurus, basi farctus, ceterum fistulosus, nonnunquam pulvere griseo obtectus. *Bolton*.

OBS. An satis distinctus ab *Ag. semiouato*?

500. AGARICVS EXTINGTORIVS: pileo campaniformi albido lacero, lamellis niveis (fuscescentibus), stipite subbulboso subulato nudo. *Bolt. l. c. p. 24. t. 24. et LINNAEI?*

In arenosis provenit. Nunc solitari- us, nunc cespitosus. *Radiculae* fuscae. *Stip.* 5 vnc. longus,  $\frac{1}{2}$  crassus, cylindri- cus. *Lamel.* primo niueae, demum in succum fuscum soluuntur. *B.*

SECTIO SEXTA. PRATELLA: pileo car- noso aut submembranaceo laevi, per- sistente; lamellis subnebulosis, de- mum atroinquinantibus aut unicolori- ribus subaquis, pulvere seminali demum obscurioribus; stipite annu- lato aut nudo.

(An *Agaricus haematospermus*, *viscidus* et *Gomphus* huc melius re- ferendi?)

\* *Pileo carnoso, stipite annulato.*

301. AGARICVS EDVLIS: gregarius magnus, pileo candido laevi aut obsolete squamoso, lamellis rubris, stipite longo bulboso: annulo manifesto. *Commentarius* p. 123. *Bull. herb. t. 514.*

Agaricus aruensis. *Schaeff. fung. t. 310-311.*

Fungus totus albus edulis *Vaill. bot. paris p. 75. nr. 8.* Fungus esculentus magnus albus etc. *Mich. N. g. pl. p. 174. nr. 1.*

Hab. in pinetis, aut in pratis montosis, vbi iam e longinquo colore albo distinguitur. *Stipes* laevis, pariter albus.

302. AGARICVS CAMPESTRIS: pileo carnoso planiusculo rufo-squamoso, lamellis rubescente-fuscis, stipite breui: annulo incompleto. *Commentarius* p. 13. *Schaeff. fung. t. 33.*

Agaricus campestris. *Linn. Schaeff. fung. t. 33. Bull. herb. t. 134. et t. 514?*

Satis frequens in pratis et pascuis colliculosis, rarius in syluis. *Stip.* deorsum tenuis, pro ratione brevis, vix vnc. 1 longus,  $\frac{1}{2}$  vnc. crassus, albidus, subtomentosus.

β. *A. vaporarius*: maior, pileo convexo piloso-squamoso rufescente-vimbrino,

brino, lamellis fuscis, stipite tuberoso squamuloso.

In vaporariis, vbi saepe cibi causa colitur. *Pil.* nonnunquam spithamam latus. *Annulus* tumidulus.

303. AGARICVS ECHINATVS: pileo convexo squamoso echinato fuliginoso, margine membrana lacera cincto, lamellis miniatis, stipite recto squamoso purpureo. *Roth. catal. 2. t. 9. f. 1. Gunner Fl. norweg. 2. p. 125. t. 7. f. 6.*

In vaporariis?

*Stip.* annulatus?  $1\frac{1}{2}$  — 2 vnc. longus, basi nigricans: squamis fuliginosis. *Pil.* subcarnosus, pulvere cinereo-fusco et squamis erectis obsitus. *Lamel.* confertae, basi lata stipiti adnexae. *Roth.*

304. AGARICVS AERUGINOSVS: pileo carnoso glutinoso aeruginoso: exsiccatione flaescente, lamellis planis adnatis purpurascensibus fusco-variegatis, stipite squamoso: annulo fugaci. — *Curt. Fl. lond. t. 309. Commentar. p. 1. Schaeff. fung. t. 1. Ag. viridulus.*

Agaricus cyaneus *Bull. herb. t. 530.*

Agaricus politus *Bolt. fung. t. 30.*

Agaricus Beryllus *Batsch fung. f. 215.*

D d 2

Crescit

Crescit elegans haec species in syluis ad truncos. *Annulus* nonnunquam deest.

305. AGARICVS MELANOSPERMVS: pileo carnoso conuexo-flauescente lamellis rotundatis subadnexis, primo flavescentibus demum nigris, stipite albido annulato deorsum incrassato. — *Bull. herb. t. 540.*

Hab. in Gallia.

*Stip.* cauus. *Lamel.* 3 lin. latae. *Pil.* 2 — 3 vnc. latus, in nonnullis demum subdepressus et repandus. (*Q. ic.*)

306. AGARICVS PRAECOX: subgregarius, pileo carnoso hemisphaerico alutaceo-lutescente primo albido, lamellis planis tenuibus aquose fuscis, stipite solido subtenaci: annulo fugaci. *Commentarius p. 89.*

*Agaricus candicans. Schaeff. fung. t. 217.*

Hab. aestate iam mature post pluvias ad versuras agrorum, in graminosis.

*Pil.* subnitens, parum viscosus, ab initio fere albidus. *Lamel.* subnebulosae, dilute oliuaceae. *Annul.* nonnunquam deest.



307. AGARICVS SILACEVS: subgregarius terrestris, pileo carnoso viscoso aurantio-rufo (aut bolari), lamellis confertis subuirescente-cinereis, stipite bulboso cortinato.

Nitida haec species rarius autumnoad terram occurrit.

*Pil.* conuexo-planus, 3 vnc. fere latus: *Stip.* lutescens bulbosus: bulbo submarginato. *Cortina* fibrillosa.

308. AGARICVS LATERITIVS: cespitosus magnus (truncigenus), pileo carnoso subuiscoso lateritio: margine flavescente, lamellis distinctis subnebulosis virescente-cinereis, stipite longo subsolido: annulo fugaci nigrescente. *Commentarius* p. 19. *Schaeff.* t. 49. f. 4-5.

Agaricus amarus *Bull. herb.* t. 30.

Agaricus auratus *Fl. dan.* t. 320.

β. Agaricus pomposus *Bolt. fung. tab.* 5.

Frequens ad truncos putrescentes. *Stip.* basi subconnati. *Lamel.* praesertim demum deliquescunt et nigricant. Sapor amarus.

309. AGARICVS FASCICVLARIS, α. *prinulus*: minor cespitosus, pileo subcar-

Dd 3                      noso

noso vimbonato ochraceo, lamellis nebulosis virescentibus, stipite cauo tenui: cortina pilosa nigrescente. *Commentar. p. 19. Bolt. fung. t. 29. Batsch El. fung. t. 7. f. 29.*

*Agaricus puluerulentus Bull. l. c. t. 49.*

Prov. iam mature post diuturnas pluuias ad latera truncorum. Sapor etiam amarus. *Stip.* deorsum ferrugineus. *Discus* pilei colore obscuriore.

$\beta$ . *A. Praticola*: solitarius paruus, pileo carnoso-membranaceo ochraceo, lamellis distinctis planis virescente-cinereis, stipite longo tenuissimo.

Rarius in pratis inter gramina crescit. *Pil.*  $\frac{1}{2}$  vnc. latus. Etiam subnigrescente-liquescit, et amarus est.

$\gamma$ . *Agar. marginatus*: gregarius, pileo campanulato subferrugineo: margine tomentoso albicante, lamellis ex virescente nebulosis, stipite nudo fibrilloso argenteo-nitido. *Obs. myc. 1. p. 11.*

Ad truncos abietinos in Hercynia mihi obuius. *Lamel.* adscendunt. *Stip.* fistulosus,  $1\frac{1}{2}$  — 2 vnc. longus, basi villosus. *Sapor* quoque amarus.

\*\* *Pileo ut plurimum fragili membranaceo (subaquosa substantia), stipite nudo*

310. AGARICVS STIPATVS: cespitosus congestus fragilis, pileo glabro fuscescente-liuido: exsiccatione ruguloso pallescente, lamellis confertis incarnato-fuscis, stipite albicante subnudo.

*Agaricus spadiceus Schaeff. fung. t. 237.*

Ad truncos agmine denso crescens, et fasciculum capitis formam sistens.

*Pil.* iuniorum aquose rufus aut subspadiceus. *Lamell* subnebulosae, purpureo fuscae, puluerulentae.

*β. A. appendiculatus*: pileo campanulato subspadiceo margine villo appendiculato. — *Bull. herb. t. 397.*

Crescit quoque in truncis, antecedenti omnino similis, a quo vero pileo margine cortinato differt.

311. AGARICVS CERNVVS: pileo hemisphaerico albido, lamellis cinereo-nigricantibus, stipitibus subsolitariis fistulosis nudis curuatis. *Vahl in Fl. dan. t. 1005.*

Hab. in *Dania.*

312. AGARICVS DENTICVLATVS: (subaquosus tenuis) pileo hemisphaerico purpureo-liuido, lamellis margine dentatis,

tis, stipite fistuloso fuscescente. *Bolt. fung. p. 4. t. 4.*

In sylvaticis prope *Halifax* rarius.

*Lamel.* pilei substantia et colore, margine appendiculis nigrescentibus. *Pil.* 2—3 vnc. latus, substriatus, carne destitutus, dein dissoluitur. *Bolt.*

313. AGARICVS FIBRILLOSVS: pileo submembranaceo hemisphaerico albicante, lamellis latissimis purpurascentibus margine nigris, stipite longo albido: fibrillis nigrescentibus obsito.

Rarissime ad terram inter folia decidua.

*Lamel.* planae, stipiti fere totae adnexae, etiam nigropunctatae. *Pil.* 1½ vnc. latus.

314. AGARICVS CORRUGIS: pileo submembranaceo campanulato subrugoso roseo, lamellis subviolaceo-nebulosis, stipite elongato albo. — *Disp. meth. fung. pag. 24.*

*Agaricus pellospermus Bull. herb. t. 561?*

In hortis locis vmbrosis et passim in syluis.

*Stip.*

*Stip.* glaber, basi pilosus. *Lamel.* annexae, latiusculae. *Pil.* demum rugulosus, acute umbonatus.

315. AGARICVS GRACILIS: totus fragilis, pileo membranaceo campanulato acuto mollissimo, lamellis linearibus nigrescente-cinereis, stipite longissimo glabro.

α. pileo colore incarnato.

β. pileo sordide ochraceo, aut subrufescente.

γ. pileo exalbido dilute alataceo.

Agaricus diffusus *Batsch El. fung.* p. 145.

δ. *A. cuspidatus*, pileo conico acuto rubro-fusco, lamellis subfuscis basi angustis, stipite fistuloso. *Bolt. fung.* p. 66. tab. 66.

In syluaticis inter folia.

OBS. *A. gracilis* ad tenerrimas et fragillimas pertinet species. *Stipes* spithamam longus, fistulosus, basi villosus. *Pil.* titubans, vnc. 1 et ultra longus.

316. AGARICVS PAPYRACEVS: stipit., pileo hemisphaerico membranaceo albido, lamellis trifidis remotis pallidis, stipite albido fistuloso. *Bolt. fung.* p. 11. t. 11. *Ag. membranaceus.*

In vmbrosis ad truncos quercinos.

*Pil.* 2 vnc. fere latus, siccus, substantia et tactu papyrum adaequat. *Stip.* fragilis, 3 vnc. fere altus. *Lamel.* liberae, tenerrimae, dein fuscescentes, tandem nigrescunt. *Bolt.*

317. AGARICVS CONFERTVS: cespitosus, pileo conico albido acuminato, lamellis fusco-pallidis, stipitibus numerosis albidis *Bolt. l. c. p. 18. t. 18.*

Secundum auctorem ad cortices in vaporariis crescit. Substantia tener. *Pil.*, qui vix  $\frac{3}{4}$  vnc. latus est, exsiccatu papyraceus fit. *Stip.*  $2\frac{1}{2}$  vnc. longus, filiformis.

An potius *Coprini* species?

318. AGARICVS CAMPANVLATVS: gregarius brunneus, pileo campanulato obtuso laeui, lamellis confertis latissimis liberis, stipite longo: iuniorum subannulato. — *Bull. herb. t. 552. f. 1.*

Nascitur in Gallia ad terram.

*Stip.* 4 vnc. longus, 2 lin. crassus, cauus, subcinerascens. *Lamel.* 4 lin. laetae rufescente-ferrugineae. *Pil.* vnc. 1 latus, variat colore obscure ochraceo et subbadio. (*Q. ic.*)

319. AGARICVS CONOCEPHALVS: subsolitarius, pileo campanulato-conico cinereo-liuido striato, lamellis liberis obscure rufis, stipite longo albido. — *Bull. herb. t. 563. f. 1.*

Hab. in Gallia.

OBS. Agarico *tenero* paullo maior, cui similis, colore vero et lamellis liberis ab illo quam maxime diuersus.

320. AGARICVS PASCVVS: subsolitarium, pileo submembranaceo nitido ab initio conico dein dilatato subflexuoso umbrino subnigrescente, lamellis latiusculis incarnato-rufis. *Commentar. p. 94.*

In pascuis, aut in graminosis montosis, hinc inde passim.

*Pileus* carnosomembranaceus quidem, sed tamen tenuis et fragilis. *Lamel. emarginatae. Stip. 2 vnc. longus.*

321. AGARICVS FVLIGINEVS: gregarius fragilis, pileo campanulato obtuso fuligineo-liuido: papilla obsoleta, lamellis tenuibus e cinereo albido-incarnatis, stipite mediocri deorsum incrassato.

Hab. ad terram. Priori affinis. *Lamel. vix adnatae confertae, flaccidae. Pil.  $\frac{1}{2}$  vnc. latus, tenuis, demum rugulosus.*

322. AGARICVS CAESIUS: pileo planiusculo fusco, lamellis griseo-fuscis, stipite subsolitario inani nudo basi albedo. *Vahl in Fl. dan. t. 1010.*

In pratis *norwegicis* post foenisicium.

*Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus, umbilicatus? fragilis? *Lamel.* confertae, nebulosae? *Stip.*  $2\frac{1}{2}$  vnc. longus, 2 — 3 lin. crassus, cylindricus, deorsum villosus? (*Q. ic.*)

323. AGARICVS OBTVSVS: pileo subcarnoso campanulato obtuso nitido dilute badio, lamellis umbrinis subnebulosis margine albidioribus, stipite deorsum incrassato pallescente-albido.

Satis pulchra species rarissime ad truncos putrescentes occurrit.

*Stip.* pro ratione crassus, basi albovillosus. *Lamel.* sublineares, totae annexae. *Pil.*  $\frac{3}{4}$  vnc. altus, demum subrugosus.

324. AGARICVS MONTANVS: gregarius paruus, pileo subcarnoso conuexo fuscescente, lamellis planis latiusculis umbrinis subnebulosis: margine demum subalbicante, stipite breuiusculo. *Obs myc.*

1. p. 9.

β? Agaricus subhepaticus *Batsch El. fung. f. 211*; qui quamuis loco, magnitudine



tudine et colore equidem haud absimilis, pileum tamen subinfundibuliformum habet.

Meum fungillum in locis montosis sterilibus (in monte *Heimberg*) satis frequentem inueni. *Pil.* pro diuersa aeris conditione plus minusue obscurus est. *Lamel.* latiusculae, demum subnigrescunt.

SECTIO SEPTIMA. LACTIFLUVS: pileus carnosus ut plurimum depressus; lamellae lactescentes. (*Agarici lactescentes auctorum.*)

\* *Pileo albido.*

325. AG. LACTIFL. PIPERATUS: pileo infundibuliformi margine expanso glabro albido, lamellis congestis furcatis candidis pallescentibus. *Obs. myc.* 2. p. 40. *Batsch fung.* t. 13. f. 59. *Bolt. fung.* t. 21. *Schaeff.* t. 83.

Hab. frequens in fagetis. *Pil.* ab initio hemisphaericus, applanatus. Sapor valde acris, piperatus.

β. *L. exsuccus*: magnus infundibuliformis exsuccus, lamellis distantibus pallescentibus subcrispis. *Obs. l. c.* p. 41. *Buxb. Cent.* 4. p. 1. t. 1.

Rarius hinc inde occurrit. Duplo fere maior, quam α., sed exsuccus est, parum foetet.

326. AG. LACTIFL. CONTROVERSUS: cespitosus albus, maculis zonisque sanguineis variegatus, pileo planiusculo, margine reuoluto tomentoso. *Obs. myc.* 2. pag. 39.

Hab. cum priore. An verus Agaricus piperatus *Linnaei*?

Sapor quoque valde acris. *Lamel.* vero simplices sunt, incarnatae.

obs. Ag. sanguinalis *Batsch El. fung. Cont. 2. p. 47. t. 36. f. 201.* fungum nostrum in statu adultiore et exsiccato sistere videtur.

\*\* *Pileo pallido, aut flavescente.*

327. A. LACTIFL. TORMINOSVS: pileo umbilicato zonato dilute ochraceo, margine reuoluto villosa. *Obs. myc.* 2. p. 41. *Schaeff. t. 12. Bull. t. 519. f. 2.*

Prov. in graminosis, ad versuras agrorum, passim in syluaticis. *Stip. brevis, sublacunosus. Lamel. subramosae, albae.*

328. A. LACTIFL. FLEXVOSVS: gregarius flexuosus, pileo late umbilicato incarnato-vitellino obsolete zonato, stipite breuissimo albido. *Vaill. bot. t. 12. f. 7.*

Agaricus zonarius *Bull. herb. t. 104.* Varietas: pileo aequali, pallidiore.

In

In pratis montosis post pluuias.  $\beta$ . in syluis passim prouenit.

*Stip.* subexcentricus. *Lamel.* pallescunt, basi dentato-connexae. *Pil.* 2 — 4 vnc. latus.

329. A. LACTIFL. THEIOGALVS: minor, pileo depresso subconnato stipiteque rufo, succo flauo. — *Bull. herb. t.* 567. *f.* 2.

Hab. passim in syluis.

*Pil.* 2 vnc. et ultra latus, infundibuliformis. *Lamel.* sublutescunt. Substantia flauescit. (*Q. ic.*)

330. A. LACTIFL. PALLIDVS: cespitosus, pileo umbilicato subuiscoso subincarnato-pallido, lamellis stipiteque elongato dilutioribus. *Disp. fung. p.* 64. *Ag.* incarnatus.

Hab. in faginetis. — *Lamel.* cum stipite fere albidae sunt. *Lac.* acre. — *Ag.* subinuolutus *Batsch fung. t.* 37. *f.* 204. nostrum fungum non male refert.

331. A. LACTIFL. TESTACEVS: pileo planiusculo fuluo-cinnamomeo, lamellis pallescentibus, stipite crassiusculo.

*Agaricus ichoratus Batsch l. c. p.* 37. *t.* 13. *f.* 60?

Hab. in syluis, regionibus arenosis.

*Pil.*

*Pil.* parum depressus, 3 vnc. latus, subpapillatus, nonnunquam punctatus. *Stip.* 2 — 3 vnc. longus, pileo dilutior. Succus acris.

β. *L. fuluo-croceus*: pileo subdepresso glabro papillato stipiteque longo fuluo-croceo, lamellis confertis pallidis.

Rarius in syluis occurrit.

*Stip.* 3 vnc. longus, fragilis, solidus. *Pil.* subrugosus, incarnatus.

γ? *L. aurantiacus*: pileo subangusto planiusculo aurantiaco, lamellis pallidis subdecurrentibus, stipite longo.

Agaricus lactifluus. *Bolt. fung. t. 9?*

Rarius in pinetis obuius. An potius distincta species?

*Stip.* deorsum attenuatus. *Lamel. ochraceae.* *Pil.* subuiscosus, primo conuexus. Succus lacteus acris.

552. A. LACTIFL. DELICIOSVS: pileo umbilicato subaurantio: exsiccato sordide pallido, lamellis succoque aurantio-lateritiis. *Commentarius p. 5.* *Schaeff. fung. t. 11.* *Sowerb. fung. t. 202.*

Lactarius lateritius. *Disp. meth. fung. pag. 64.*

Prov.

Prov. frequens in pinetis; sero autumno circinnatim crescens animadvertitur. An verus *Ag. deliciosus* Linn.?

*Pil.* ab initio glaber, demum subtommentosus. *Stip.* radices villosas exserit. *Sapor* ingratus, acris; fungus tamen edulis perhibetur.

\*\*\* *Pileo rubicundo, rufescente, aut subspadiceo.*

333. A. LACTIFL. RUBER: gregarius maiusculus, pileo depresso ochraceo-rubro, lamellis flavescentibus, stipite crassiusculo pileo concolore.

*Agaricus lactifluus.* *Schaeff. fung. t. 5.* quoad colorem.

In pinetis hercynicis iam mature frequens nascitur.

*Stip.* basi albicans, ferrugineo-ruber. *Lamel.* latiusculae. *Pil.* ab initio convexus, rivulosus quasi, rigidus, subumbonatus. *Odor* subamaricans. *Sapor* acris.

334. A. LACTIFL. SUBDULCIS, *a. rufus:* pileo infundibuliformi rufescente, lamellis pallescente-incarnatis, succo subdulci.

*Agaricus rubescens.* *Schaeff. fung. t. 73.* Et

E e

Ag.

A. lactifluus dulcis. *Bull. herb. t. 224.*  
huius loci videntur.

In graminosis gregarie.

*Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus est, margine sub-  
erectus, disco colore obscuriore. *Lamel.*  
subdecurrunt. *Stip.* subbreuis. *Succus* al-  
bus, primo dulcis, dein ingratus, sub-  
acris.

β. A. *cinicarius*: pileo opaco subum-  
bonato obsolete zonato subspadiceo, la-  
mellis lutescentibus subnitidis, stipite  
longiusculo. — *Batsch El. fung. p. 69.*

In syluaticis satis frequens nascitur.

*Stip.* saepius subexcentricus. *Lamel.*  
angustae, confertae, plurimae minores.  
*Odor* fortis, subcinicarius. *Sapor* ingratus.

γ. L. *innocuus*: pileo subdepresso ru-  
gulofo obscure cinnamomeo, lamellis  
ferrugineis nitidis, stipite longiusculo.

Agaricus lactifluus *Sowerb. int. 204?*

*Pil.* 2 — 3 vnc. latus, subcrenatus.  
*Stip.*  $2\frac{1}{2}$  vnc. longus. *Sapor* subdulcis.

δ. L. *querceti*: paruulus, pileo pla-  
niusculo rugoso papillato spadiceo opaco,  
lamellis obscure fuluis.

In quercetis graminosis satis fre-  
quens. Var. β. affinis, et odore conuenit.

*Pil.*

*Pil.* vnc. 1 et ultra latus, intus lutescens. *Lamel.* subdistinctae. *Stip.* mediocris, pileo concolor, 2 — 3 lin. crassus.

\*\*\*\* *Pileo umbrino, aut fuliginoso nigrescente.*

335. A. LACTIFL. VMBRINVS: pileo conuexo flexuoso umbrino, lamellis pallidis, stipite breui cinerescente.

In pinetis hercynicis passim.

*Lamel.* decurrunt. *Pil.* compactus, durus, sed ad tactum mollis. *Stip.* vnc. 1 longus.

336. A. LACTIFL. NECATOR: pileo ex oliuaceo umbrino: margine tomentoso inuoluto. — *Bull. herb. t. 13.*

Rarius in fagetis, aut pinetis.

*Pil.* subuiscosus, opacus. *Lamel.* subincarnatae. *Stip.* pileo subconcolor.

337. A. LACTIFL. PLUMBEVS: pileo latissimo infundibuliformi stipiteque nigrescente-fuligineis, lamellis lutescentibus. †

Agaricus plumbeus. *Bull. t. 559. f. 2.*

Hab. in *Gallia.*

Maximis adnumerandis speciebus: latitudine enim fere spithamaeus est.

β. *A. nigrescens*: pileo nigrescente, lamellis confertis lutescentibus. — *Krapf. Schwämme*, t. 4. f. 1 - 2?

In *Hercyniae* pinetis passim.

*Pil.* compactus, 3 vnc. latus. *Stip.* apice albicans.

338. *A. LACTIFL. PYROGALVS*: pileo planiusculo plumbeo-liuido zonato, lamellis distinctis subdecurrentibus pallidis, stipite recto fuliginoso. — *Krapf. Schwämme*, t. 4. f. 8. *Bull.* t. 529. f. 1.

In sylvaticis.

*Stip.* sublacunosus, 5 vnc. fere longus. *Lamel.* crassiusculae. *Succus* primo subdulcis, demum acerrimus.

339. *A. LACTIFL. LVRIDVS*: pileo planiusculo margine deflexo obsolete zonato subuiscoso ex cinereo subrufescente, lamellis abbreviatis albicantibus, stipite basi villosa.

β? *Agaricus fuscus*. *Schaeff.* t. 235.

In ericetis.

*Stip.* cauus,  $2\frac{1}{2}$  vnc. longus,  $\frac{1}{2}$  vnc. crassus. *Lamel.* arcuatae, lin. 1 latae. *Succus* demum rubescens. — An a sequente satis diuersus.



340. A. LACTIFL. ACRIS: pileo azono planiusculo subobliquo cinereo-fuligineo, lamellis primo albidis, dein alutaceis, stipite albido, succo ex albo rubescente. — *Bolt. fung. t. 60. Batsch f. 63. Krapf. Schwämme, t. 4. f. 4. et f. 9 — 10?*

*Pil.* nonnunquam subemarginatus, margine subinflexus, *lamel.* hinc subperpendiculares. *Succus* ex albido flavesceus, dein in fungi substantia rufescit, et acerrimus est. In fagetis crescit.

$\beta?$  A. *liuido-rubescens*, rigidus fragilis medullosus lactescens; pileo obsolete fusco-maculato; stipite albentiore, laminis pallidissime flauentibus. *Batsch El. Cont. 2. p. 51. f. 202.*

In fruticetis graminosis. *Substantia* laxa, quasi tomentosa, aeris contactu ad corticem praecipue vna cum marginibus lamellarum purpurascens, demum violascens. *Pil.* viscidus, cinereo-fuluellus. *Batsch.*

$\gamma$ . A. *Lactifl. alneti*: pileo cinereo-liuido obsolete zonato, lamellis pallide lutescentibus, stipite extus intusque cinereo. — *Krapf. Schwämme, t. 8. f. 8 et 9.*

Rarius in alnetis, sero autumno. Magnitudine communi. *Pil.* regularis,

subrugosus. *Stip.* solidus, cylindricus.  
*Succus acer.*

341. A. LACTIFL. XYLOPHILVS: minor, pileo plano depresso subuiscoso stipiteque caesio-griseis, lamellis candidis *Disp. fung. p. 65.*

Ad truncos putrescentes, aut in eorum vicinitate ad terram. Ceteris minor.

*Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus, subberyllus, ad tactum parum viscosus. *Stip.* cylindricus, subbreuis.

$\beta$ . L. *viscosus*: pileo plano-depresso viscoso ruguloso oliuaceo-cinereo, lamellis candidis, stipite tenui.

In syluis. *Pileus*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus, et *stipes* eo concolor est.

SECTIO OCTAVA. RVSSVLA: *pileus* carnosus, vti plurimum depressus, *lamellae* longitudine aequales (arescentes), *stipes* nudus, plerumque albus. (*Agaricus integer*. LINN. *Sowerb. engl. fung. t. 201.* *Ag. pectinaceus* *Bull. herb. t. 509.*)

\* *Pileo albido.*

342. AG. RVSS. NIVEVS: minor totus niueus, stipite breuiusculo, pilei margine tuberculoso.

In syluis rarius occurrit.

*Stip.*

*Stip.* vix vnc. 1 longus,  $\frac{1}{2}$  crassus fere. *Lamel.* subtenuēs, distinctae.

343. A. RVSS. LACTEVS: pileo subdepresso albo: margine laeui, lamellis aquose pallidis.

In faginetis passim. *Pil.* 3 vnc. latus. *Lamel.* crassiusculae, saepius venis connexae. *Stip.* longior antecedentis.

\*\* *Pileo rubello.*

344. A. RVSS. ROSACEVS: pileo convexo-plano sublaeui roseo s. dilute rubro, lamellis stipiteque albis. *Obs. myc.* 1. p. 100. *Russula rosea.* — *Bull. h. l. c. fig. t. u.* — *Bolt. fung. t. 1. f. sinistra.* — v. *Krapf. essb. Schwäm. t. 2. f. 10. et t. 4. f. 1. 3. 5 et 8.*

$\beta$ . *exalbicans*: pileo exalbicante cum tinctura coloris rosei. — *Krapf. l. ct. 1. f. 5 et 7.* (icon paullo maior est.)

In syluis frondosis ac acerosis satis frequens. Sequente minor et colore multo dilutior. *Sapor* nunc acris, nunc mitis.

345. A. RVSS. EMETICVS: acris, pileo depresso margine sulcato sanguineo rubro, lamellis candidis, stipite albo rubello vario. — *Bull. l. c. fig. O. P.*  
E e 4 Schaeff.

*Schaeff. fung. t. 15. v. Krapf. Schwämme, t. 2 et 3.*

In sylvaticis frequens. Sapore acrimox distinguitur. *Stip.* nunc albus, nunc obscure ruber. *Lamel.* crassiusculae.

346. A. RVSS. DEPALLENS: gregarius magnus, pileo opaco fuscescente-rubro disco depallescente, lamellis crassiusculis distinctis albidis. — *Schaeff. fung. t. 112?*

In sylvaticis montosis.

*Lamel.* basi venis connexae. *Pil.* rigidus, 3 vnc. fere latus. *Stip.* albidus cum tinctura rubedinis. *Sapor* subdulcis.

347. A. RVSS. FRAGILIS: pileo depresso flexuoso dilute purpurascente-rubello, lamellis latiusculis stipiteque candidis. †

In faginetis.

*Stip.* vnc. 1 et ultra longus, 4 lin. crassus. *Pil.* 2 vnc. latus, margine subtuberculosus, nonnunquam undulato-diformis. *Sapor* valde acris.

348. A. RVSS. CAMPANVLATVS: pileo campanulato roseo, lamellis flavescentibus, stipite albo. — *Krapf. l.c. t. 4. f. 8-9?*

In

In sylvis, locis graminosis. *Pil.* 3 vnc. latus; conuexus, campanulatus, laeviusculus, rubro-roseus.

349. A. RVSS. ALUTACEVS: magnus, pileo planiusculo subtuberculoso rubro, lamellis alutaceo-pallidis, stipite albo. *Obs. myc.* 1. p. 107. R. alutacea.

Frequentius in sylvis occurrit. *Pil.* nonnunquam spithamam latus. Ag. emetico affinis, sed lamellis differt.

β. R. *substyptica*: pileo depresso dilute rufescente-rubro: margine sulcato, lamellis demum obscure ochraceis nitidis, stipite breui albo.

In faginetis. An distincta species?

350. A. RVSS. ESCULENTVS: pileo rubro, lamellis obscure flavis nitidis, stipite flavescente. *Obs. myc.* 1. p. 101. *Schaeff. fung.* t. 15. f. 1-3. *Krapf. essb. Schwämme*, t. 5.

β? *Agaricus xerampelinus*. *Schaeff.* t. 214 et 215.

Hab. rarius in sylvis. Ad maiores et nitidiores pertinet species. Fragilis est et sapore non ingrato distinguitur.

\*\*\* *Pileo fuluo et flauescente.*

351. A. RVSS. AVREVS: nitidus, pileo plano-depresso fuluo, lamellis crassiusculis alutaceis, stipite fluido. *Obs. myc.* 1. p. 101. — *Krapf. éssb. Schwämm.* t. 5. f. 6-8. huius loci.

Autumni initio passim in syluis.

Pulchra species, tota rigida fragilis et mauscula est. *Pil.* 3 vnc. fere latus, laete vitellinus, intus flauus. *Sapor* non ingratus.

352. A. RVSS. VITELLINVS: minor, pileo planiusculo dilute vitellino, lamellis nitidis ex incarnato dilute croceis, stipite tenui albo.

*Agaricus risigallinus. Batsch. El. fung. Cont.* 1. p. 67. t. 15. f. 72. a. b. c.

Crescit nitida haec species passim in syluis. Fragilis est. *Sapor* ingratus.

*Stip.* vix vnc. 1 longus. *Pil.* subdifformis, vnc. 1 et ultra latus, primo convexus, margine nunc laevis, nunc subtuberculatus.

353. A. RVSS. LVTEVS: pileo subviscoso umbilicato pallescente, lamellis distinctis vitellinis, stipite longiusculo albo.

Agari-

*Agaricus luteus*, stipit., pileo convexiusculo viscido, lamellis omnibus aequalibus flavis. *Huds. Fl. angl. ed. 2. p. 611.*

Hab. in sylvis. *Stip.* subcauus,  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus. *Lamel.* crassiusculae. *Pil.* vnc. 1 latus.

354. A. RVSS. OCHRACEVS: pileo convexo vitellino, lamellis confertis tenuibus ochraceis, stipite albo.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus,  $\frac{1}{2}$  crassus. *Lam.*  $\frac{1}{2}$  vnc. latae, basi subplicatae. *Pil.* 2 — 3 vnc. latus subobliquus, margine sulcatus.

355. A. RVSS. OCHROLEVCA: pileo flavescente planiusculo; margine laeui, lamellis stipiteque albis. *Obs. myc. 1. p. 102. Bull. l. c. t. 509. f. 6.*

In sylvis praesertim *abietinis* montosis. *Pileus*  $2\frac{1}{2}$  vnc latus. *Sapor* acris.

356. A. RVSS. FOETENS: magnus foetidus, sordide pallidus, pileo depresso: margine fornicato tuberculato-sulcato, lamellis nonnullis dimidiatis, basi venis conuexis. *Obs. myc. 1. p. 102. Annal. bot. Fasc. 9. p. 9.*

*Agaricus piperatus.* *Bull. herb. t. 292.*  
(excluso synonymo.)

Iam mature post multas pluuias, in graminosis nascitur. *Pil.* nonnunquam spithamam latus, opacus, pellucidus, grosse striatus. *Sapor* acris. *Odor* quasi adustus.

\*\*\*\* *Pileo plus minusue purpurascente aut suboliuaceo.*

357. A. RVSS. NITIDVS: gregarius fragilis subparuus, pileo planiusculo dilute purpurascente, lamellis laete flauis dentato-connexis, stipite breuiusculo albo.

Satis frequens in pinetis (prope *Hessendreisch*) prouenit. *Sapor* subdulcis. *Pil.* aquose purpurascens, nitidus.

OBS. Magnitudine et forma cum *Ag. purpureo* SCHAEFF. *fung. t.* 254. conuenit, cui vero pileus obscure purpureus depictus est, et forte ad sequentem subspeciem referri posset.

*β. R. purpureo-fuliginea*: subparuus, pileo e fuligineo dilute purpurascente: disco obscuriore, lamellis vitellinis crassiusculis, stipite albo.

Rarius in pinetis crescit.

*Pil.* subflexuosus. *Stip.* vnc. 1 longus, 3 lin. crassus, elasticus. *Sapor* subuirosus, ingratus.



358. A. RVSS. GRISEVS: magnus, pileo subdepresso e griseo dilute purpurascente: margine laeui, lamellis latis crassis flavescentibus, stipite longo albo.

Hab. rarius in faginetis.

*Stipes*, hac in familia rarius quid!, 4—5 vnc. altus,  $\frac{3}{4}$  vnc. crassus. *Lamel. rigidae. Pil.* 3—4 vnc. latus, disco rubellus, margine griseo-oliuaceus. *Sapor* gratus.

359. A. RVSS. CAERVLEVS: mediocris, pileo carnoso depresso caeruleo, lamellis alutaceis, stipite subbreui candido.

In sylvaticis. *Lamel.* dilute ochraceae, 3—4 lin. latae, confertae. *Pil.* medio subrufescens s. fuscescente-caeruleus, margine sublaeuis.

360. A. RVSS. CYNOXANTHVS: pileo depresso caesio: disco expallido subpurpurascente, lamellis candidis. *Commentarius* p. 57. *Schaeff. fung. t.* 95. *Bolt. fung. t.* 1. *fig. suprema.*

Iam mense *Iulio* et *Augusto*, post densas pluias in quercetis et faginetis; sed mox ab insectis, praesertim a *Scarabaeo sylvatico* P. deuoratur. — *Pil.* plano-depressus, caeruleus fere, et ad rubellum subtendens.

361. A. RVSS. LIVIDVS: magnus, pileo subdepresso purpurascente - liuido subuiscoso, lamellis nonnullis furcatis candidis. — *Bull. l. c. f. N?*

*Stip.* 3 vnc. longus, 4—6 lin. crassus. *Lamel.* basi venis connexae, crassiusculae. *Pil.* in disco ad oliuaceum colorem fere vergit. *Sapor* subfarinaceus.

$\beta$ . *R. angustata*: minor, pileo purpurascente-liuido subuiscoso, margine laeui, lamellis confertis angustis albidis.

In faginetis. *Lamel.* vix lin. 1 latae. *Pil.* disco subrugosus. *Sapor* acer. *Diversa species?*

362. A. RVSS. NAVSEOSVS: pileo umbilicato subrubescente: disco purpurascente-oliuaceo, lamellis ochraceis, stipite albo solido.

*Sapor* nauseosus. *Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus. *Lamel.* 3 lin. latae. *Stip.* vnc. 1 longus.

\*\*\*\*\* *Pileo virescente, aut suboliuaceo.*

363. A. RVSS. FURCATVS: pileo subinfundibuliformi viridi, lamellis nonnullis furcatis. — *Obs. myc.* 1. p. 102. *Gmel. Syst. nat. Linn.* 2. p. 1410.

Agaricus bifidus. *Bull. herb. t. 2, Hoffm. nomencl.* p. 115.

Rarius

Rarius in syluis caesis reperitur. Magnitudine vulgari. Sapor amaricans.

364. A. RVSS. VIRESCENS: maiusculus, pileo carnoso conuexo tesfellato rugoso aeruginoso, lamellis nonnullis dimidiatis candidis. *Obs. myc.* 1. p. 103. *Russula aeruginosa.*

In syluis frondosis passim.

*Pil.* rimoso-rugosus, aquose aeruginosas, ad marginem subalbicans. *Lamel.* crassiusculae, aliae apice furcatae, aliae ceteris breuiores. Esculentus?

Obs. Qui in *Bulliardi t.* 509. *fig. M.* delineatus est fungus a nostro diuersus est, cum pileo depresso, disco dilute aeruginoso et margine fornicato albicante differt.

365. A. RVSS. OLIVASCENS: pileo olivaceo-liuido subumbilicato striato, lamellis dilute croceis. *Obs. myc.* 1. p. 103.

Passim in pinetis. *Lamel.* distantes. *Stip.* albus, 2 vnc. longus.

SECTIO NONA. OMPHALIA: pileo integerrimo, carnoso aut membranaceo, infundibuliformi aut umbilicato; lamellis longitudine inaequalibus, exsuccis s. non lactescentibus, ut plurimum decurrentibus; stipite nudo, centrali.

(Aga-

(*Agaricus reticulatus, nanus, sinuatus, eumorphus.*)

A. Maiores, pileo carnosio aut carnosio-membranaceo, margine laevi.

\* *Color pilei flavescens, pallidus, hepaticus aut spadiceus.*

366. AGARICVS INVOLVTVS: magnus, pileo carnosio depresso hepatico: margine reuoluto tomentoso, lamellis dichotomis, basi subporiformibus. — *Batsch El. fung. Cont. 1. p. 39. t. 13. f. 61.*

*Agaricus continuus. Bull. herb. t. 240. et t. 576. f. 1.*

β. *Ag. trunciginus*: minor, pileo subexplicato, molli. *Ag. cyathiformis. Schaeff. fung. t. 252.*

Passim locis arenosis ad terram provenit. β. in truncis abietinis crescit.

*Stip. in α. brevis, basi attenuatus. Pil. 3½ vnc. latus, plano-depressus: margine plerumque lineatus. — Variat insuper pileo sublateritio, lamellis subsimplicibus et albis, nec non stipite subbulboso. In β. pileus quoque fere glaber, et lamellae vix venosae obseruantur.*

367. AGARICVS GILVVS: gregarius submagnus flauo ferrugineas nitidus, pileo infun-

infundibuliformi rigido margine reflexo, stipite crasso subtuberoso.

Agaricus infundibuliformis *Bull. herb. t. 553.*

Agaricus cyathiformis. *Vahl in Fl. dan. t. 1011.*

β? Agaricus flaccidus. *Sowerb. fung. t. 185.* (Pil. modo flaccidus et submembranaceus dicitur.)

In sylvis abietinis, vbi ad terram gregarie et saepius in seriem crescit, colore nitido laete cinnamomeo oculos attrahens.

*Stip.* longitudine variat, basi villosus. *Lamel.* tenues, angustae, simplices, inaequaliter decurrunt.

368. AGAR. GIBBUS: pileo subtenui pallido infundibuliformi, medio umbone prominente, lamellis albis, stipite elastico subbulboso.

Agaricus membranaceus. *Fl. dan. t. 1012.* (quoad habitum.)

In faginetis et pinetis, autumnii initio.

*Stip.* cauus, attenuatus, pil. concolor,  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus. *Pil.* substramineus, molliusculus in fundo papillam umbo-niformem hac in familia rariorem exserit.

369. AGAR. SQVAMVLOSUS: pileo infundibuliformi minute squamuloso, fuscescente-

scente-alutaceo, lamellis aquose albidis, stipite subconico solido.

Passim in pinetis occurrit.

*Stip.* sub terra subbulbosus, elasticus, crassiusculus. *Pil.* parum tenax, squamulis minutis dilute umbrinis obsitus.

370. AGAR. LOBATUS: gregarius pileo infundibuliformi lobato spadiceo, lamellis confertis pallidioribus, stipite oblongo sursum incrassato. — *Sowerb. fung. t. 186.* †

Hab. in *Anglia.*

*Stip.* 2 vnc. longus, 3 — 4 lin. crassus. *Lamel.* angustae. *Pil.* 3 vnc. latus, plicato-lobatus, sordide cinnamomeus. (*Q. ic.*)

371. AGAR. COCHLEATUS: cespitosus, pileo lobato-contorto rufescente-fusco, lamellis serratis pallescentibus, stipite sulcato-rufo basi connato. *Disp. meth. fung. p. 22. Abbild. d. Schw. 3. Heft. ic.*

Agaricus confluens. *Sowerb. engl. fung. t. 168.*

β. *Ag. cornucopioides*, stip., pileo lobato, lamellis trifidis decurrentibus, stipite tortuoso. *Bolt. fung. t. 3. Gmel. Syst. N. Linn. 2. p. 1429.* sub *Merulio.*

Peculia-

Peculiaris haec species rarius ad truncos fagineos reperitur. Praeter formam in differentia expressam, quoque odore fere anisato distinguitur.

372. AGAR. FUSCO-PURPUREUS: cespitosus, pileo subcarnoso hemisphaerico umbilicato, stipite caudato rubiginoso deorsum hirsuto-strigoso.  *Ic. et Descr. fung. p. 12. t. 4. f. 1.*

In fagetis intra folia decidua rarius occurrit.

*Lamel.* latitudine inaequales fuscescentes. *Pil.* recens atropurpureus fere et conuexus, exsiccatus pallescit, dein umbilicatus fit.

373. AGAR. CERVINUS: stipite in pileum infundibuliformem oblique reflexum dilatato ceruino, subtus (basi) tuberoso tomentoso, lamellis angustissimis albis inaequaliter decurrentibus. *Hoffm. nomencl. fung. p. 119. t. 2. f. 2.*

In montosis sylvaticis sero autumnno. *Pil.* (brevis?) vnc. 1 datus, carnosus, obliquus. *Lamel.*  $1\frac{1}{2}$  lin. latae, apice pileo subconcolores. *Stip.* farctus, 3 vnc. fere longus. *Hoffm.*

374. AGAR. TRICHAEUS: pileo carnosio alutaceo sparsim piloso-squamoso umbilicatus.

Ff 2

bili-

bilicato, lamellis dentatim decurrentibus stipiteque cauo luteis.

Ad ligna pini putrida in *Hercynia* prope *Oderbrück* hanc speciem reperi.

*Stip.* incuruus, glaber. *Lamel.* latiusculae. *Pil.* sordide ochraceus, subviscosus quasi, 1—2 vnc. latus.

375. AGAR. SPLENDENS: pileo carnoso plano-depresso glabro crustulino splendente, lamellis congestis tenuibus decurrentibus albis, stipite elastico flexuoso deorsum villosa.

Hab. rarius in faginetis.

*Stip.* solidus, sublongus, ex albicante pileo subconcolor, qui 2—3 vnc. latus est, splendore cerino opaco, sapore non ingratus.

376. AGAR. BELLVS: subparuus, pileo carnoso-membranaceo umbilicato squamuloso aureo, lamellis dentato-connexis stipiteque dilutioribus.

Rarissime ad truncos pineos in *Hercynia* solitarie crescentem pulchram hanc speciem vidi, cui *Stipes* tenuis, sed subtenax, vncialis; *Lamel.* distinctae, apice diuisae; *Pil.* vix vnc. 1 latus, tener, opacus, iuniorum subdifformis.

377. AGAR. DRYOPHILVS: gregarius, pileo subcarnoso hemisphaerico umbilicato



eato lamellis que pallidis, stipite cauo lutescente-rutilo. — *Bull. herb. t. 434.*

*Sowerb. fung. t. 127.*

Hab. praesertim in pinetis autumnosatis frequens.

*Stip. glaberrimus, nitidus, rufus. Lamel. rotundato-adnexae. Pil. 1½ vnc. latus, albido-pallidus.*

378. AGAR. FARINACEVS: pileo subcarnoso umbilicato subsquamuloso, stipiteque longo ochraceo-rufo, lamellis distantibus roseis demum farinaceis. — *Huds. angl. p. 616. Bull. herb. t. 520. f. k. Sowerb. fung. 208.*

In sylvaticis ad terram subsolitarie.

*Pil. vnc. 1 latus, subtenuis, tamen firmus. Lamel. latiusculae, subdecurrunt, puluere albo sub maturitatem copiose adpersae. Stip. subtenax, pileo-concolor.*

β. *A. rosellus*: gregarius minor, pileo subumbilicato laevi subochraceo, lamellis incarnato-roseis. — *Bull. l. c. f. H.*

*Agaricus rosellus Batsch El. fung. Cont. 1. p. 123. t. 19. f. 99. Et A. subcarneus Eiusd. f. 100. huius loci sunt.*

Aestatis fine in sylvaticis graminosis frequens crescit, forte antecedentis statum tantum iuniorem exhibet, sed pileus glaber est.

γ? *A. tortilis*, stipitatus, pileo fusco striato undulato, lamellis carneis, stipite breui. *Bolt. funguss. p. 41. t. 41. f. A.*

Crescit in vmbrosis fruticetis in Anglia.

379. AGAR. FURFVRACEVS: gregarius subparuus, pileo carnosio-membranaceo umbilicato canescente-heluolo: squamulis subfarinaceis, lamellis planis subdecurrentibus cinnamomeis, stipite furfuraceo subrigido.

*Ag. puluerulentus Schaeff. fung. t. 226?*

Hab. in syluaticis inter muscos et in hortis.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, vix lin. crassus, hinc inde vti et pilei,  $\frac{3}{4}$  vnc. lati, margo squamulis farinaceis obtectus.

380. AGAR. CYPVLARIS: gregarius, pileo subcarnoso late umbilicato flavescente, lamellis confertis obscurioribus, stipite longo cauo albicante. *Bull. herb. t. 554.*

Hab. in *Gallia.*

*Stip.* attenuatus, 3 vnc. fere longus, vltra lin. 1 crassus. *Lamel.* arcuatae,  $1\frac{1}{2}$  lin. latae. *Pil.*  $\frac{3}{4}$  vnc. latus.

381. AGAR. NIVALIS: paruulus vnicolor flauus, pileo hemisphaerico umbilicato stipite cauo elongato. †

Agari-

*Agaricus niualis*: pileo planiusculo flavo, stipiteque fistuloso nudo lamellisque dilutioribus. *Vahl in Fl. dan. t. 1072. f. 2.*

Secundum cel. *Vahl* in summis *Norwegiae* montibus crescit. 3—4 lin. latus, iuniorum convexus? *Lamel. angustae*, subdecurrunt. (*Q. ic.*)

332. AGAR. FRAGILIS: (subparvus), pileo convexo fragili: medio tantum umbilicato ochraceo, margine albente irregulari, stipite gracili brevis una cum lamellis pallidioribus. *Batsch El. fung. Cont. 2. p. 87. t. 39. f. 215.*

In pinetis prope *Jenam* hactenus inventus.

*Pil.* glaber, subviscidus, ultra unc. 1 latus. *Lamel.* luridae, carneo-rubellae. *Stip.* gracilis, cylindricus, unc. 1 altus, lin 1½ crassus. *Batsch.*

333. AGAR. FRAGRANS: gregarius odoratus albido-fuscescens, aut pallidus, pileo umbilicato laevi, lamellis horizontalibus, stipite longo solido. — *Sowerb. fung. t. 10. Wither. arrang. 4. p. 161.*

Hab. in pratis anglicis. Distinguitur odore *Anthoxanti* odorati *Sowerby*; foeni *Velley*; *Crataegi* florum *Withering*.

*Pil.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus est, pellucens, colore plus minusue dilutiore differt. *Lamel.* subconuexae, parum decurrunt, distinctae. *Stip.* 2 — 3 vnc. longus, 2 lin. vix crassus est. (*Q. ic.*)

\*\* *Color fungi albus.*

384. AGAR. VIRGINEVS: gregarius candidus subparuus expallescens, pileo carnoso primo conuexo, dein plano-depresso, adultis margine subinflexo striato, lamellis distantibus decurrentibus venoso-connexis. — v. *Wulf. in Jacq. miscell. austr. 2. t. 15 f. 1. Murr. syst. veget. 14. p. 975. Schaeff. fung. t. 232.*

*Agaricus ericeus Bull. herb. t. 188.*

In pratis, collibus graminosis, rarius in syluaticis, per totum autumnum reperiri potest. Primo clauaeformis, subviscosus. *Lamel.* vtrinque attenuatae. *Stip.* deorsum attenuatus, crassiusculus.

385. AGAR. CANDICANS: totus elasticus albo-nitens, pileo umbilicato laevissimo, primo conuexo.

*Agaricus umbilicatus Bolt. funguss. t. 17. huius loci.*

Hab. primo autumnio in faginetis et quercetis. *Pil.*  $\frac{3}{4}$  vnc. latus. *Stip.* 1 — 2 vnc. longus.

386. AGAR. CHRYSOLEVCVS: cespitosus, pileo carnosomembranaceo hemisphaerico albido, lamellis distantibus sulphureis, stipite fistuloso albo breui.

In *Hercynia* in truncis abietinis rarius.

*Stip.* subarcuatus, iuniorum solidus, subtenuis. *Lamel.* rariores, decurrunt. *Pil.* demum pallescens, subplicatus, vnc. 1 latus.

β? *A. obconicus*: pileo submembranaceo infundibuliformi, margine reflexo subplicato, lamellis confertis angustis lutescentibus, stipite solido subconcolore. *Bull. herb. t.* 33. *Ag.* mollis.

386. AGAR. PHYLLOPHILVS: subcespitosus candidus, pileo umbilicato laevi, lamellis confertis subdecurrentibus, stipite basi villosa incuruo.

Autumno passim intra folia decidua faginea crescit, quibus villo denso adhaeret. *Stip.* sublongus, cauus. *Pil.* 2 vnc. latus est.

387. AGAR. PRVNVLVS: subgregarius, pileo carnosomembranaceo (primo conuexo) depresso flexuoso candido aut subcaesio, lamellis demum subincarnatis, stipite breui deorsum incrassato villosa. *Disp. meth. fung.* p. 20. *Scop. Fl. carn.* 2. p. 437.

Ff 5

Hab.

Hab. aestate et autumno frequens in syluis, locis vmbrosis, aut in viis sylvaticis, inter graminea. Odore, farinae recenti simili, facile distinguitur.

OBS. *Stip.* pro ratione tenuis, situ et forma variat, villo molli cinctus. *Pil.* magnitudine et forma variat, in luxuriantibus speciminibus incisus, lobatus est.

388. AGAR. TRVNCATVS: solitarius parvus compactus, pileo applanato-depresso, margine reuoluto subtomentoso, lamellis incarnato-argillaceis, stipite breui sursum incrassato.

Passim in pinetis prouenit. An huius Sectionis?

*Stip.* glaber subcauus. *Lamel.* tenues, confertae, etiam dilute rufescunt. *Pil.* subtenuis, sed duriusculus, laeuis, vnc. 1 latus, parum concauus.

389. AGAR. TIGRINVS: pileo carnoso umbilicato albido: squamis subpilosis, nigrescentibus, stipite duro subsquamuloso \*),

Agari-

\*) Huic affinis est et forte tantum varietas:

Agaricus *crinitus*, stipitatus, pileo infundibuliformi piloso, lamellis aequalibus, stipite filiformi. *Linn. Syst. pl. ed. Reich. 4.*

p. 605.

Agaricus tigrinus Sowerb. fung. t. 68.  
et Bull. herb. t. 70. huius loci sunt.

β? Ag. squamosus Schaeff. fung. t. 29  
et 30. Huds. angl. p. 614.

His in regionibus hanc speciem solitarie ad truncos inueni.

Stipes subtenuis, pileo concolor. Lamel. decurrunt, ex albido pallescunt, subdentatae. Pil. in medio squamis confertioribus obsitus, 2—3 vnc. latus, hemisphaericus.

\*\*\* Color nigrescens, fuliginosus, cinereus, liuidus, aut subviolaceus.

390. AGAR. ADVSTVS: maiusculus, pileo carnoso depresso oliuaceo-cinereo, demum nigrescente-adusto, lamellis crassis pallescente-albis, stipite solido breuiusculo cinereo, Obs. myc. 2. p. 50. Bull. herb. t. 370. f. 2. et t. 589. Agaricus nigricans.

Der Kohlentaubling v. Krampf. essb. Schwämm. t. 11. f. 4. 6 et 7.

β. Agaricus elephantinus, magnus primo albidus conuexus, Sowerb. fung. t. 36. Bolt. fung. t. 28.

Frequens

p. 605. Brown Jam. p. 78. t. 15. f. 1., qui in America meridionali crescit, et cuius exemplar a viro celeberrimo et amicissimo Swartz beneuolo mecum communicatum possideo.

Frequens ( $\alpha$ ) autumnno in faginetis ad terram prouenit, e longinquo *Russulam* mentitur. Colore ab initio dilutiore, dein in margine nigrescit, tandem quasi deustus, tristi spectaculo per quoddam tempus remanens. *Pileus* crassus, saepe tessellatim rimosus.

391. AGAR. ELIXVS: magnus pileo carnosio subdepresso repando virgato nigrescente-fuligineo, lamellis pallidis subdecurrentibus, stipite solido longiusculo. — *Sowerb. fung. t. 172.*

Crescit in syluis circa *Londinum*. Quoad pilei formam ab hac familia parum recedit. *Stip.* pro ratione equidem non crassus,  $\frac{1}{2}$  vnc. fere, 3 vnc. longus est. *Lamel.* distant, crassiusculae?. *Pil.* 3 vnc. et ultra latus, inaequalis.

392. AGAR. CYATHOIDES: pileo subtenui primo planiusculo dein infundibuliformi umbrino, lamellis decurrentibus ex albido fuscescentibus, stipite longissimo bulboso: radiculis copiosis fibrosis. — *Bolt. fung. t. 145.*

Hab. in *Anglia*, mense Februario, inuentus.

*Stip.* 4 vnc. longus, attenuatus, superficie reticulatus, lamellis concolor. *Pil.*



*Pil. demum undulato-sinuatus*,  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus.

393. AGAR. TARDVS: elasticus nigrescente-umbrinus, pileo infundibuliformi margine reflexo laeui, stipite conico elastico. *Vaill. bot. paris. t. 14. f. 1-3.*

Ag. infundibulum *Leyser Fl. halens.*

Ag. sericeus *Plan. fung. erfurth. p. 73.*

Ag. sordidus *Dicks. crypt. britan. 1. p. 16. t. 3. f. 1.*

Ag. cyathiformis *Bull. t. 575. fig. m. n. et t. 568. f. 1.*

β? Ag. *rufolamellatus*: pileo stipiteque mediocri, lamellis rufis. *Bull. l. c. 568. fig. s. t.*

Prouenit serius quam plurimae fungorum species, medio autumno et quidem in serum *Nouembrem* vsque, in sylvis plerumque ad terram, passim ad latera truncorum solitarie. Forma quadam grata et colore nigrescente distinguitur.

*Stip. sublongus. Lamel. decurrunt, dilute cinereae. Subtenax est.*

394. AGAR. EXPALLENS: pileo carnoso membranaceo umbilicato liuidocinereo margine substriato, lamellis subdistantibus cinereis, stipite crassiusculo subtenace pallido.

In pinetis hercynicis ad terram solitarie crescit, primo autumnno.

OBS. Antecedenti quoad formam omnino similis, paullo modo minor; etiam substantia teneriore, nec non colore cinerascete differt.

395. AGAR. DICOLOR: pileo hemisphaerico umbilicato cinereo demum albescente, lamellis confertis subdecurrentibus dilutioribus, stipite mediocri subcompresso, basi obscure cinereo.

Rarius in pinetis occurrit.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, in adultus compressus, albopruinatus. *Lamel.* lanceolatae adnexae. *Pil.* subpellucidus,  $1\frac{1}{2}$  — 2 vnc. latus. An prioris varietas?

396. AGAR. DIFFORMIS: pileo carnosomembranaceo cinereo-liuido striato irregulari umbilicato, lamellis latiusculis plano-decurrentibus albis, stipite longiusculo subtenace tenui.

In pinetis hercynicis.

*Stip.* nitidus, lin. 1 et ultra crassus. *Lamel.* subuentricosae, subcinerascunt. *Pil.* vix vnc. latus, subnitidus ora irregulari undulatus, hinc habitu tristis se offert.

397. AGAR. EPICHYSIVM: truncigenus parvus tener cinereo-nigricans, pileo infun-

infundibuliformi striato, lamellis distinctis, stipite cylindrico basi villosa. *Disp. fung. p. 25.*

Hab. ad truncos, in salicibus cauis, autumnis.

*Pil.*  $\frac{3}{4}$  vnc. latus. *Stip.*  $1\frac{1}{2}$  ad 2 vnc. longus, lin.  $1\frac{1}{2}$  crassus. — Vna cum sequente varietate potius ad sequentem sub diuisionem amandandus.

$\beta$ . *A. icmadophilus*: tenerrimus, pileo infundibuliformi obscure cinereo, lamellis plano-decurrentibus cinereis.

Nascitur in turfosis, inter *Sphagna*. *Stip.* vnc. 1 longus, lin. 1 crassus. *Pil.*  $\frac{1}{2}$  —  $\frac{3}{4}$  vnc. latus, fragilis.

398. AGAR. NIGRELLA: paruulus subcespitosus, pileo glabro umbilicato nigrescente lamellis incarnato-subcinereis, stipite breui glauco.

In pratis montosis.

*Pil.* nitidus, 3 — 4 lin. latus, disco obscurior. *Stip.* vnc. 1 vix altus. *Lamel.* decurrunt.

399. AGAR. SERRVLA: pileo umbilicato squamuloso nigrescente-fuliginoso, lamellis serratis incarnato-pallidis (subliberis) margine nigris, stipite longiusculo cauo subarcuato.

Rarius

Rarius in collibus graminosis, locis arenosis crescit pulchella haecce species, cui *Stipes* 2 vnc. longus est, *Lamel.* subadnexae, facile a stipite secedunt. *Pil.*  $\frac{1}{2}$  vnc. et vltra latus. Ag. *chalybeo* affinis.

400. AGAR. CALLOPHYLLVS: subparvus, pileo hemisphaerico vmbilicato vmbri- fuligineo, lamellis decurrentibus purpureo-rubris, stipite subuisco- crassiusculo.

Ad truncos putridos rarius eum inueni.

*Stip.* sensim attenuatus, vnc. 1 longus, pileo subconcolor, primo purpurascen- titidus. *Lamel.* formosae. *Pil.* substriatus, 3—4 lin. latus.

401. AGAR. CYANIPES: pileo conuexo (vmbilicato) nigro, stipite inani basi crassiore lamellis- que dentatis dilutionibus. *Vahl in Fl. dan. t. 1071. Schrad. spicil. p. 121.*

In pratis danicis.

*Stip.* cauus deorsum ventricosus, subviolaceus?, 2 vnc. longus, 3 lin. fere crassus. *Lamel.* adnatae, griseo-cinereae, nebulosae? *Pil.* vnc. 1 latus et totidem altus. (*Q. ic.*)

obs. Videtur potius e *Fam. Pratella* species.

402. AGAR. AMETHYSTEVS: gregarius subtenax, recens laete violaceus, demum canescens, pileo umbilicato, lamellis distantibus, stipite longo fibrilloso attenuato. — *Huds. Fl. angl. p. 612. Bolt. funguss. t. 63. Bull. herb t. 570. f. 8.*

β. *A. incanus*: pileo laevi aut subsquamuloso expallescente. — *Bull. fig. L. M.*

Hab. autumnii initio ad truncos aut in eorum vicinitate ad terram, passim in syluaticis ymbrosis.

obs. Aetate tenera habitum quemdam peculiarem, incompletum sistit. Color praesertim iuniorum primo amoene violaceus, in fungo vero exsiccato aut veteriore ferme albido-violaceus euadit. *Lamel.* subdecurrunt, nonnullae bifidae, demum furfure albido, vti in *Agarico farinaceo*, cui affinis, obtectae sunt.

403. AGAR. POLITVS: gregarius, pileo subcarnoso hemisphaerico obsolete umbilicato caesio-liuido subnitente, lamellis subdecurrentibus albido-incarnatis, stipite longiusculo cauo rigido. — *Disp. meth. p. 22. Agaricus liuidus.*

In faginetis satis frequens; pro diverso tempore et aeris conditione colore dilutiore differt. *Pil.* nonnunquam vix umbilicatus,  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus est; nunc

Gg

opacus,

opacus, nunc aëre sicco politura quasi nitet. *Stip.* 3 vnc. longus est.

OBS. Agaricus liuidus *Bull. herb. t. 332.* ob magnitudinem et pileum *conuexum* diuersus videtur.

404. AGAR. ARDOSIACEVS: maiusculus, pileo primum conuexo dein subinfundibuliformi, plumbeo, stipite cauo longo concolore, lamellis confertis liberis subferrugineis. — *Bull. herb. t. 348.*

In pratis humidis in *Gallia* crescit.

*Stip.* 4 — 5 vnc. longus, 2 — 3 lin. crassus. *Lamel.* 3 — 4 lin. latae. *Pil.* 3 vnc. latus, subtenuis, zonatus. (*Q. ic.*)

B. Minores, pileo membranaceo plerumque striato. (*Agaricus Epichysium, Nigrella. Agaricus vulgaris et Epipterygius.*)

405. AGAR. FIMBRIATVS: (maiusculus) pileo infundibuliformi margine elegantissimo crispato lobato fimbriato tenui (aquose) albo semitransparente, lamellis trifidis longissimis angustis pelucidis, stipite gracili breui. *Bolt. fung. p. 61. t. 61.*

Crescit in *Anglia*, circa *Hallifax*. Tenerrimus, vnc. 3 latus est.

406. AGAR. VENOSVS: pileo submembranaceo tenace venoso-striato umbrinorufo, lamellis parcis subconcoloribus glaucis subannulatim affixis, stipite (compresso) nigrescente pruinato.

Merulius foetidus. Sowerb. fung. t. 21 ?

Singularem aequae ac raram speciem Augusti mense ad truncos subputridos aut ramulos deiectos inueni. Sequenti cognatus, quamuis lamellae in annulum, a stipite distantem, non tam distinctae connatae sint. Stip. substantia fere cornea, apice pileo concolor. Pileus umbilicatus, puluerulentus quasi, pro substantia teneriore tamen tenax, et ob lamellas translucens ad apicem usque striato-venosus apparet.

407. AGAR. ROTVLA: cespitosus albus, pileo profunde sulcato, lamellis tubo stipitem ambienti adnexis, stipite nigrescente. — Scop. Carn. 2. p. 1569. Sowerb. fung. t. 95.

Agaricus androsaceus. Bull. herb. t. 569. f. 3.

Agaricus nigripes Schrad. spic. p. 129. Fl. dan. t. 1134. f. 1.

Peculiaris haec species ut plurimum in faginetis ad stipites, folia decidua,

rarissime in pinetis, occurrit. Sequentē specie, quacum a plurimis commutatus, maior est, ac praecipue lamellis, peculiari modo circa stipitem tubum efficientibus, ab ea differt. — Vna cum duabus sequentibus a b. *Withering*, ad *Merulios* relatus est.

408. AGAR. ANDROSACEVS: gregarius persistens, pileo planiusculo subplicato albido obsolete umbonato, lamellis simplicibus totis adnexis, stipite nigrescente-badio. — *Ehrh. Pl. cryptog. exsicc. Sowerb. fung. t. 94.*

*Agaricus perforans Hoffm. nomencl. t. 4. f. 2.*

Hab. copiose per totum fere annum in pinetis supra folia *Pini abietis*, quae stipite quasi perforat.

*Pil.* magis subcoriaceus, quam membranaceus, nec fragilis est, cum rubedine albidus, subplicatus. *Lamel.* subcrispae. *Stip.* sub lente pilosiusculus.

409. AGAR. EPIPHYLLVS: gregarius minutus, albus, pileo membranaceo convexo demum subumbilicato, lamellis raris ramosis, stipite nigrescente.

*Agaricus Squamula Batsch El. fung. Cont. 1. p. 95. f. 84. Sowerb. fung. t. 93.*

Agar-



*Agaricus lacteus.* *Bull. herb. t. 601. f. 2.*

β. *Ag. sacharinus*: pileo conico explicato laeue plicato vndulato niueo, laminis paucis concoloribus; stipite subulato atrorubente. *Batsch l. c. p. 93. f. 83.*

γ. *Ag. rugatus*: niueus, pileo plano membranaceo subtus rugis suboctonis. *Vahl in Fl. dan. t. 1194.*

*Agaricus acicularis.* *Hoffm. Nomencl. fung. p. 225. t. 5. f. 2. Et*

*Ag. Mucor*, minutissimus griseus, pileo conuexo, lamellis paucis, stipite tenero basi bulbo annulari inserto. *Batsch l. c. p. 91. f. 82.* iuniorem huius fungi statum solummodo indicare videntur, etiam loco natali conueniunt.

Hab. (α) autumno satis frequens supra et inter folia faginea, marcida, decidua.

Aetate tenera Clauariam gyrantem *Batsch* mentitur: stipite tunc toto ferme albido et subuilloso. *Lamel.* paucae, sed crassiusculae, subdecurrunt. *Pil.* tenuissimus, subhemisphaericus, saepe irregularis, rarius subpapillatus,  $1\frac{1}{2}$ —2 lin. latus.

410. AGAR. CAMPANELLA: gregarius, pileo hemisphaerico umbilicato striato ferrugineo, lamellis decurrentibus, sti-

Gg 3

pite

pite fistuloso spadiceo. *Commentarius*  
p. 94. *Batsch El. fung.* p. 74.

*Agaricus fragilis Schaeff. fung. t.* 230.

Ad truncos praesertim pineos crescit,  
nonnunquam agmine denso.

*La. nel.* pallidiores, et inter se den-  
tatim connexae sunt. *Pil.* 3 — 4 lin. ad  
 $\frac{1}{2}$  vnc. latus, pellucidus.

411. AGAR. MUSCORVM: stipitatus, pi-  
leo impresso striato flauo-fusco, stipite  
basi incrassato breui, lamellis horizon-  
taliter sitis pallidioribus. *Hoffm. No-*  
*mencl. fung.* 1. p. 131. t. 5. f. 3. †

Hab. ad radices arborum inter mu-  
scos autumnno. *Stipes* pileo concolor, ar-  
cuato adscendens. *Pil.* vnc. 1 fere latus.  
*Hoffm.*

412 AGAR. HYDROGRAMMVS: cespi-  
tosus unicolor totus albus aut rufus, pi-  
leo striato, stipite cauo undulato subin-  
curuo crassiusculo. *Bull. t.* 564. *fig. A. B.*

Hab. super folia decidua.

OBS. *Var. rufa* satis magna, pilei  
disco albicante vix umbilicato. Fungi  
substantia fragilissima videtur. In eadem  
*tabula* duo alii fungi delineati sunt, pi-  
leo laeui vero distincti, quorum alter  
*Fig. H. G.* colore toto argillacco, et alter,  
maior,

maior, *Fig. C. D.*, pileo subliuido lamellisq; incarnatis gaudet.

415. AGAR. PYXIDATUS: gregarius minusculus, pileo cupulari s. infundibuliformi striato subspadiceo, lamellis lutescentibus, stipite elongato solido pallido. *Bull. herb. t. 568.* ( $\alpha$ . pileo flavescente *fig. A*;  $\beta$ . pileo albicante *fig. B.*)

Hab. in *Gallia*, ad terram.

*Stip.* 4 vnc. longus, subattenuatus, 2 lin. crassus. *Pil.*  $\frac{1}{2}$  — 1 vnc. latus, subrepandus. (*Q. ic.*)

414. AGAR. FIBVLA: parvus, pileo umbilicato laeui ochraceo-rubescente, lamellis distantibus albidis, stipite longiusculo solido. — *Sowerby fung. t. 45. Bull. t. 550.* cum pluribus, quoad colorem, varietatibus.

Hab. hinc inde ad truncos.

*Stip.* subsolidus,  $\frac{1}{2}$  lin. crassus. *Lam.* plano-decurrunt, basi latiores, pallescunt. *Pil.* 2 — 3 lin. latus, laeuis.

$\beta$ . A. *Tubula*: maior, pileo submembranaceo umbilicato striato ochraceo-fuluo, lamellis arcuatis candidis, stipite solido subtenace vndulato pileo concolore.

Inter muscos in monte *Meisner* pulchellam hanc speciem inueni. Tubaeformis est. *Stip.* 2 vnc. fere longus, basi albicans, pileo ceterum concolor. *Pil.* 3—4 lin. latus.

415. AGAR. ERICETORVM: gregarius totus griseus membranaceus, lamellis distantibus basi latissimis, stipite mediocri. *Obs. myc.* 1. p. 50. t. 4. f. 12. *Flor. dan.* t. 1015.

Crescit in ericetosis, aut sylvaticis arenosis ad terram.

*Pil.* fragilis, striatus, pellucidus. *Stip.*  $\frac{3}{4}$  vnc. longus.

β. Agaricus *Vaillantii*. Fungus pileo candicante, lamellis paucis (latissimis), pedunculo fusco splendente. *Vaill. bot. paris.* t. 11. f. 21-23.

In syluis circa *Parisios*. Lamellae pariter albae dicuntur. Diuersa Species?

SECTIO DECIMA. PLEVROPVS: pileo carnoso, depresso, obliquo, integro aut dimidiato; stipite nudo, excentrico, laterali aut nullo.

\* *Pileo integro, stipite excentrico.*

416. AGAR. ATROTOMENTOSVS: magnus, pileo conuexo fusco-ferrugineo, lamellis pallide ochraceus, stipite cylindrico

drico subcurvato tomentosato atrofusco. —  
*Batsch. El. fung. p. 39. t. 8. f. 32.*

Hab. ad truncos. Semel circa *Gottingam* ad *Salices* crescentem inueni.

*Pil.* obliquus, siccus, carnosus, subsaber, margine inuolutus. *Lamel.* distinctae, adnatae, nec in stipitem decurrunt. *Stip.* breuis, crassus, tomento denso scaber. *Batsch.*

417. AGAR. ORCELLVS: gregarius, pileo elliptico aut orbiculari, stipite pallido, lamellis confertis incarnatis. —  
*Bull. herb. t. 573. f. 1. et t. 591.*

Hab. in *Gallia*.

*Stip.*  $\frac{1}{2}$  vnc. longus, obconicus, aetate iuuenili vbi pileus dimidiatus apparet, lateralis fere est. *Pil.* 2 — 3 vnc. latus subdepressus, colore alutaceo aut subcarneo; nunc vnicolor, nunc lituris obscurioribus pictus. (*Q. ic.*)

418. AGAR. VLMARIVS: pileo carnosissimo latissimo vnicolore pallescente aut lituris variegato, lamellis latissimis submarginato adnatis, stipite adscendente. —  
*Bull. herb. t. 510. — Sowerby t. 67?*  
 (colore toto cinereo.)

*Ag. vlmarius*, stipitatus, pileo ex albedo lutescente, lamellis albis irregularibus,

ribus, stipite concolore breui crasso contorto *Sibth. Fl. oxon. p. 345.*

Secundum b. *Bulliardum* autumnosupra varias arbores inuenitur, plerumque vero vlmis increfcit. *Pileus* 12—15 vnc. nonnunquam latus fit.

419. AGAR. TESSELLATVS: mediocris, pileo carnosocoriaceo subobliquo guttato-tessellato fuluo-ferrugineo, lamellis confertis albis, stipite solido breuiusculo incuruo. — *Bull. t. 515. †*

Hab. in truncis *Quercus Roboris* aut *Pini communis*. *Pileus* 2—3 vnc. latus, conuexus. *B.*

420. AGAR. PALMATVS: cespitosus, pileo lamellis que opacis rufo-spadiceis, stipite substricto albido. — *Bull. t. 216. Hoffm. nomencl. p. 123.*

*β.* totus rubescens *Sowerb. fung. t. 62.*

Prouenit in truncis, aut ad latera lignorum artefactorum.

*Stip.* subbrenis, bulbosus?, solidus,  $\frac{1}{2}$  vnc. fere crassus. *Pil.* 3—4 vnc. latus. Sapor dulcamarus. *Bull.*

421. AGAR. FORNICATVS: solitarius compactus, pileo planiusculo subliuido, lamellis distinctis subdecurrentibus rutilis,

lis, stipite breuissimo tomentoso subexcentrico.

A. carnosus. *Bolt. fung. t. 146?*

Meum fungum hic rarius ad truncos inueni, cui *Stipes* perpendicularis, 3—4 lin. altus, toidemque latus, et *Pileus* vnc. 1 et ultra latus, subsuberosus. *Lamel.* demum flexuosae fiunt.

422. AGAR. TORVLOSUS: carneo-suberosus, pileo infundibuliformi margine reuoluto subobliquo fuluo-carneo, lamellis longe decurrentibus, stipite breui griseo-tomentoso. †

Agaricus griseo-tomentosus *Batsch l. c. f. 33.*

Circa Jenam truncos incolit.

*Stip.* crassus, basi bulbosus. *Pil.* margine subtornulosus, eiusque superficies delicata maculis pallidissimis confertis subseriatis squamosa. *Batsch.*

423. AGAR. INCONSTANS: maiusculus, pileo subtenace depresso integro aut dimidiato lobato flexuoso subrufescente, lamellis subramosis basi crispis albis subrutilisque. *Commentarius p. 17.*

Agaricus flabelliformis *Schaeff. fung. t. 43-44.*

Prov.

Prov. iam mature ad truncos fagineos, subpersistens.

*Stip.* fuliginosus, nunc centralis, nunc lateralis. *Pil.* 3—4 vnc. latus, substriatus, saepe emarginatus.

β? *A. conchatus*, totus flavescentis, pileo subinfundibuliformi, lamellis simplicibus. — *Bull. herb. t.* 298.

Ad caudices viuarum adhuc arborum in altitudine 18—20 pedum crescit. *B.*

424. AGAR. DENTATUS: gregarius, pileo petato umbilicato integro, ut plurimum dimidiato, rufescente-pallido, lamellis dentatis albidis, stipite sulcato-rufo. *Disp. fung. p.* 22. *Abbildung der Schwämme ic.*

Rarius in pinetis ad truncos.

obs. Agar. *cochlicato* tertia parte minor, nec contortus est, saepe dimidiatus, vnc.  $\frac{3}{4}$  latus. *Stip.* nunc centralis, nunc lateralis.

\*\* *Pileo dimidiato, stipite marginali, lamellis decurrentibus ex latere pilei diuergentibus. (Merulius bryophilus, et muscigenus.)*

425. AGAR. GLANDVLOSUS: cespitosus magnus erectus, pileo carnoso badio, lamel-



lamellis candidis ad latera glandulosus.

— *Bull. herb. t. 594.*

Hab. in *Gallia* ad caudices arborum.

*Pil.* 4—6 vnc. latus, non horizontalis, compactus, durus. *Lamel.* 4 lin. latae. *Stip.* brevis, crassus, subperpendicularis. (*Q. ic.*)

obs. An a sequente specie diuersus?

426. AGAR. OSTREATVS: substipitatus: fasciculato-imbriatus, pileo (conuexo) cinereo (aut fuscescente) obouato, lamellis albidis decurrentibus basi subanastomosantibus. *Curtis Fl. lond. t. 216.* *Jacq. austr. 3. t. 288.*

Hab. ad truncos et caudices arborum. *Pil.* suborbicularis aut ouatus, margine reflexus, compactus.

$\beta$ . A. *atro - albus*: cespitosus, pileo carnosus, conuexo-plano margine reuoluto nigrescente, lamellis venoso-decurrentibus candidis, stipite laterali breui albo-nigrescente.

*Agaricus nigricans. Fl. dan. t. 892.*

*Ag. ostreatus Sowerb. fung. t. 241?*

In truncis quercinis praesertim crescit. Color pilei ex violaceo nigricat.

γ. *A. flauo-cinereus*: pileo carnoso subdimidiato connexo cinereo subrufescente, lamellis flauo-vitellinis, latere albidis.

Rarius ad truncos quercinos nascitur. Distincta species videtur. *Pil.* 2 vnc. latus, compactus, primo cinereus, dein rutilans. *Stip. lateralis*, brevis, vnc. 1 fere crassus.

427. AGAR. DRYINVS: solitarius, pileo compacto subobliquo albido: squamis sparsis obsolete, lamellis subdistantibus, stipite obsolete squamuloso. *Commentarius* p. 96. *Schaeff. fung. t.* 233.

Passim ad caudices *Quercuum* occurrit. *Pileus* praesertim in fungi infantia fere integer. *Stip. brevis*, durus, horizontalis.

428. AGAR. SALIGNVS: magnus subsimplex horizontalis, pileo lato conuexo, stipite laterali albo tomentoso.

α. *A. ochraceus*, totus ochraceus. *Abbild. d. Schwämme, 3tes Heft. ic.*

β. *A. fuliginus*, totus fuligineo-cinereus. *Obs. myc. 2. p.* 45.

Hab. autumnosero ad *Salices*.

obs. Ambae varietates, colore excepto conuenit: 1) *Pileo* basi depresso et ibi substri-

subtrigoso, latitudine quadriunciali; 2) lamellis, vbi in stipitem decurrunt, subramosis; 3) stipite tenace, subincuruo. — Lamel. in  $\beta$ . nunc albae, nunc dilute cinerae sunt.

429. AGAR. SEROTINVS: imbricatus, pileo carnoso compacto oliuaceo, lamellis confertis subramosis pallidis aut lutescentibus, stipite fluido: squamulis nigrescentibus. *Abbild. d. Schwämm. l. c. Commentarius. p. 101.*

Hab. sero autumno in alnetis et fraginetis ad truncos.

*Pil.* humidus, viscosus quasi, margine reflexus. *Lamel.* nonnullae ramosae sunt.

430. AGAR. FLABELLIFORMIS: substitatus, pileo planiusculo lacero multiformi ceruino, margine crenato, lamellis trifidis pallidis subcrenatis, stipite breui aut nullo. *Bolt. funguss. p. 157. t. 157.*

Ad latera truncorum crescit. *Pil.* glaber, dilute fuscus, 2—3 vnc. latus. *Lamel.* latiusculae; secundum *Bolton.*

431. AGAR. SPATHVLATVS: erectus spathulaeformis, pileo alutaceo-pallido: disco spongioso squamuloso, stipite canalicu-

naliculato perpendiculari. *Obs. myc.* 1. p. 55. t. 4: f. 1. Ag. anomalus.

Rarissime in sylvaticis vmbrosis ad terram occurrit.

*Lamel.* longe decurrunt, pallidae. *Pil.* margine reflexus, sulcatus. *Stip.* tomentosus.

452. AGAR. PLANVS: dimidiatus imbricatus ex albido subrubesceus s. aquose cinnamomeus, lamellis confertis, stipite breui albo-tomentoso. *Obs. myc.* 1. p. 8.

Hab. rarius ad truncos putrescentes. Vnc. 1 latus, subcompactus, fragilis. *Lamel.* lin. 1 latae.

453. AGAR. PORRIGENS: imbricatus candidus, pileo plano glaberrimo, basi compressa angustata porrecta, lamellis longe decurrentibus. *Obs. myc.* 1. p. 54.

Agaricus abietinus. *Schrad. Spicil.* p. 132.

In *Hercynia* ad truncos abietinos.

*Pil.* 2 vnc. latus, basi in formam stipitis productus; substantia tenuis, humida.

454. AGAR. MOLLIS: gregarius mollis, pileo glabro gibboso pallido, lamellis aquose cinnamomeis. *Commentarius* p. 88. *Schaeff. fung.* t. 213. *Sowerb. fung.* t. 98.

Prov.

Prov. autumnno satis frequens ad truncos cariosos. *Pileus* subgelatinosus, conuexus, subflexuosus, basi rufo-pulverulentus, vnc. 1 —  $1\frac{1}{2}$  latus.

435. AGAR. STYPTICVS: cespitosus, pileo subcoriaceo emarginato alutaceo subfarinaceo, lamellis tenuissimis venis connexis cinnamomeis, stipite compresso adscendente apice dilatato. *Obs. myc.* 1. p. 52-53. *Bull. herb. t.* 140. *Sowerb. fung. t.* 109. *Commentarius.* p. 86.

*Agaricus lateralis* et *semipetiolatus* quorundam auctorum.

Hab. frequens sero autumnno, etiam hyemi leni ad ver vsque, ad truncos exsiccatos, agmine saepe denso: iunioribus adultis intermixtis. *Pileus* nonnunquam occurrit integer, et *Stipes* subcentralis. *Sapor* primo dulci-nauseosus, dein stypticus.

Obs. *Agaricus gramineus*, lamellis rubris, pileo stipiteque breui carnosus albis. *Flor. dan. t.* 832., qui in *Dania* ad terram inter gramina crescit, quoad formam conuenit.

436. AGAR. MITIS: gregarius totus candidus, pileo subcarnoso glabro laeui, lamellis simplicibus, stipite horizon-

H h

tali

tali apice dilatato. *Obs. myc.* 1. p. 54. t. 5. f. 3.

Rarissime ad ramulos *Pini laricis* mihi obuius. Cum antecedente quoad formam conuenit, sed colore et lamellis simplicissimis diuersus.

437. AGAR. NIDVLANS: gregarius, pileo dimidiato reniformi primo resupinato tomentoso flauo, lamellis confertis e croceo demum cinnamomeis. *Ic. et Descr. fung.* p. 19. t. 31. f. 4.

Ad truncos abietinos in *Hercynia* hunc fungum inueni; mihi quoque a cl. *Swartz* sub nomine *A. ochroleucus* missus est. Aetate teneriore totus resupinatus et truncò tomento denso adhaeret; vnc. 1 et ultra latus est.

438. AGAR. BYSSISEDVS: pileo suborbiculari fibrilloso fuligineo-canescente, lamellis incarnato-fuligineis, stipite brevissimo laterali: radiculis byssoideis albis. *Ic. et Descr. fung.* p. 56. t. 14. f. 4. (vbi vitio typographico male *Byssoides* legitur.)

Rarissime in vmbrosis ad truncos crescit.

*Pil.* albidus, subumbilicatus, primo integer, fragilis. *Lāmel.* subfalcatae, in stipitem, 2 lin. longum, decurrunt.

439. AGAR. VIOLACEO-FULVENS: pileo dimidiato membranaceo violaceo-fuluo, lamellis concoloribus *Batsch El. fung. p. 95. t. 9. f. 59.*

In truncatura trabium humidarum margine rectilineo arcte adnatus. *Pil.* supra tomentosus, semiorbicularis. *Lamel.* conuexae. *Batsch.*

440. AGAR. VARIABILIS: gregarius acaulis, pileo subtomentoso candido, lamellis ex albo demum rubiginosis. *Obs. myc. 2. p. 46. t. 5. f. 12. — Bull. herb. t. 152. Ag. sessilis.*

*Agaricus niueus. Sowerb. fung. t. 97.*

*Agaricus pubescens. Fl. dan. t. 1073?*

Provenit ad terram, inter folia, ramulis deiectis adhaerens.

*Pil.* iuniorum integer, orbicularis, e cuius medio *stipes* tunc more aliarum specierum provenit (*cf. ic. cit. f. a.*), demum dimidiatus et stipite destitutus!

β. ? *Agaricus sinuatus*: pileo membranaceo repando sinuato subtomentoso albedo, lamellis spadiceis medio latissimis. *Obs. myc. 2. p. 46.*

Rarissime ad truncos putridos inuenitur. *Pil.* suborbicularis est,  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus. *Lamel.* tenues.

441. AGAR. EPIGAEVS: pileo reniformi fragili rufescente-cano, basi villosulo albido, lamellis distinctis aquose rufescentibus diuergentibus. *Obs. myc.* 2. pag. 47.

Agaricus depluens. *Batsch. El. fung.* p. 167. f. 122.

Hab. in syluaticis ad terram, in viarum orbitis, rarius ad latera rupium.

β. *A. tephromelas*: gregarius subterrestris cinerascens, pileo stipiteque terti tomentosus. *Obs. myc.* 2. p. 47.

Agaricus applicatus. *Batsch El. fung.* p. 171. f. 125. (fungum nondum, vti videtur, explicatum sistit.)

γ. *A. glaucus*: griseus substipitatus, pileo siriceo, stipite albentiore, pruinato breui, laterali etc. *Batsch l. c.* p. 169. f. 223.

δ. Agaricus tremulus. *Schaeff. fung.* p. 53. t. 224.

Autumno inter muscos et ad truncos arborum putridos prouenit. *Schaeff.* Quo etiam pertinet:

ε. *A. planus*: acaulis erectus planus, lamellis trifidis lanceolatis. *Bolt. fung.* p. 75. t. 72. f. 3.



442. AGAR. STRIATVLVS: subsolitaris glaber dilute cinereus, pileo sessili pellucido striato.

Agaricus striato - pellucidus. *Obs. myc.* 2. p. 48.

Hab. rarissime ad truncos pineos.

*Pil.* 3 — 4 lin. latus, conuexus, more *Agaricorum tenellorum* striato - pellucidus, quod hac in familia rarius obtinet.

\*\*\* *Pileo dimidiato suberoso.*  
(*Agar. quercinus* L. vid. *Daedal. querc.*)

443. AGAR. ALNEVS: coriaceus tomentosus albido-griseus, lamellis fissis margine reuolutis (subpurpurascence-cinereis.)

*Ag. alneus*, acaulis, lamellis bifidis puluerulentis. *Linn. Syst. pl. ed. Reich.* 4. p. 607. *Hoffm. l. c.* p. 253. t. 1. *Bull. herb.* t. 346. *Sowerb. t.* 183.

Agaricus multifidus *Batsch El. fung.* fig. 126.

Peculiaris haec species autumnno et hyeme ad caudices *Tiliae*, et ad truncos *Pop. Tremulae*, *Fagi*, aut *Alni* crescit.

*Obs.* *Lamel.* potius villosae, quam puluerulentae sunt. *Pil.* saepe multifidus, humectatus rufescit.

444. AGAR. ABIETINVS: subcespitosus fuligineo-vmbrinus, pileo glabro laeui, lamellis glaucis, iuniorum ramosis. *Bull. herb. t. 442. f. 2.*

Agaricus asserculorum *Schrad. spicil. p. 134.*

Hab. ad trabes praesertim abietinos.

OBS *Lamel.* subperpendiculares sunt, fungus hinc satis crassus apparet. *Pil.* vix zonatus, nigrescens fere. *Lamel.* pulvere cinereo quasi obductae.

445. AGAR. VERSICOLOR: pileo suberoso coriaceo tomentoso fusco griseoque fasciato, lamellis albis rectis. *Plan. fung. erfurt. p. 4. †*

Hab. prope *Erfurt.* Habitus *Boleti versicoloris.* *Lamel.* simplices, papyraceae. *Planer.*

446. AGAR. CORIACEVS: coriaceus zonatus tomentosus, pallescens, lamellis subramosis ligneo-pallidis. — *Bull. t. 394.*

Agaricus coriaceus *Bolt. fung. t. 158.* (Icon bona.)

Agaricus betulinus *Sowerby fung. t. 132?*

An *Merulius vmbrinus* *Disp. meth. fung. p. 26.* hunc fungum recenti in statu indigitat?

Hab.

Hab. satis frequens ad truncos exsiccatos.

*Pil.* nonnunquam resupinatus, demum virescit. *Lamel.* coriaceae, apice et aetate iuuenili subramosae, lutescunt. — Cum sequente forte melius ad *Daedaleas* referendus.

447. AGAR. SEPIARIUS: coriaceus durus, vtrinque planus, pileo strigosotomentoso spadiceo, laminis confertis ramosis lutescentibus *Obs. myc.* 2. p. 93. (Sub *Merulio*. Cum synonymis.)

*Agaricus hirsutus* *Schaeff. fung.* t. 76. *Vaill. bot. paris.* t. 1 - 3. (Var. *resupinata*.)

*Agaricus asserculorum* *Batsch El. fung.* p. 95.

β. *Agaricus tricolor*: versicolor, lamellis sinuatis dichotomis. *Bull. herb.* t. 541. (Diuersa species? In caudice *Betulae albae*.)

Crescit (α) frequens in truncis et ad sepes ex lignis aut ramis *Pini abietis*, confectas.

Obs. Transitum ad sequens genus efficit. *Lamellae* hinc inde subporiformes. Crassitudine et colore opaco, aut pallescente variat.

42. MERVLIVS. *Pileus* carnosus aut membranaceus. *Hymenium* venosum: *venis* (*plicis*) superficialibus, tumidulis.

\* CANTHARELLVS: pileo integro, ut plurimum cyathiformi, stipite centrali. (*Agaricus contiguus*, *Squamula* etc.)

1. MERVLIVS CANTHARELLVS: gregarius totus vitellinus, pileo carnosio glabro depresso.

*Agaricus cantharellus* Linn. *Sowerb. fung.* t. 40. *Bolt fung.* t. 62. *Flor. dan.* t. 264. *Bull.* t. 505.

Esculenta haec species vulgaris in sylvis est.

OBS. *Pileus* primo conuexus est, pro diuersa aetate et ob luxuriam variat. cfr. *Vaillant bot. par.* t. 11. f. 9-15.

2. MERVL. AVRANTIACVS: pileo carnosio tomentoso subconuexo, stipiteque ochraceo, plicis strictis aurantiacis.

*Agaricus aurantiacus.* *Wulf. in Misc. austr.* 2. p. 107. t. 14. f. 3. *Murr. Syst. veg.* 14. p. 975.

In *Hercyniae* etiam sylvis, locis graminosis, satis frequens.

*Stip.*

*Stip. solidus*, iuniorum crassiusculus. *Plicae* subtenuēs, rectae, dichotomae. *Pil.* ad tactum mollis.

3. MERV. NIGRIPES: pileo infundibuliformi flavescente, stipite longo nigro-fuliginoso.

*Agaricus cantharelloides.* *Bull. herb.* t. 505.

Hab. in *Gallia*.

*Pil.* ab initio cupulaeformis, subrepandus. *Plicae* dichotomae, subfuliginosae? *Stip.* tenuis, sed ultra 3 vnc. longus, 3 lin. crassus. (*Q. ic.*)

4. MERV. LUTESCENS: pileo umbilicato glabro lutescente, venis cinereo-rutilus, stipite cauo luteo.

*Agaricus cantharelloides.* *Sowerby fung.* t. 47.

*Heluella cantharelloides* *Bull. herb.* t. 473. f. 5.

Hab. autumnō satis frequens in sylvis.

*Pil.* carnosomembranaceus, subdifformis et in statu luxuriante post pluvias lobatus fit. *Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, incrassatus.

5. MERV. TUBIFORMIS: gregarius minor, pileo membranaceo umbilicato

Hh 5 rugoso-

rugoso-squamuloso fusco, plicis rectis flauo-subcinereis, stipite flauo subincrassato. *Commentarius* p. 62.

*Heluella tubaeformis* Bull. t. 461. f. a. c.

*Peziza undulata*. Bolt. fung. t. 105. f. 2.

Non infrequens in sylvaticis.

*Pil.* vix vnc. latus, hemisphaericus, margine reflexus. *Venae* nunc flavae, nunc aurantiacae, aut incarnato-flavae, ut plurimum cinereo-flavae.

6. MERVL. FVLIGINEVS: cespitosus, pileo subcarnoso tenui umbilicato plicisque cinereo-fuligineis, stipite solido deorsum incrassato lutescente. †

β? *Agaricus* (*Merulius*) *pruinatus*, pileo fusco-cinereo plano, lamellis cinereo-griseis pruinatis, stipite lineari elongato valido luteo. *Batsch El. fung.* p. 95. f. 35.

In sylvaticis rarissime.

*Stip.* 2 vnc. longus, 2 lin. crassus, subdifformis. *Plicae* latiusculae, margine acuto decurrentes. *Pil.* 1½ vnc. latus. Medius inter antecedentem et sequentem speciem.

7. MERVL. CINEREVS: cespitosus, pileo subinfundibuliformi squamuloso nigrescente,

grescente, plicis cinereis nitidis, stipite cauo nigrescente.  *Ic. et Descr. fung. p. 10. t. 3. f. 3.*

β. *Heluella Hydrolips Bull. hist. d. champ. 1. p. 292. t. 565. f. 1.*

Hab. in faginetis, locis apertis.

A sequente, e longinquo consimili fungo, *plicis s. venis manifestis* satis distinguitur.

8. MERV. CORNUCOPOIDES: cespitosus nigrescens, pileo membranaceo squamuloso: venis obsoletis. — *Commentarius p. 65 et 66.*

*Peziza cornucopioides Linn. Sowerb. fung. t. 74. Bolt. fung. t. 103. Bull. herb. t. 150. Schaeff. t. 165.*

*Craterella cornucopioides. Disp. fung. pag. 71.*

In sylvis autumnno vulgaris.

Tubiformis, ad basin cauus est; ad latera potius *rugas* quasdam, quam *venas* ramosas sistit, vbi aetate iuniore omnino laeuis est.

9. MERV. VMBONATUS: pileo subcarnoso umbonato, stipiteque longo cinereo, plicis candidis. — *Gmel. Syst. Nat. Linn. 2. p. 1430.*

Agari-

Agaricus muscoides *Wulf. in Jacq. misc. 2. t. 16. f. 1. Murr. Syst. veg. 14. p. 976.*

In pratis muscosis humidis, sylvaticis.

Peculiaris species est. *Venae* planae, strictae, supradichotomae, ab initio crassae.

10. MERVL. ELEGANS: gregarius subparuus ex pallido subrufescens, pileo primo vmbonato demum depresso, stipite tenui.

Agaricus heluelloides. *Bull. t. 601. f. 3.*  
Hab. in *Gallia*.

*Stip.* albicans. *Pil.* ultra  $\frac{1}{2}$  vnc. latus, demum subcupularis.

11. MERVL. CANALICVLATVS: paruus albido-pallescens, pileo subumbilicato obliquo, plicis canaliculatis subsimplicibus.  *Ic. et Descr. fung. p. 57. t. 14. f. 1.*

Ad truncos rarius crescit.

An huius generis? *Stip.* solidus, subvndulatus, vix vnc. 1 longus. *Pil.* iuniorum obliquus, 4—5 lin. latus.

12. MERVL. VNDVLATVS: liuido-pallens, pileo subcoriaceo depresso, margine erecto vndulato-crispo, subtus rugoso.

Crate-



*Craterella crispa* *Obs. myc.* 1. p. 30.

*Heluella crispa*. *Bull.* t. 465. f. 1. *Sowerb. fung.* t. 75.

In faginetis hinc inde occurrit.

*Pil.* 2 vnc. fere latus, aetate iuniore forma regulari, pezizoidea. *Hymenium* obsolete venosum.

13. MERVL. PEZIZOIDES: gregarius obconicus parvus glauco-albidus: disco depresso ibique venoso. — *Obs. myc.* 1. p. 22. †

Singularem hunc fungum in introitu *Fodinae* metallicae in *Hercynia*, ad ligna observaui, qui pileum distinctum analogum non habebat, sed *venae* in eius apicis centro diuergunt. Dimidiam vnciam et ultra longus erat.

\*\* *Pileo dimidiato submembranaceo.*

14. MERVL. MUSCIGENVS: stipite laterali breui crassiusculo, pileo dimidiato pallescente-fusco, plicis ramosis *Withering arrang.* 4. p. 153. *Schrad. spicil.* p. 137.

*Heluella dimidiata*: membranacea tenuis horizontalis, supra laevis, subtus in venas diuergentes expansa. *Bull. hist. d. champ.* 1. p. 290. t. 498. f. 2.

*Agaricus muscigenus.* *Eiusd. herb.* t. 288?

In

In *muscis* viuis parasitat. Nunc albus, nunc cinereus, quandoque subfuligineo-ferrugineus. *Stipes* nunc longiusculus, nunc breuissimus, etiam nullus datur. *Bulliard*.

15. MERVL. LOBATUS: acaulis difformis subfuscus, margine vario lobato crispato, venis ramosis anastomosantibus. *Dicks. pl. crypt. brit. Fasc. 1. p. 21. Bolt. fung. p. 177. t. 177.* Hel. membranacea.

Hab. in paludosis, verno tempore, *muscis* superincumbens. *Dickson*.

In *muscis*, et in tectis stramineis. *Pileus* superne obscure rubro-fuscus, magnitudine varius, in lobos latos divisus. *Bolt*.

obs. Nonne fungus *Boltonii* diuersa species?

16. MERVL. RETICULATUS: membranaceus, tenuissimus, verticalis, subrotundus, supra laevis albo-cinereus; subtus reticulatim venosus subfuligineo-cinereus. *Bull. champ. 1. p. 289. t. 498. f. 1.* sub *Heluella*.

*Merulius reticulatus*, verticalis subrotundus membranaceus laevis canus, venis reticulatis cinerascentibus. *Gmel. l. c. p. 1401.*

In

In muscis aliisque vegetabilibus vivis aut emortuis parasitat; pagina superiore infixus. Margo primum integer, demum varie fissus. *Bulliard.*

17. MERVL. MUSCORVM: solitarius sessilis auriformis *gelatinosus* extus glaber, intus venis margine crispis. *Roth. Catal. bot. 1. p. 238. et in Vsteri Annal. bot. Fasc. 1. p. 10. t. 1. f. 4.*

Hab. in *Quercuum annosarum* truncis muscosis sero autumno. Semunciam non superat. Iunior albidus, venis caret. Auriformis, glaber, fragilis, sordide rufescens. *Roth.*

18. MERVL. BRYOPHILVS: candidus, pileo membranaceo postice porrecto stipitiformi, lamellis ramosis. *Obs. myc. 1. p. 8. t. 3. f. 1. sub Agarico.*

Hab. in muscis. Totus fungus ab initio teres subtomentosus et resupinatus. *Plicae* lamellae-formes e centro divergunt. Adultus bi-trilinearis est.

19. MERVL. CRISPVS: dimidiatus subimbricatus, pileo subcarnoso tomentoso rufo: margine albedo, plicis crispis albidis.  *Ic. et Descr. fung. p. 32. t. 8. f. 7.*

Hab. autumno ad truncos et ramulos fagineos et coryleos.

Etiam

Etiam subcyathiformis est et stipitem subtus exserit, adulti horizontales. Quatuor lineas fere latus. Substantia sicca, subcoriacea.

20. MERVL. TREMELLOSUS: acaulis imbricatus carnosus - tremellosus, pileo effuso - reflexo tomentoso albo, plicis subporiformibus acutis rubicundis. *Obs. myc.* 2. p. 92. *Schrad. spic.* p. 139. — *Fl. dan.* t. 776?

Hab. autumnno ad truncos praesertim quercinos. Ab initio suborbicularis, resupinatus, vnc.  $1\frac{1}{2}$  ultra latus.

Masticatus fere cartilagineus est, subtus magis poriformis quam venosus est.

\*\*\* SERPVLA. Totus effusus, resupinatus, acaulis. (*Merulius retirugus, tremellosus.*)

21. MERVL. DESTRVENS: effusus magnus flauo-ruber, margine albido-tomentoso, plicis amplis poroso-sinuatis.

*Boletus lacrymans*: acaulis coriaceus semiovalis aurantiacus rugoso-reticulatus; fascia marginali lata niuea fornicata. v. *Wulf. in Misc. austr.* 2. p. 111. t. 8. f. 2. *Sowerby fung.* t. 113. (optima.)

Hab. super asseres locis humori obnoxius, vbi muro communicant. *Fascia margi-*

marginalis, lata, conuexa, niuea, guttas aqueas lacrymans. *Wulfen.*

Noxium hunc fungum frequentem etiam vidi apud ill. *Zach*, Astronom. celebr. in eius domu (observatorio *Séeberg*) prope *Gotham*, ligna destruentem; cum intra ea primo *byssi* ad instar longe lateque reptet. Remedium contra hunc fungum in *Act. suec. tom. 4. p. 278.* propositum, consistit in *Oleo vitrioli aqua diluto.* — Fungus exsiccatus puluere cinnamomeo quasi adpersus est.

22. MERV. VASTATOR: orbicularis adultus aureus, venis crispis centrum versus in plicas abeuntibus: tuberculis intus albis ut plurimum aggregatis caulescentibus intermediis. *Gmel. l. c. p. 1452. Tode Abhandl. der Hall. Naturf. Gesell. 1. p. 351. t. 2. f. 1-4. †*

Hab. in aedificiis, locis suffocatis, aut humentibus, vbi ligna fabrefacta emolliendo destruit. Magnitudine variat et forma. Exsiccatum aqua vero de nouo irrigatum odorem tetrum exhalare *b. Tode (l. c.)* adnotauit.

23. MERV. SERPENS: coriaceus elongatus glaber albus medio rubescens, plicis subobsoletis rugiformibus.

*Merulius serpens*. *Tode l. c. p. 355.*  
*Gmel. l. c.*

Hab. autumnno passim ad ramos exsiccatos deciduos, super quos longitudinaliter quasi serpit;  $\frac{3}{4}$  vnc. latus, membranaceus, tenuis, margine subtusque albicans. *Plicae* in fungo adulto manifestae, subporiformes vti in *M. tremelloso* fere.

24. MERVL. RVFVS: resupinatus totus adnexus carneo-rufus, venis distinctis oblongis subporiformibus: ore obliquo sublacero.

Rarius in trunco *carpineo* eum inueni, demum huius ligni partem, in qua pro-venit, emollit, et putrefacit. *Venae* decumbunt, exsiccatae magis eriguntur.

\*\*\* G O M P H V S. *Pileus* distinctus analogus nullus, clauaeformis, latere tenuissime venosus.

25. MERVL. CLAVATVS: clauaeformis truncatus latere venosus. *Obs. myc. 1. pag. 22.*

$\alpha$ . *violaceus*: violaceus, caule simplici ramosoque, margine flexuoso. *Comment. de fung. clauae f. p. 28.*

$\beta$ . *spadiceus*: maior obscure spadiceus.

Claua-

*Clauaria truncata* *Schmidel Ic. et Anal. pl. manip. 3. p. 257. 258. t. 60.*

Hab. in sylvaticis, locis graminosis, subcespitose. *Clauariae* similis, disco truncatus, margine in nonnullis excisus, nonnunquam lobatus aut subramosus est. — An  $\beta$ . aetate veteriore tantum discrepat?

†† BOLETOIDEI: hymenio s. membrana fructificante in *tubos* subuenosos, oblongo-compressos aut teretes prominentes.

43. DAEDALEA. *Pileus* (dimidiatus) coriaceo-suberosus, subtus sinibus oblongis daedaleis subporiformibusque reticulatus. \*)

Ii 2.

1.

\*) Inter *Merulios* et *Boletos* medium genus est, ad posteriores vero magis accedit. *Beat. BATTARRA* in vtili suo libro: *Fungorum agrariensis historia*, tab. 38, nonnullos huc pertinentes fungos adumbravit, quos vltioris indagationis ergo hic breuiter recensere licet:

*Agaricus* daedaleis sinibus excavatus, nigricans, pag. 72. Praecipue ad quercus provenit; interne atro-rufus, externe in cortice et sinibus nigricat. B. (*Daed. nigricans.*)

*Agaricus* daedaleis sinibus minoribus. tab. 38. fig. E. F. Ad Salices hic oritur. Superne molli,

1. DAEDALEA QUERCINA: coriacea ligneo-pallens, pileo ruguloso glabro, laminis ramoso-sinuatis: sinulis magnis.

Agaricus quercinus LINN. *Sowerby fung. t. 181.*

Ag. labyrinthiformis. *Bull. herb. t. 442.*

Merulius quercinus. *Gmel. Syst. nat. Lim. 2. p. 1431. Disp. fung. p. 26.*

*Var. 1.* Substantia subflexili et lamellis simpliciter ramosis.

— 2. Substantia dura, crassa, laminis reticulatis, putamini fructus *Amygdalae perficae* similibus.

Hab. ad truncos quercinos.

2.

molli, breui, albida sericea hirsutiae obtegitur, inferne cretacei coloris est. B. (*Daed. alba.*)

*Agaricus squamosus etc. tab. cit. f. G.* Ad palos. Superne hispidus, villosus et cinerei coloris, inferne saturatioris cinerei est. B. (*Daed. cinerea.*)

*Agaricus aureus daedaleis sinibus. fig. F.* In obruncatis quercibus. Superne aurei coloris et molli hirsutiae obtectus, flavus inferne. B. (*Daed. aurea.*)

ons. Hoc ad genus, saltem ob affinitatem cum prima specie, referri forte quoque possent: *Agaricus abietinus* Bull. s. *asserulorum* Schrad., *Ag. coriaceus* Bolt., et praesertim *Ag. s. Merul. scpiarius* Pers.; vid. *Agaricos.*



2. DAED. GIBBOSA: gregaria, pileo subtomentoso albido: basi gibboso porrecto, subtus pallido margine poroso, sinulis angustis rectis. — *Bull. herb. t. 557. fig. a. b. P. O. Q.?*

*Merulius gibbosus. Obs. myc. 1. p. 21.*  
— *Boletus suberosus Linn.?*

Prov. in montosis ad truncos siccos.

*Pil. durus*, versus basin gibboso-convexus, et in formam manubrii truncis affixus, nonnunquam spithamam longus, pulvere virescente demum adspergus inuenitur.

β? *Boletus sinuosus Sowerb. fung. t. 194.*

“An old *poplar*. The pores are sinuous, oblong or varying in every direction. The pileus tomentose, knobby, zoned and undulating in ridges towards the edges.” *Sowerb.*

3. DAED. CONFRAGOSA: coriaceo-lignea scabroso-zonata lateritio-fusca, sinulis labyrinthiformibus cinereis. †

*Boletus confragosus Bolt. fung. t. 160.*

*B. labyrinthiformis Bull. champ. p. 557. t. 491. f. 1.*

Hab. in *Anglia* et *Gallia*. Trunco *Crataegi torminalis* innascitur. *Bull.*

“*Ses tubes grisâtres et fort larges en proportion de l'épaisseur de sa chair, forment des sinuosités très variées*” *Bulliard.*

“The pores are of a *reddish* brown, very various in figure and in size, round oblong, angular, large or small in various parts of the same species” *Bolton.*

4. DAED. ANGVSTATA. *Boletus angustatus. Sowerb. engl. fung. t. 195.*

“I have, *dicit auctor*, found it at the foot of a poplar. It is fixed by the back. The pores are long and narrow, with some variations. The *pileus* flattish, much blotched with a dull crimson, zoned and lobed, somewath satiny at the edges, which are of a silvery brown.”

obs. Omnino distincta species videtur, quae subtus oliuacea depicta est.

5. DAED.? SVAVEOLENS. *Boletus suaveolens, coriaceo-suberosus, sessilis glaber ex niueo subfulvus, carne stramineo-fuliginea: tubis longissimis subrufidis Bull. champ. p. 342. t. 510. (exclus. synonymis.)*

Super *Salicum* truncos habitat, ut plurimum crassus et odorem anizem  
prima

prima aetate redolens; aliquando tamen tenuis et inodorus est. *Bull.*

44. BOLETVS. *Pileus varius. Tubuli et pori teretes, integri.*

A. *Pileo* pulvinato carnosio, a *tubis* elongatis facile se disiungente. (*SVILLI veterum.*)

1. BOLETVS ANNVLATVS: pileo pulvinato campanulato viscoso flavescente-liuido; maculis e lateritio rufis virgato, poris luteis, stipite annulato. *Commentarius* p. 45. *Schaeff. fung. t. 114. Bull. champ. p. 316. t. 332.*

Hab. autumnno in pinetis.

obs. Est Boletus *luteus* plurium autorum, verum vix *Linnaei*; cfr. *Commentar. p. 46. Caro* inmutabilis. *Stipes* subtenuis.

2. BOL. CORTINATVS: stipitatus, pileo luteo centro aurantio, carne alba crispa firma, tubis luteis, cortina (annulo?) alba. *Bolt. funguss. p. 169. t. 169. et t. 84 f. infer. Bol. annularius.*

Boletus flavus, *Wither. bot. arrang. ed. 3. v. 4. p. 320.*

Hab. in *Anglia.*

*Stipes* crassus, praesertim versus basin. *Pil. subviscosus. Pori* decurrunt.

*Caro* immutabilis. Ab antecedente omnino distincta videtur.

3. BOL. CINEREVS: pileo puluinato squamoso cinereo cortina appendiculato, poris candidis, stipite squamoso-fibrilloso pileo concolore.

Rarissime hanc speciem in faginetis inueni, quae ad formosas et maiores pertinet.

*Stipes* sublongus. *Squamae* in pilei medio crassae, erectiusculae, ad marginem villosae adpressae, imo in membranam poros primo obtegentem prominent.

4. BOL. AVRANTIVS: pileo carnoso nitido subaurantiaco, poris minutis candidis, stipite longo albo: squamulis verruciformibus aurantiis. *Obs. myc.* 2. p. 12. *Bull. champ.* p. 320. t. 236.

β. *B. leucopodius*: pileo planiusculo ex aurantio dilute cinnamomeo nitido, poris et stipite cum squamulis albis. *Obs. myc.* 2. p. 11.

Hab. in faginetis.

*Stip.* spithamam fere longus.

γ. *B. rufus*: pileo dilatato conuexo-plano lateritio-rufo ruuloso, poris albidis,

bidis, stipite longo rugoso-lacero: squamulis nigrescentibus. *Obs. l. c. p. 13.*  
*Schaeff. fung. t. 103. Sowerb. t. 110. Bull.*  
*t. 439. f. 2.*

Crescit in faginetis, syluaticis graminosis autumno.

*Pileus* latitudine variat, superficie tamen opacus. *Pori* regulares parui. *Stip.* satis longus.

5. BOL. SCABER: pileo subrugoso opaco fuligineo-cinereo, poris pallescente-albis circa stipitem depressis, stipite attenuato, squamulis nigrescentibus. *Obs. myc. 2. p. 15. Bull. champ. p. 319. t. 132. et 439. f. 1. Schrad. spic. fl. germ. p. 150.*

Hab. in faginetis, initio autumnii, satis frequens; habitu lurido facile distinguitur, demum exsiccatus nigrescit et induratur.

6. BOL. CIRCINANS: gregarius, pileo viscoso subrepando crasso stramineo aut flavo-liuido, poris acutis luteis, stipite subtenui breuiusculo flavido punctis subnigrescentibus aspero. *Disp. meth. fung. pag. 27.*

*Boletus inquinans. Schrad. spic. p. 144.*

*Boletus flavo-rufus Schaeff. fung. bav. t. 125. iuniozem satum; et*

*Boletus ferrugineus* *Eiusd.* t. 126, stipite longiore excepto, statum senescentem repræsentat.

Hab. satis pulchra hæc species in pinetis, autumnii initio; cespitose et sæpe in circulum crescens. *Pil.* 3—4 unc. latus, satis crassus. *Stipes* pro ratione brevis, demum subelongatus.

Obs. In tuborum orificiis, fungo nondum plane evoluto, guttulas lacteas nonnunquam observaui, propterea puto, sequentem fungum nostro esse proximum:

β. *Boletus lactifluus*: tubis flavis, pileo vaccino, stipite dilute flavo, succo lacteo. *Wither. bot. arrang.* 3. p. 320.

In sylvis anglicis Augusto lectus.

“Pori seem us is filled up by the exudation of an inspissated juice. Pileus very convex, viscid; flesh thick, white, solid.” *Withering.*

7. BOL. SVBTOMENTOSVS: mediocris pileo puluinato conuexo-plano subtomentoso giluo aut flavo-cinerascente: carne subinmutabili, poris maiusculis, stipite subtenui medio rubicundo aut unicolore lutescente. *Obs. myc.* 2. n. 12.

*Boletus subtomentosus*, pileo flavo subtomentoso, poris subangulatis, difformi-

formibus fulvis planis, stipite flauo.  
*Linn. Fl. suec. p. 453.*

*Boletus communis Bull. champ. p. 328.*  
*t. 490. f. 5. Schaeff. fung. t. 112 et 133.*

Crescit sparsim in nemorosis per totum autumnum frequens. Pori satis magni, inaequales, flauo-virescunt. *Piteus* saepe, aere praesertim sicco, tessellatim rimosus fit, vt hoc fere in *Bol. quino Schaeff. t. 123.* pictum est, praeterea variat rarius colore subcinnabarrino, rubiginoso, aeneo aut suboliuaeo; *conf. de his Obs. myc. 2. l. c.*

8. BOL. RADICANS: pileo puluinato flauescente-cinereo: margine inuoluto subtomentoso, poris citrinis, stipite laeui radicato tomentoso concolore.

*β. B. appendiculatus. Schaeff. fung. t. 130.*

In quercetis autumnno passim occurrit. Substantia caerulescit. *Radix* crassa, dura, villosa, citrina. Sapor amarus.

9. BOL. PIPERATVS: pileo crassiusculo puluinato flexuoso cinnamomeo, poris maiusculis conuexis rufo-ferrugineis, stipite basi intusque flauo. *Disp. meth. fung. p. 27. Bull. champ. p. 318. t. 451. f. 2. Sowerb. fung. t. 34.*

Bole-

*Boletus ferruginatus*. *Batsch El. fung.*  
p. 179. t. 25. f. 128.

Hab. iam mature in pinetis, in serum autumnum vsque post iteratas pluvias inueniendus. Magnitudine mediocris, subparuus. *Stipes* subtenuis, duriusculus, fractus liquorem flavum stillat. *Sapor* acris. *Substantia* inmutabilis.

10. BOL. RETICVLATVS: pileo pulvinato dilatato sordide flavescente vtplurimum tessellato rimoso: carne caeruleescente, poris mediocribus flavescentibus, stipite subbreui glabro pileo concolore intus sanguineo. †

*Boletus reticulatus*. *Schaeff. fung. t.*  
108. huius loci.

Hab. rarius sub quercubus magnis. *Pileus* 5—6 vnc. latus. *Tubi* longi, vnc. 1 fere. *Stipes* basi et intus rubescit.

OBS. Caute inquirendus, cum tempestate praesertim sicca pileus in nonnullis aliis speciebus reticulatus etiam euadat.

11. BOL. CONSTRICTVS: pileo lato subfuligineo, stipite laevi ventricosi concolore apice niueo, poris albis, substantia cyanea. *Bull. hist. des champ. p.* 319.  
t. 369. *Boletus cyanescens*.

Hab.



Hab. in *Gallia* et in *Anglia* (*Sibthorp oxon. p. 376.*)

*Stip.* crassus, subfuligineo-cinereus, passim luteolus, apice tenuior et ibi albus. *Pil.* fornicatus, stipiti concolor, aliquando veluti puluere conspersus, ruptus intus (quod vero pluribus competit speciebus) mox cyanescens. *Bull.*

12. BOL. PELLEVS: stipite (sub-) reticulato ventricosio pileoque fuluo: carne niuea molliuscula, demum rosea, tubis ex albo subcarneis. — *Bull. l. c. p. 525. t. 579.*

Hab. in *Gallia.*

*Stip.* aliquando vix reticulatus, fulvus. *Pil.* nonnunquam subfuligineus. *Caro* tenuis, in fractura cito dilute rosea; amara est, sed in vmbrosis inertior. *Tubi* longissimi ut plurimum per explicationem subcarnei, interdum sulphurei. *Bull.*

15. BOL. CASTANEVS: stipite laeui castaneo-lateritio; pileo stipiti concolore; carne niuea, tubis ex albo luteis. *Bull. l. c. p. 524. t. 528. †*

Prouenit quoque in *Gallia.*

*Stip.* ut plurimum mollis, saepe basi rimosus et tumidus. *Pil.* veluti villosus, aut

aut puluerulentus, plerumque castaneo-lateritius, praesertim marginem iuxta. *Bulliard.*

14. BOL. EDVLIS: pileo puluinato latissimo fusciscente-vaccino: carne immutabili: poris primo fardis albidis, dein dilute flauis, stipite tuberoso subuentricoso reticulato subrufescente-cinereo. — *Obs. myc. 1. p. 23. Bull. herb. t. 494.*

*Boletus bulbosus Schaeff. t. 134-135.* (fungum nondum plene explicatum sistit). *Commentarius p. 51-52.*

Hab. satis frequens in sylvaticis, ericetosis, passim et in pinetis, autumnis. Ad maximas referri debet species, etiam sapore, satis grato, fructui *Coc. nuciferae* fere simili distinguitur. Color pilei ex pallido ad badium tendit. *Stipes* saepe valde ventricosus fit.

β. Bol. *elephantinus*, poris flauis, brevibus: pileo albo conuexo valde irregulari; stipite flauo breui crasso. *Wither. arrang. 4. p. 317.*

*Tubi* dicuntur tertiam vncia partem modo adaequare et pileo firme adhaerere. *Pileus* 4 vnc. latus, disco submentosus. *Stip.* 1 — 2 vnc. longus, et crassus.

oBS. Forte non solum distincta species, sed et ad sequentem referri debet familiam.

γ. Bol. *tuberosus*: pileo puluinato fuscescente: margine coccineo, poris minutis rotundis flavescente-albidis, stipite bulboso albido.

In sylvaticis.

*Stip.* basi valde tumidus, et ibi 2 vnc. crassus, 2—3 vnc. longus. *Pori* albidi. *Pil.* 3 vnc. latus, in iunioribus margo eleganter coccineus.

15. BOL. AEREVS: stipite (longo) subaequali reticulato, pileo aeneo-nigricante: carne (inmutabili) crassissima firma, tubis breuibus sulphureis. *Bull. champ. p. 321. t. 385.*

*Var.* 1. carne niuea sub cute vinosa.

— 2. carne dilute sulphurea, rupta viridiuscula.

In Gallia secundum *Bulliard* sub nomine *Ceps noir* notus et edulis est.

*Stip.* luteolus, subfuluus, nonnunquam subfuscus, aliquando vix reticulatus. *Pil.* nunc fuligineo-fuscescens, nunc fusco-nigricans. *Bull.*

16. BOL. AMARVS: pileo carnosò planiusculo stipiteque subuentricoso laeui palle-

pallescente albido, poris flavis, carne compacta subcaerulescente.

Hab. in sylvaticis.

*Stip.* basi attenuatus. *Pori* circa stipitem annulati prominent, conuexi. *Pil.* planus, dilute stramineus.

17. BOL. LIVRIDVS: magnus, pileo pulvinato fuscescente-olivaceo, poris aequalibus, primo rubris demum aurantiacis, stipite elongato rubicundo reticulato subbulboso. *Commentarius* p. 45. *Schaeff. fung. t.* 107.

*Boletus magnus* Iulii mensis. *Dill. giess. p.* 133.

Hab. iam mature in sylvaticis graminosis. *Stip.* 3 — 4 vnc. longus. *Tubi* longi, viridi-caerulei. *Pil.* conuexo-planus, intus caerulescit.

18. BOL. RVBEOLARIVS: pileo pulvinato subhemisphaerico olivaceo subtomentoso, poris plano-conuexis miniatorubris, stipite breui bulboso-crasso laeviusculo concolore. — *Sowerby fung. t.* 250.

Hab. in quercetis autumnno.

*Stip.* subsquamulosus, basi pallescens, medio riuulosus, apice laevis, non? reticulata-

ticulatus. *Pil.* 2 vnc. fere latus, intus caerulescit.

β. *B. sanguineus*: pileo puluinato ex alutaceo subuirescente rugoso, poris stipiteque tuberoso laeui apice reticulato sanguineis.

Rarius in syluis.

*Pil.* 3 — 4 vnc. latus,  $1\frac{1}{2}$  crassus. *Stip.* 2 vnc. altus, et totidem basi crassus. *Tubi* 3 lin. longi.

19. BOL. ERYTHROPVS: pileo puluinato rufescente subumbrino, poris minutis aurantio-rubris, stipite subcylindrico laeui squamuloso rubicundo. *Obs. myc.* 1. p. 23.

Hab. aestatis fine in colliculosis, sylvaticis.

*Stip.* vbi terram intrat acuminatus, interne sanguineo-ruber, externe riuuloso-squamulosus. *Sapor* acidus.

20. BOL. CALOPVS: pileo puluinato suboliuaceo, poris flauis, stipite tereti subtenui reticulato coccineo.

*Boletus terreus* *Schaeff. fung. t.* 315. huius loci est.

Hab. in ericetis, sylvaticis montosis.

*Stipite* amoene rubro et *poris* flauis ab anterioribus facile distinguitur.

B. Pileo carnoso, coriaceo, ut plurimum subsuberoso, tubis subbrenibus, cum pilei substantia connexis.

\* *Pileo integro, stipite centrali aut subexcentrico, perpendiculari.*

21. BOLETVS CARINTHIACVS: stipitatus niueus, pilei puluinati cuticula tenerrima aquose subfuscente inque squamulas discedente, poris (exiguis) difformibus oblongo-subflexuosis. *v. Wulfen in Jacq. Collect. austr. 1. p. 342-344. (allegauit Bol. subsquamosum L.)*

Hab. in Austria circa Cärnthen.

“*Herrenschwamm Carinthiorum, a quibus in cibum vndique recipitur. Stirps (stipes) basi subbulbosus, teres, oblongus, crassiusculus, farctus, candidus, apice interdum reticulatus. Pil. demum inaequalis, repandus, lobatus, etiam crispus, tandem infundibuliformis euadit; substantia niuea, corticis flauissima. Pori niuei, exigui, difformes. Wulf.*

22. BOL. TUBERASTER: magnus, pileo subinfundibuliformi repando flauescente, poris decurrentibus, stipite pallescente. — *Jacq. Collect. austr. suppl. t. 8 et 9.*

Pietra fungaia. *Mich. N. g. pl. p. 131. t. 71. f. 1.*

Tube-

*Tuberaster* seu fungarius lapis vulgo Pietra fungifera appellatur. *Bat. fung. arm. p. 59-61. t. 24. a. Bocc. mus. t. 300.*

Hab. in Italia.

Matrix celebris huius fungi a *Jacquino*, Filio, *Viennam* adlata, bis caput humanam superans, erat humus compactus et cohaerens, levis tamen, tota quanta a materie albida fungiformi percursa, *nullo* lapide immixto onerata. Hyeme in tepidaria locata, aqua aliquoties irrorata, produxit plusculos fungos. *Jacquin.*

22. BOL. CINNAMOMEVS: cinnamomeus *fragilis*, pileo concauo villosus in centro infundibuliformi fuluo, poris annulatis. *Jacq. Coll. 1. p. 116. t. 2. Gmel. Syst. 2. p. 1453.*

In *Austria*. *A. B. perenni* L. differt imprimis substantia.

23. BOL. LEVCOMELAS: pileo carnosus stipiteque nigrescentibus, poris candidis.

Rarissime in *Hercynia* crescit.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus. *Pori* aequales, magnitudine mediocres. *Pil.* 3 vnc. fere latus, planiusculus.

24. BOL. ALBIDVS: gregaritus albidus, pileo glabro carnosus fragili, poris

Kk 2 minutis

minutis demum citrinis, stipite breviusculo inaequali. *Obs. myc.* 1. p. 84.

*Boletus ouinus*, *Schaeff. fung.* t. 121?

β. *Boletus constrictus*. *Bolt. funguss.*

In pinetis hinc inde, locis praesertim montosis. E longinquo *Agarico* cui-dam similis.

*Pil.* 3 vnc. fere latus, subrepandus, conuexus, subhemisphaericus, rigidus. *Stip.* breuiusculus. *Pori* ab initio albi sunt.

25. BOL. FVLIGINEVS: subcoriaceo-mollis, stipite centrali, pileo subfuliginoso-cinerecente cupularii; carne niuea tenuissima. *Bull. champ.* p. 331. t. 469. *Bol. polyporus.*

Terrestris. *Stip.* gracilis, ventricosus, pileo concolor, sed dilutior, plerumque basi ferrugineus. *Pil.* subtus prinio niueus, demum subcinereus. *Bull.*

26. BOL. INFVNDIBVLIFORMIS: pileo carnosio infundibuliformi ex albido fuliginoso: poris albidis, stipite deorsum incrassato nigrescente. *Disp. fung.* p. 70.

In faginetis, in graminosis sylvaticis.

Maiusculus est. *Pil.* 2 — 3 vnc. latus, 2 altus. *Stip.* 1½ vnc. longus, 3 — 4 lin. crassus.



β. *Bol. menalopus*: pileo umbilicato depresso tenui obscure fuligineo, poris pallescentibus, stipite tenui toto nigro. *Disp. l. c.*

Passim in syluaticis ad latera viarum super ramulos deiectos. Antecedente paullo minor. *Pil. orbiculare depressus est.*

27.<sup>a</sup> *BOL. BRVMALIS*: pileo conuexo subumbilicato subumbrino lutescente margine ciliato, poris oblongis candidis. *Disp. fung. p. 27.*

*Boletus lacteus Batsch El. fung. p. 103. t. 10. t. 42.*

α. *B. vernus*: rufescente - pallidus, disco glabro, margine subuilloso.

β. *B. fasciculatus*: pileo fusco fasciculatim piloso, poris flavescentibus, stipite laeui fuscescente. *Schrad. spicil. p. 154.*

Hab. sero autumnno ad truncos putrescentes, vbi colore tunc obscuro fere nigrescente gaudet, porisque breuibus sed sublinearibus; veré, quo tempore inueniri adhuc potest, colore fere lutescit, glaber, subtus pallidus, ita vt (*var. α.*) pro diuersa haberi posset specie. *Pil. 1 —  $\frac{1}{2}$  vnc. latus est.*

27.<sup>b</sup> BOL. PERENNIS: coriaceus tenax cinnamomeus, pileo tenui zonato velutino ut plurimum connato. — (Bol. connatus.)

Boletus perennis *Linn. Schaeff. t. 125.*  
Bol. coriaceus. (lc. bona.)

Boletus fimbriatus. *Bull. champ. p. 532. t. 254.* Et

B. subtomentosus *Bolt. funguss. t. 37.*  
non quoad speciem differunt.

In syluis, locis arenosis, autumnoad terram, in truncorum vicinitate.

*Pil.* iuniorum cyathiformis, in adultis planiusculus, tenuis. *Stip.* subtuberosus. *Pori* nunc integri, nunc laceri.

OBS. Vix per hyemem durat, hinc nomen minus congruum potius in *connatum* mutari posset.

28. BOL. ARCULARIUS: pileo flavescente, margine deflexo hispidulo, poris magnis rhomboideis albis, stipite fuscescente. *Schrad. spicil. p. 155.* Bol. exasperatus.

Boletus arcularius *Batsch El. fung. p. 97. Mich. N. g. pl. p. 130. t. 70. f. 5.*

Hab. in Italia et Germania ad truncos.

*Pil.* suberosus,  $\frac{1}{2}$  vnc. latus. *Pori* ampli. *Stip.*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, teretiussculus. *Schrad.*

29.<sup>a</sup> BOL. NUMMULARIVS: totus glaber parvus, pileo duro conuexo-plano ex albido pallescens, stipite subexcentrico deorsum nigro. — *Bull. champ. p. 335. t. 124. Dicks. pl. crypt. 1. p. 18.*

Hab. ad ramulos deiectos passim in faginetis et pinetis.

*Pil.* siccus, suborbicularis, subumbilicatus, margine reflexus. *Pori* minuti rotundi. *Stip.* longitudine variat.

29.<sup>b</sup> BOL. LEPTOCEPHALVS: pileo plano tenui supra ceruino subtus albo (stipite excentrico breui pallido). *Jacq. misc. austr. 1. p. 142. t. 12.*

Increscit ligni putridi ramis. *Stip.* medio plerumque contractior, breuis et pallidus, passim fuscescens. *Pil.* subrepandus *Jacquin.* — Antecedenti omnino affinis.

30. BOL. VMBELLATVS: ramosissimus, pileo infundibuliformi fuligineo-pallido, subtus albo. — *Schaeff. fung. t. 111.*

Boletus ramosus *Vahl in Fl. dan. t. 1197?* (color modo subspadiceus delineatus.)

*Fungus* cespitosus ramosus umbellatus maior pallide luteus *Barell. pl. ic. 1269.*

His in regionibus (prope *Mundam* hannov.) in syluaticis montosis inueni.

OBS. A sequente diuersus videtur, cum pilei non ita conferti, et maiores cupulaeformes sint. *Pilei* vno. 1 et vltra lati, ad 30 indiuidua a caule carnosio, ramoso, vbique poroso sustentantur.

31. BOL. POLYCEPHALVS: ramosissimus, pileis numerosis conuexis fuscescentibus. †

Bol. ramosissimus. *Jacq. Fl. austr. 2. t. 172. Murr. Syst. veg. L. p. 978. Schaeff. fung. t. 265 - 266.*

Hab. praesertim in Germania australiori.

In viuis exemplaribus examinandum, an *Pilei* toti conuexi aut subumbilicati sint. *Caulis* ramosissimus et *pori* albi sunt.

\*\* *Pileo dimidiato stipitato: stipite laterali.*

32. BOL. FRONDOSVS: ramosissimus, pileis numerosis dimidiatis griseo-fulgineis. — *Commentarius p. 49 - 50. Schaeff. fung. t. 227 - 229. Fl. dan. t. 952.*

*Boletus intybaceus Baumg. lips. p. 631.*

Autumno ad radices *Quercuum*.

Totus

Totus fungus pedali fere latitudine. *Pilei* depressi, rugosi-tuberculati, ad latera in caulem crassum porosum niueum confluunt. Esculentus? A *Bol. polycephalo* pileo dimidiato differt.

53. *BOL. GIGANTEVS*: imbricatus latissimus, pileo subzonato molli riuuloso spadiceo, stipite crasso, poris pallidis. *Disp. fung.* p. 28.

*Bol. acanthoides* *Bull. champ.* p. 466. t. 337? *Schrad. spicil.* p. 159.

Hab. ad latera truncorum, non equidem rarus autumnno. Maxima species.

*Stip. lateralis*, crassus. *Pori* albidii, pallescunt, rotundi, in stipite laceri. *Pil.* ab initio pallidus, dein praesertim disco, qui depressus, spadiceus fit, squamulis numerosis, zonisque distinctus.

54. *BOL. PLATYPORVS*: magnus, pileo carnosio suberoso ochraceo, disco squamisque umbrinis (nigrescentibus), poris magnis flexuosis, stipite crasso laterali. *Disp. fung.* p. 27. *Commentarius* p. 40. *Schaeff. fung.* p. 101-102. *Bol. iuglandis*.

*Boletus squamosus*. *Huds. Bolt. fung.* t. 77. *Fl. dan.* 1096. *B. cellulosis* *Lightf. scot.* p. 1032.

Praecipue ad *Salices*, etiam ad *Fra-xinos* aut ad caudices *Iuglandis regiae* crescit. *Poris* maximis, dum lin. 1 lati sunt, ab omnibus huius subdiuisionis speciebus facile distinguitur.

35. BOL. CRISTATVS: cespitosus, pilei carnoso difformi subinuoluto virescente, poris niueis dein ochroleucis, stipite laterali niueo. *Commentarius* p. 125. *Schaeff. fung. t. 316-317.*

β. B. floriformis. — *Schaeff. t. 113.*

Hab. satis pulchra ac rara species in faginetis vmbrosis.

*Pil.* subtomentosus, 3 vnc. latus, cum vicino conuoluto-connatus. *Pori* ab initio eleganter niuei, lacerati virescunt.

36. BOL. LUCIDVS: pileo coriaceo castaneo nitido concentrice sulcato, poris minutis albis, (stipite vario). *Gmel. Syst. N. Linn. 2. p. 1432. Curt. lond. t. 224. Bull. herb. t. 459. Jacq. Fl. austr. t. 41. Sowerb. t. 134. Schrad. Spic. p. 163-166.*

Bol. vernicosus *Berg. phyt. t. 99.* Bol. laccatus *Timm.* B. nitens *Batsch.*

Crescit memorabilis haec species super truncos, praesertim quercinos?

OBS. Variat pilei forma et stipitis insertionem. Color pilei ab initio albido-luteus,

luteus, media aetate nitidus est, croceo-sanguineus et vernice quasi obductus; adultioris castaneus; vetustate fuscescens, vel sordide nigrescens fit: pileo puluere ferrugineo conspersus. Substantia tenacissima. *Schrad. l. c.*

37. BOL. BADIUS: subcespitosus, pileo glabro tenace badio (castaneo), margine pallidiore, poris minutis pallidis, stipite laterali breui crasso nigrescente-cinereo.

Boletus perennis *Batsch. El. fung. p. 181. f. 129.*

Boletus durus *Timm. Flor. megap. p. 271.*

β. Boletus *Calceolus*: coriaceus, sessilis aut stipitatus; pileo dimidiato tenui sublateritio, tigrino: tubis breuibus. *Bull. champ. p. 338. t. 360 et 445. f. 2.*

Hab. praesertim ad *Salices* cauas, autumnno.

Calor *pilei* primo lutescens, et substantia mollis, ille in adultis praesertim in disco depresso spadiceus et fere nigrescit. *Pori* in vno latero stipitis decurrunt, minuti.

OBS. Variat pileo integro.

38. BOL. VARIUS: subsolitarius, pileo tenace ochraceo dimidiato aut integro, stipite

stipite sublaterali elongato ad dimidium deorsum nigro. *Obs. myc.* 1. p. 85.

Boletus lateralis. *Bolt. fung.* t. 33.

Hab. ad truncos fagineos, aut pineos.

Variat pileo subintegro, ut plurimum vero dimidiato, et stipite laterali aut subexcentrico, quod a loco natali dependet. *Pil.*  $1\frac{1}{2}$  — 2 vnc. latus, vtrinque lutescit, substantia durus.

39. BOL. CANDIDVS: subparuus albus, pileo carnoso molliusculo conuexo, stipite breui laterali.

Ad truncos et ramos putridos, locis humidis deiectos passim repertus (prope *Reinshausen*).

*Stip.*  $\frac{1}{2}$  vnc. et ultra longus, 3 — 4 lin. crassus. *Por.* conuexi, aequales. *Pil.*  $1\frac{1}{2}$  — 2 vnc. latus.

\*\*\* *Pileo dimidiato acauli.*

40. BOL. CITRINVS: imbricatus dimidiatus carnosus glaber citrinus. — *Plan. fung. erfurt.* p. 26.

Boletus caudicinus. *Schaeff. fung.* t. 131-132. *Comment.* p. 50. cum synonymis.

Hab. ab aestate in autumnum vsque ad *Salices*, *Prunos*, praesertim ad vetustos *Quercuum* candices.

*Lobi*



*Lobi* s. pilei, 8—12 sibi inuicem superinpositi cespitem efformant. *Pil.* undulato-rugosus, superne flauus cum rubore, succulentus. *Pori* eleganter sulphurei.

41. BOL. CROCEVS: pileo (dimidiato) crasso carnosissimo suberoso subtomentoso difformi lutescente, poris croceis subnudis. *Obs. myc.* 1. p. 37.

Rarius ad ligna exsiccata quercina, quorum fissuris ab initio longitudinaliter saepe immersus, hinc fere resupinatus, demum vero, quamuis lente, horizontalis fit. Vnc. 4—5 latus.

42. BOL. RUTILANS: subimbricatus dimidiatus, pileo carnosissimo molli glabro cinnamomeo-rufescente, poris aequalibus ferrugineis nitidis.  *Ic. et Descr. fung.* p. 18. t. 6. f. 4.

Hab. rarius ad truncos quercinos.

*Pileus* basi subeffusus, margine obtusus, fragilis.

43. BOL. STYPTICVS: cespitosus dimidiatus, pileo carnosissimo subrepando glabro albido: margine rufescente, poris albidis.

Passim ad truncos caesos prouenit.

*Pil.* 4 vnc. longus, basi gibbosus, vnc. 1 fere crassus, fragilis. Sapore substy-

substypticus, fastidiosus, etiam odore ingratus.

44. BOL. CAESIUS: subparuus mollis, pileo carnoso glabro striato-rugoso albedo-caesio, poris albis. — *Sowerb. engl. fung. t. 226.* B. albidus.

*Boletus caesius Schrad. spic. fl. germ. p. 167.*

Hab. in pinetis ad truncos pineos, satis frequens; solitarie vtplurimum crescens. Vnc. 1 magnus, substantia mollis, sponte aut ad tactum amoene caeruleo. *Pori* parui.

45. BOL. MOLLIS: dimidiatus cespitosus, pileo molli carnoso rugoso incarnato-pallido, poris subflexuosis albidioribus. *Obs. myc. 1. p. 22.*

Ad truncos pineos, praesertim in Hercynia.

Gregarie ad plura indiuidua crescit. *Pil.* subtriqueter, humore quasi semper irrigatus, hinc ad tactum mollis; substantia subcompacta. Fungus exsiccatus induratur.

46. BOL. HISPIDVS: acaulis ferrugineus, pileo crasso villosostrigoso, subtus pallido. — *Bull. herb. t. 493.*

*B. villosus*, acaulis conuexus villosus fuscus, poris angulatis flavescentibus. *Huds. angl. p. 626.*

Rarius his in regionibus ad truncos *Pyri Mali* inueni.

Ad 6 vnc. ferme longus, 3—4 latus, villo duro strigoso obtectus; substantia carnosa, subsuberosa, humida, laete ferruginea. *Tubi longiusculi.*

47. BOL. FUSCUS: pileo carnoso suberoso subtomentoso fusco s. badio (subresinoso), poris albido-pallidis. — *Disp. fung. p. 25.*

*B. resinusus*, pil. conuexo rugoso resinoso, poris teretibus obtusis albidis. *Schrad. spic. p. 171.* Et

*Boletus rubiginosus Eiusd. p. 168?*

*Boletus velutinus*, supra villosus fuscus, subtus griseus, poris minutissimis, carne fuluente *Vahl in Fl. dan. t. 1158.* non recedit.

Hab. rarius ad truncos fagi et pineos.

Ad maiores pertinet, latitudine palmari. *Pil.* tomento tenuissimo obtectus, in iunioribus succum quasi resinosum stillat. *Pori* vnc. nutissimi.

48. BOL. HETEROCLITVS: sessilis lobato multiformis superne villosus aurantiacus, tubis breuibus: poris multiformibus. *Bolt. funguss. p. 164. t. 164.*

Crescit in Anglia ad *terram*. Ex radice dura et coriacea interne alba parcos lobos protrudit, terrae incumbentes. *Pil.* imbricatus,  $2\frac{1}{2}$  vnc. latus. *Pori* parum ampli, magnitudine et forma valde variant. *Bolton.*

49. BOL. TRIQVETER: imbricatus, pileo strigoso-tomentoso ferrugineo triquetro, poris griseo-ferrugineis subnitidis. *Obs. myc. 1. p. 86.*

Pass. ad truncos quercinos.

*Pil.* carnosus-suberosus, basi stipitiformis, conuexus, subzonatus, subtus planus, intus dilute ferrugineus.

50. BOL. ALNEVS: gregarius subimbricatus, pileo inaequali subtomentoso ferrugineo, poris ceruinis nitidis demum cinnamomeis. *Obs. l. c.*

*Boletus radiatus* *Sowerb. fung. t. 196?*

Rarius ad Alnos languescens crescit.

Fungus nondum explicatus inaequalis et tuberiformis est, tomentosus, incrustatus quasi. *Pileus* in maturis subtrique-

triqueter, repandus,  $1\frac{1}{2}$ —2 vnc. latus. Pori primo nitent, a latere praesertim spectati.

Obs. An *Boletus cuticularis* Bull. *champ. p. 350. t. 462.* huius aut antecedentis tantum varietas? saltem *fig. A in tab. cit. cum B. alneo*, praesertim quoad colorem, conuenit.

51. BOL. CARPINEVS: cespitosus, pileo glabro flavescente marginato, subtus cinereo. †

*B. carpineus* Sowerb. *fung. t. 231.*

Hab. ad truncos *carpineos* in *Anglia.*

*Pil. carnosus?*, tuberculosus, repandus, vtra vnciam latus, subgibbosus, lutescens (*Lightfawn-colour. S.*). Pori grisei, ad pilei marginem nulli. (*Q. ic.*)

52. BOL. ADVSTVS: dimidiatus imbricatus subtenuis, pileo subcarnoso rugoso pallido: margine stricto nigrescente, poris minutis aequalibus cinereis. *Obs. myc. 2. p. 8. Willd. berol. p. 653. Batsch El. fung. f. 227.*

Hab. vere, aut sero autumno ad truncos. Colore faciliter distinguitur. Pori parui, regulares. *Pil. subtomentosus.*

β. *Bol. crispus*: minor, pileo imbricato fuligineo-cinereo rugoso: margine

vndulato crispo nigrescente, poris maiusculis inaequalibus argenteo-cinereis.  
*Obs. l. c. p. 8—9.*

Sero autumnno rarius ad truncos putrescentes. Distincta species videtur.

53. BOL. FVMOSVS: imbricatus carnosus sordide fuligineo-pallidus, pileo glabro vndulato basi crassiusculo, poris concoloribus.

Hab. autumnno ad Salices vetustas.

Totus cespes dimidiam spithamam et ultra latus; lobis s. pileis subdistantibus, colore opacus e fuligineo rutilans fere. Odorem, non equidem fortem, sed tamen satis gratum, fere vt in sequente specie, exhalat.

54. BOL. SVAEOLENS: odoratus crassus subsuberosus, pileo subtomentoso albo, poris (maiusculis) fuscescentibus: nonnullis superficie inaequali prominulis acutis.

Boletus suaueolens Linn: *Enslin Dissert. de Bol. suaueolente. cum icone.*

Boletus suberosus *Bolt. funguss. p. 162. t. 162.* (Auctor ipse dicit: *when dried, it has a smell like anisseeds; grows at old Sallow trees.*)

β. Bol. salicinus. *Bull. p. 340. t. 433. f. 1.*  
 Hab.

Hab. (his in locis) hyeme, tempestate leni, non infrequens ad caudices *Salicis* praesertim *albae*.

OBS. Cum aliis commixtus est speciebus, aut diuersi fungi pro eo sumti sunt, quamuis odore grato et satis longe persistente a plurimis iam differt. Spero, fore vt mea, qualicumque differentia specifica nunc eo facilius dignoscatur, cui addi posset, quod *pileus*, qui 2 — 3 uncias longus, subtus basi subeffuse in nonnullis promineat. *Pori* subinaequales, nonnunquam circinatim subinterrumpuntur, opaci, subfuliginei.

55. BOL. AMERICANS: coriaceo-fragilis luteo-fuluus sessilis imbricatus, carne subalbescente, tubis subfuluo-ferrugineis breuibus. *Bull. champ. p. 349. t. 366.* Bol. imbricatus.

Truncis arborum emortuarum aut languescentium (in *Gallia*) innascitur; perennis. Caro amara, radicis *Gentianae luteae* L. odorem redolet, exsiccata valde friabilis. In vsum medicum vocari mereri videtur. *Bull.*

56. BOL. PURGANS: subconicus, suberoso-carnosus laevis inaequalis, supra incrementis conuexis circulariter fim-

briatus et gradatus. *Gmel. S. N. Linn. 2. p. 1436.*

*Bol. laricis*, coriaceo-mollis, sessilis dimidiatus glaber; carne niuea crassissima: tubis breuissimis vix perspicuis. *Bull. l. c. p. 353. t. 296. Michel gen. p. 119. t. 61. f. 1.*

*Bol. laricis* F. *Rubel de Agarico officinali in Jacquin Misc. austr. 2. p. 164-210. t. 20-21.*

Hab. in *Carinthia*, praesertim satis frequens et in *Gallia*, ad truncos *Laricis*. Alpium aut subalpinorum montium incola. Totus glaber; forma valde variat. Color pilei princeps albus est, deinde praeprimis versus tubulos subaurantiacus. *Tubuli* altitudine inaequales, subaurantiaci, argillacei, denique fusciscentes. Primo lentus est, dissicatus potius spongiosus; denique in rudiorum ac friabilem farinam abit. Recentem farinam redolet. v. *Wulfen ap. Jacq. l. c.*

57. BOL. ODORATVS: dimidiatus odoratus subdifformis, pileo rugoso zonato s. fasciato, basi umbrino-nigrescente, margine fornicato subtusque cinnamomeo opaco, *Commentarius p. 42. v. Wulf. ap. Jacq. Coll. austr. 2. p. 150. Schaeff. fung. p. 106.*

Ad



Ad truncos abietinos crescit. (In *Hercynia* inter *Herzberg* et *Clausthal* satis frequens).

Forma, praesertim nondum explicatus, variat, primo subtuberosus, aporus. *Substantia* dura, sicca. *Pori* ferruginei. Totus fungus 2 — 3 vnc. longus,  $1\frac{1}{2}$  latus est. *Odor* satis gratus.

$\alpha$ . Bol. *Ceratophora*: puluinatus ramosus corniculatus fuscus *Hoffm. Comment. Gotting. v. 12. p. 53. t. 6. Veg. crypt. in Herc. subterr. p. 1. t. 1-5.*

*Ceratophora fribergensis. Humb. friberg. p. 112. t. 1.*

*Boletus odoratus,  $\beta$ . Ceratophorus Schrad. Spic. fl. germ. p. 170-171.*

$\beta$ . *B. polymorphus*, acaulis expansus puluinatus gibberosus tomentosus, flavescenti-fuscus, poris laceris perpendicularibus *Hoffm. l. c. p. 3.*

Hab.  $\alpha$ - $\beta$  in Fodinis subterraneis (in *hercynicis* etiam frequens) ad trabes et columnas ligneas.

OBS. Secundum cl. *Schrader* l. c. tantum monstrosam Bol. *odorati* varietatem a loco natali ortam sisteret, cum colore, fomitis natura et odore suavi cum illo congruat. De hac specie prae-

dicare quoque possum, quod in Collectione mea fungorum ab insectis satis illaesa, aut parum erosa remanserit, cum ceteri fungi, nisi bene conseruentur, mox ab iis destruentur.

58. BOL. MARGINATVS: simplex aut subimbricatus, pileo crasso duro tuberculoso rubescente-rufo: margine stillante-albido, poris pallidis (dilute citrinis). — *Obs. myc.* 2. p. 6-7. *Schaeff. fung. t.* 137.

Hab. ad *Fagi* aut *Pyri* truncos, ineunte autumno.

Valde durus et grauis, 4 vnc. fere longus. *Pori* primo albidi. In pilei recentis margine tempestate fauente guttulae *acidae* frequenter effluunt.

59. BOL. IGNIARIVS: dilatatus laevis epidermide rugulosa, pileo duro basi nigrescente, margine cinnabarino, subtus ochroleuco. *Obs. l. c.* p. 5-6. *Fl. dan. t.* 953. *Schaeff. t.* 132.

Nascitur praesertim ad truncos *Pini Abietis* in regionibus vti videtur, praesertim septentrionalibus.

Magnitudine parum variat, ut plurimum 3—4 vnc. latus. Color griseus, subcinerascit, subtus ex albo pallescit,  
in

in adultis aut detritis fungus subfer-  
rugineus.

β. *B. ellipticus*: resupinatus durus  
ellipticus, lutescens, subtus fasciis im-  
bricatis rufis. *Commentar. p. 108. Schaeff.*  
*t. 220.*

Hab. in eodem cum antecedente  
loco. Durus et siccus, superne porosus,  
latitudine palmari.

60. BOL. BETVLINVS: substipitatus  
maiusculus, pileo carnosissimo-suberoso reni-  
formi fuligineo-rufescente, subtus albido.

*Boletus betulinus*, gregarius, pileo  
pellicula rufescente tecto. *Gmel. Syst.*  
*Nat. Linn. 2. p. 1436. Bull. champ. p. 348.*  
*t. 312 (optima). Bolt. funguss. t. 159. So-*  
*werb. t. 212.*

Hab. passim ad caudices *Betulae albae*.

*Pil. crassus*, 3—4 vnc. latus, basi  
emarginatus, *stipitem* crassum, sed brevis-  
simum exserens. Sapor fungi acidus est.

61. BOL. FRAXINEVS: coriaceo-sube-  
rosus sessilis glaber, carne crassa sub-  
rutilo-straminea: tubis breuibus subfer-  
rugineis. *Bull. champ. p. 341. t. 433. f. 2. †*

Super *Fraxini* languescentis truncos  
crescit. Perennis. Nunc superne cauatus,

plerumque veluti plicato-zonatus. Primo niueus, demum ut plurimum sublateritius: margine albicante, interne fuscescens. Exsiccatus ligni duritiem assumit. *Bull.*

62. BOL. FOMENTARIUS: dimidiatus durus, pileo subtriquetro, obsolete fasciato cinereo-fuligineo, poris primo albido-glaucis demum subferrugineis. *Obs. myc.* 2. p. 1. *Sowerb. fung.* t. 133.

Agaricus pedis equini facie *Tournef. Batarra* p. 71. t. 37. f. E.

Hab. ad caudices *Fagorum* languescentium. Ad fomitem ex eo parandum frequens colligitur, dum nondum explicatus est. Si eo fine talis fagi truncus, huius fungi matrix, aqua saepius perfunderetur, messis eo frequentior institui posset; *cfr. Fabri hist. geograph. Monathsschr.* 1788. p. 78.

Obs. Sequentes fungos in *Obs. myc.* 2. p. 2. ut distinctas species quidem proposui, verum summam ob affinitatem, eos pro consilio, quod hoc in libro cepi, ad interim ut subspecies et varietates enumerabo.

β. *B. applanatus*: dilatatus vtrinque planiusculus, pileo tuberculoso-rugoso rufescen-

rufescente-cinereo, poris minutissimis primo albis, dein pileo concoloribus.

*Obs. myc. l. c. p. 2.*

*Boletus lipsiensis Batsch fung. f. 130?*

Hab. ad truncos exsiccatos putrefactos *Fagi sylvaticae*. Vt plurimum solitarius. Maturus spithamam longius,  $\frac{1}{2}$  vnc. crassus. Puluere rufo-cinnamomeo saepe obtectus.

γ. *B. dryadeus*: mollior latissimus, pileo subapplanato rugoso-tuberculoso fusco: fasciis aut zonis nullis, poris pallidis. *Obs. myc. p. 3.*

*Bol. pseudoigniarius Bull. t. 458?*

Hab. rarissime ad truncos quercinos. Latitudine bipedali est, 2 vnc. crassus. Diuersa species.

δ. *B. unguulatus*: subcylindricus altus cinereus umbrinus: fasciis prominentibus, poris plano-depressis albidis aut ferrugineis. *Obs. l. c. p. 4. Bull. t. 491. f. 2. et t. 401. Schaeff. t. 137.*

*Boletus Hippocrepis Schrank bav. nr. 1731 et - 34.*

Satis frequens ad caudices *Salicis albae* vetustae. Ultra 3 vnc. altus. Ligno demum durior, et fere nigrescit, praesertim in zonis, intus ferrugineus, et

stratificatus. In fungi superficie hinc inde pustulae sphaeriaeformes observantur.

ε. *B. obtusus*: crassus obtusus difformis, pileo primo globoso dein subhorizontali laevi cinereo margine subtusque cinnamomeo, poris convexis subinconspicuis. *Obs. l. c. p. 4-5. et P. 1. p. 24. — Bull. p. 361. t. 454. Bol. igniarius.*

Ad *Salices* annosas, passim. Lente crescit, durissimus, primo globosus, cinereus, subresupinatus, margine obtusus. *Pori vix perspicui.*

ζ. *B. pomaceus*: dimidiatus parvus, pileo perpendiculari: margine acuto, cinereo-fuscescente fasciato, poris manifestis planis ferrugineis.

In pomariis ad caudices arborum. Vnc.  $1\frac{1}{2}$  altus et latus. Non tam durus, quam antecedens, externe incanus.

Variat nonnunquam: pileo subresupinato crasso laevi truncato: *B. prunastri.*

63. *BOL. CONCHATVS*: paruulus spadicus durus, pileo basi subeffuso conchiformi subtenui fasciis imbricatis transversim striato. — *Obs. myc. 1. p. 24.*

Hab. ad *Salices*, passim et ad *Fagi* truncos.

Theleph.

Theleph. *fragili* subsimilis. Vt plurimum  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, 2—5 lin. crassus, inferne subconcauus, ibique colore dilutiore subcinnamomeo.

64. BOL. VELVTINVS: suberosus simplex, pileo conuexo tenui hirsuto albo, poris minutis sordide albis. *Disp. meth. fung. p. 70.*

Ad truncos exsiccatos in regionibus montosis; vere  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus, conuexus, subfasciatus, tenuis, siccus.

65. BOL. LUTESCENS: subcespitosus suberosus, pileo depresso tenui tomentoso pallido: fasciis hirsutis lutescentibus. *Disp. l. c. Annal. bot. fasc. 2. p. 29. Schaeff. fung. t. 156?*

Ad truncos, cum antecedente, sed crebrior occurrit, cuius forte tantum varietatem sistit; verum latior est, vtrinque applanatus et superne sordide fuluus. *Pori pallidi aut sordide albi.*

66. BOL. OCHRACEVS: imbricatus suberosus, pileo subtomentoso toto ochraceo-fuluo basi tuberculoso, poris albicantibus. *Disp. l. c. Schaeff. t. 269?*

Praesertim ad caudices exsiccatos *Populi Tremulae*.  $1\frac{1}{2}$  vnc. latus, subcarnosus

sus. Sequentē crassior, a quo colore constante differt.

67. BOL. VERSICOLOR: cespitosus coriaceus, pileo tenui zonato multicolore caeruleo, poris albis. — *Linnei et plurimum auctorum. Battar. fung. t. 35. A.*

Hab. non infrequens ad truncos aridos, autumnō in hyemem vsque reperiendus.

OBS. Differt colore pilei fere atrocaeruleo (*Schaeff. t. 268.*) dilute caeruleo-caesio (*Bolt. t. 81.*) et margine pallido (*Sowerb. t. 135.*).

In fodinis prope *Freyberg* cel. ab *Humboldt* varietates sequentes memorabiles detexit.

α. *subterranea*: subterranea fasciata coriacea, zonis albis rufis et ex rufo-lutescentibus picta; et

β. *stipitata*: minor, stipite laterali. v. *Humb. Fl. frieberg. spec. p. 94-95.*

68. BOL. CINNABARINVS: gregarius unicolor cinnabarinus, pileo crassiusculo ruguloso obsolete zonato subtomentoso.

Bol. coccineus *Bull. champ. t. 501. f. 1.*

*Boletus cinnabarinus puluinatus*, totus intus et foris ruber. *Jacq. Fl. austr. 4. t. 304.*

Etiam



Etiam his in locis pulchram hanc speciem solummodo ad ramos *Prunivium* deiectos inueni. Vnc.  $1\frac{1}{2}$  — 2 latus, basi crassior. Substantia carnososuberosus.

69. BOL. SANGVINEVS: miniatus compressus subreniformis glaber, poris minutissimis.

*Boletus sanguineus* LINN. *Swartz Observ. bot. p. 408. t. 11. f. 4. a. b.*

Hab. in sola *India occidentali*. — Differt a *B. cinnabarino* forma reniformi, habitu membranaceo et compresso, colore vtrinque sanguineo, poris impalpabilibus *Swartz*, (cuius beneuolentiae etiam specimen debeo).

70. BOL. ABIETINVS: congestus imbricatus, pileo basi suffuso tenui tomentoso cinereo-albido, poris acutis fusco-purpureis. *Obs. myc. 1. p. 24.* Bol. purpurascens.

*B. abietinus*: acaulis depressus rugosus fasciatus albidus: poris angulatis subdentatis purpurascens. *Dicks. crypt. brit. 5. t. 9. f. 9.*

In *Hercynia* inter *Andreasberg* et *Herzberg* praesertim frequens ad truncos exsiccatos *pineos* reperiri potest. *Pori*  
iunio.

iuniorum dilute purpurei; nonnulli demum sublaceri.

C. PORIA: resupinata effusa s. superne porosa, pileo plerisque obliterato. (*Merul. tremellosus, serpens rufus. Bol. igniarius  $\beta$  ellipticus*)-

71. BOL. FAVVS: (effusus subresupinatus) coriaceo-suberosus subrecutito-setaceus zonatus fuligineo-fuscescens, tubis elongatis latissimis subfuligineis apium fauum imitantibus *Bull. champ. pag. 363. t. 421. excluso Linnaei synonymo? \**)

In *Gallia* truncis arborum emortuarum aut languentium, plerumque trabibus *Pini*, locis humidis innascitur, perennis. *Bull.*

72. BOL. CRYPTARVM: coriaceo-spongiosus sessilis (effuso-reflexus) subfuligineo-ferrugineus tenuis; supera parte labrosa hiantes; tubis longissimis. *Ball. l. c. p. 350. t. 478.*

Super

\*) *Boletus Fauus*, acaulis subpulvinatus scaber; setis erectis ramosis, poris angulatis patulis *Linn. Syst. pl. ed. Reich. 4. p. 608.*

Hab. in *China*. Fungus planus fuscus, vix pulvinatus, pagina superiore vndique hispida quasi *Lichene rangiferino*, e setis compressis ramosis fuscis. Pori magni, instar *Fauis apium*, saepe versus basin inaequales. *Linne l. c.*

Super trabes in cryptis hab., ut plurimum in congeriem crustaceam aggregatus. *Bulliard*. Subeffusus, interruptus, latitudine palmari. (*Q. ic.*)

73. BOL. DESTRUCTOR: albidus (effusus), pileo inaequali (vndato) rugoso, poris subrotundis obtusis. *Schrad. spic.* p. 166.

β. Bol. *sebaceus*, vndulatus late expansus albido-spadiceus. *Leyss. Fl. halens. nr. 1250.*

Hab. in domibus, locis humidis et suffocatis, ligna etc. ibi destruens. *Pori* laceri et integri. — Substantia fibrosa, fungo exsiccato, friabilis. Odor grauis, sed non ingratus. *Schrader.*

74. BOL. SALICINVS: resupinatus suberosus late effusus vndulato-rugosus cinnamomeus, in *Gmel. Syst. N. Linn. 2.* p. 1437.

Hab. passim ad *Salices*, quarum cavitatem inuestit, longitudine nonnunquam pedali, saepe quasi interruptus, colore ferrugineus. *Pori* hinc inde obliqui.

75. BOL. SPONGIOSVS: (resupinatus) coriaceo-spongiosus sessilis ferrugineus, tubis longissimis erectis: poris minutis rotundis. *Bolt. fung. p. 165. t. 165.*

Hab.

Hab. in *Anglia* circa *Halifax*.

Nunc in cespitem crassum crescit, nunc fere crustaceus est. *Tubi* longissimi, totum fungum fere constituunt, longitudine varii. *Fungi* superficies quoque variat. *B.*

76. BOL. FERRUGINOSVS: crassus inaequalis subinterruptus spadiceus, poris subobliquis variis.

Bol. *ferruginosus*, explanatus inaequalis coriaceus fusco-ferrugineus, poris subrotundis obliquis *Schrad. spic. p. 172.* huc quoque pertinet.

Meum fungum in *Alnetis* ad truncos putrescentes inueni. Forma est rudi; substantia sicca, vnc. 1 fere crassus. *Tubi* inaequaliter prominent; superficies hinc inaequalis interrupta.

77. BOL. CONTIGVVS: longitudinaliter effusus crassus glaber ferrugineus, poris maiusculis aequalibus.

Hab. passim ad palos, hortorum ianuas, solitarie.

Tres vnc. fere longus, 1 latus,  $\frac{1}{2}$  vnc. crassus. *Pori* aequales, ad latera maiores.

78. BOL. MEDVLLA PANIS: (albus, durus) effusus planus crustaceus, superne  
perfo-

perforatus; tubulis obliquis (rectisque)  
*v. Humb. spec. fl. frieb. p. 98. Jacq. misc. 1.  
 p. 141. t. 11. Bolt. funguss. t. 166. f. a.*

*β. longissima*, subterranea.

Praesertim frequens ad ligna fabrefacta ex. gr. ianuas vetustas hortorum, aut in syluis ad truncos aridos inuenitur, vbique glaber, siccus. *Pori* pro loco et situ nunc recti, nunc obliqui sunt. *β.* e fodinis hercynicis accepi, longitudine vlnari, et latitudine palmari, substantia mollior.

79. BOL. VITREVS. *Poria vitrea*: inaequaliter lateque effusa aquoso-albida hyalina vndulata subinterrupta, poris obliquis. *Obs. myc. 1. p. 15.*

In syluis autumnno super truncos crescit passim 3 — 4 vnc. ad spithamam latus.

80. BOL. TUBERCULOSVS. *Poria tuberculosa*: albida tuberculosa: margine inciso subrepando. *Obs. myc. 1. p. 14.*

In fodinis metallurgicis hercynicis frequens. Etiam *Misnia* a D. Ludwigi hanc speciem accepi.

Quatuor ad 6 — 8 vnc. longa, satis crassa, superficie tuberculis magnis difformibus distincta.

81. BOL. MUCIDVS. *Poria mucida*: latitans dilatata candida mollis, margine byssino, poris congestis. *Obs. myc.* 1. p. 87.

Hab. passim intra fissuras truncorum aridorum, putrescentium, 5 — 6 vnc. lata, humida substantia est et carnososuberosa. *Pori* varii: subrotundi, angulati, imo et laceri observantur.

82. BOL. FIMBRIATVS. *Poria fimbriata*: tenuis membranacea late effusa albida, margine fibrilloso, poris subobsoletis nonnullis distantibus. *Disp. meth. fung.* pag. 29.

Rarius intra truncos exsiccatos occurrit.

*Membranam* siccam exhibet. Margo laciniatus: lacinae teretes. *Pori* superficiales, in fungi margine liberi s. inter se subdistant. Color demum sordidus, subfuliginosus.

83. BOL. VAPORARIVS. *Poria vaporaria*: tenuis pallescente-albida, poris magnis inaequalibus laceris. *Disp. suppl.* p. 70. *Annal. bot. Fasc.* 2. p. 30.

Ad ligna cariota in *vaporariis*, quibus immersus, substantia tener.

84. BOL. INCARNATVS. *Poria incarnata*: late effusa incarnata laevis, poris  
minu-

minutis inaequalibus subobliquis. *Disp.*  
t. c. p. 70.

Passim in truncis abietinis, longi-  
tudine palmari; glabra et subcoriacea est.

85. BOL. NITIDVS. *Poria nitida*: in-  
carnato-flaescens nitida, margine glabro  
sublobato. *Obs. myc.* 2. p. 15. t. 4. f. 1.

In truncis et ramis exsiccatis, pas-  
sim. Fungus satis longus, sed angu-  
stus est, tenuis, coriaceus, nitens.

86. BOL. RADVLA. *Poria Radula*: pal-  
lescente-alba subtomentosa: poris acu-  
tis inaequaliter prominulis aspera. *Obs.*  
*myc.* 2. p. 14.

Prov. in ramis exsiccatis. Substantia  
sicca, subtomentosa, e particulis reci-  
duis regenerans; *cfr. Obs. myc. l. c.*

87. BOL. MOLLVSCVS: late effusus al-  
bidus pallescens tenuis mollis: margine  
byssino albicante, poris tenuibus inae-  
qualibus sublaceris.

Incolit ligna exsiccata pinea, rarius.  
Ad tactum mollis, 2, 3—4 vnc. longus.

β? *Poria epiphylla*: tenuissima alba  
membranacea, margine lato sterili, poris  
inaequalibus acutis. *Obs. myc.* 2. p. 15.

M m 2

Hab.

Hab. rarissime in foliis deciduis, locis suffocatis. Interrupta, subfugax.

88. BOL. BYSSINVS: explanatus membranaceus niueus, margine fimbriato, poris subrotundis obtusis. *Schrad. spic. p. 172. t. 3. f. 1.*

Hab. ad truncos putridos. Pori integri, distant? An satis distincta a Bol. *fimbriato*?

89. BOL. SVBTILIS: explanatus membranaceus niueus, poris tenuissimis horizontalibus (obliquis). *Schrad. spic. p. 173. t. 3. f. 2.*

Hab. ad cortices arborum putrescentium. Fragilis, (glabra?) laevis, subnitidus. *Schrad.*

90. BOL. (POR.) RETICVLATA: tenuissima byssina fugax albida.

Mucilago reticulata. *Hoffm. Fl. germ. crypt. t. 12.*

Ad truncos putrescentes. Pori subcupulaeformes, laeues, subpuluerulenti.

91. BOL. (POR.) OBLIQVVS: durissimus spadiceus, tubulis horizontalibus superficie sparsim prominulis. — *Acharius.*

Hab. in *Suecia*. Ligneus, totus ex poris s. tubis obliquis constat, lin.  $1\frac{1}{2}$  crassus.



D. POLYPORVS. Fungus ramoso-lobatus vndique porosus.

92. BOL. RAMOSVS: coriaceo-fragilis, luteo-fulvus in ramos subcylindraceos vndique tubulosos expansus, carne subalbescente, tubis breuibus. *Bull. champ. p. 349. t. 418.*

In lapidicinis, aliisque crypticis super semiputres trabes. Exsiccatus admodum friabilis. *Bull.*

E. FISTULINA: tubis inter se liberis.

93. BOL. HEPATICVS: carnosus sanguineus dimidiatus, tubulis liberis lutescentibus. *Gmel. Syst. Nat. Linn. 2. p. 1438. Schaeff. fung. t. 116—120. Commentarius p. 46-47. Sowerb. t. 58.*

Boletus Buglossum *Retz. scandin. ed. 2. p. 317. Flor. dan. 1039.*

Fistulina Buglossoides. *Bull. champ. p. 314. t. 497. Disp. meth. fung. p. 29.*

Hab. autumnno ad caudices quercinos.

Esculentus est. Tubuli in fungo iunior subglobosi, margine cortina s. velo? cincti; nonnulli prominent et obconici sunt. Singulare, quod superne quoque hinc inde tubuli obseruentur, sed vix explicati. Subst. fibrosa, carnosogelatinosa, rubromarmorata, et succulenta.

Mm 3

+++

††† HYDNOIDEI: membrana fructificante  
in *aculeos* (subulas, dentes) pro-  
minente.

45. SISTOTREMA. *Pileus* varius. *Hymenium* primo gyroso-porosum, demum praesertim in medio in *dentes difformes* compressos lacerum.\*)

\* *Stipitata.*

1. SISTOTR. RUFESCENS: magnum coriaceum rufescens, pileo infundibuliformi hirto, subtus pallescente, stipite subbreui rugoso crassiusculo.

Rarius in quercetis, locis graminosis ad terram. *Stip.* subtuberosus. *Tubi* maiusculi, flexuosi, primo albidii. *Pil.* 2 — 3 ad 4 vnc. latus, rugosus, nonnunquam subdimidiatus.

2. SISTOTR. BIENNE: stipite contracto lanato, pileo cyathiformi crasso subferugineo, tubis cinereis labyrinthiformibus. *Bull. champ.* 1. p. 333. t. 449. f. 1. sub Boletum.

Humo aut lignis putridis adnascitur. *Stipes* breuissimus. *Pil.* primo globosus, vbique porosus, demum excavatus, margine reflexus. *Caro* crassa niuea. *Bull.*

3.

\*) Intermedium genus est inter *Boletum* et *Hydnum*.

3. SISTOTR. CONFLVENS: gregarium album pallescens, pileo carnosio flexuoso confluyente, dentibus decurrentibus albidis. — *Disp. meth. fung. p. 28.*

Hydnum sublamellosum. *Bull. champ. p. 306. t. 453. f. 1. Sowerb. fung. t. 112.*

Prouenit pulchella haec species in faginetis aut pinetis ad terram, sepius per paria connata et in circulum confluens. Substantia carnosae, mollis. *Pil. vix vnc. 1 latus.*

\*\* *Pileo dimidiato.*

4. SISTOTR. CINEREVM: imbricatum suberosum, pileo dimidiato hirsuto subtus cinereo. *Disp. p. 29.*

Boletus unicolor *Bull. l. c. p. 365. t. 501. f. 3. Bolt. funguss. t. 163. Wither. arrang. 3. p. 423.*

Frequens ad truncos. Superne fuscescens aut fuligineo-cinereus, zonatus, 3 vnc. fere latus, inferne subrutilo-cinereus, ab initio poros., margine gyrosus.

5. SISTOTR. VIOLACEVM: dimidiatum imbricatum tomentosum albidum, subtus purpurascente-violaceum.

Hydnum decipiens LINN. *Schrad. spic. p. 180.*

Agaricus decipiens. *Willd. in bot. Mag.*  
4. p. 12. t. 2. f. 5.

Rarius ad truncos crescit. *Dentes* sub-  
lamellaeformes, purpurascunt, basi sub-  
tubulosi. — *Bol. abietino* affine.

\*\*\* *Resupinata effusa, dentibus diffor-*  
*mibus subincisis (XYLODON).*

6. SISTOTR. QUERCINVM: glabrum  
pallidum subrufescens, dentibus crassis  
difformibus incisissimis subadpressis. *Obs.*  
*myc.* 2. p. 17. *Odontia quercina*.

*Hydnum candidum Willd. in bot.*  
*Mag.* 1. 4. p. 14. t. 7. — *Bull. herb.* t. 481.  
*fig.* 1.?

Crescit in ramis exsiccatis quercinis;  
3—4 vnc. longum, forma rude.

7. SISTOTR. FAGINEVM: albidum pal-  
lescens stalactiticum, dentibus sub-  
fasciculatis obtusis plicato - annulatis  
integrissimis.

Rarius ad truncos *Fagi*. Primo orbic-  
ulare, demum effusum, grumosum, den-  
tibus erectiusculis.

8. SISTOTR. CERASI: paruum orbicu-  
lare gibbosum pallidum, margine to-  
mentosum, dentibus variis crassiusculis  
adpressis. *Obs. myc.* 2. p. 16. sub *Odontia*.

Hab.

Hab. ad ramos et candices *Pruni Avium* aut *Cerasi*.

*Dentes* maiusculi minoribus maioribusque intermixti, distant, obliqui. In medio *pore* obseruantur.

9. SISTOTR. ? FIMBRIATVM: submembranaceum incarnato-rufum, margine fibrillosum, subulis strictis multifidis. *Obs. myc.* 1. p. 38. O. fimbriata.

Rarius ad ramos deiectos fagineos. *Dentes* primo subgranulaeformes, qui demum ad vnam lineam et vltra elongantur et apice multoties incisi sunt: laciniis subdiurgentibus.

10. SISTOTR. DIGITATVM: candidum diuergens, dentibus digitatis confertis.

Hydnum paradoxum *Schrad. spicil.* p. 179. t. 4. f. 1.

In truncis prouenit.

Margo byssaceus. *Aculei* basi saepius connati, nunc erecti, nunc curuati, apice villosi. *Schrad.*

11. SISTOTR. SPATHVLATVM: candidum, aculeis spathulatis. *Schrad. l. c.* p. 178. t. 4. f. 5. sub Hydno.

Ad cortices arborum putrescentium expansum, margine byssaceum, 1—2

Mm 5

vnc.

vnc. latum. *Aculei* conferti, obliqui, apice villosi. *Schrader.*

12. SISTOTR. CELLARE: crassiusculum ferrugineam subtus membranaceum molle, dentibus angulatis congestis.

Peculiaris haecce species mihi missa a Dom. *Ludwig*, in cella ad ligna crescens inuenta.

*Dentes* crassiusculi, puluere cinnamomeo quasi obtecti, angulis 3—4 ut plurimum distincti, totum fere fungum efficiunt, cum membrana subiacens tenuis, mollissima sit. An huius generis?

46. HYDNUM. *Pileus* varius. *Hymenium* echinatum s. in *dentes* subuliformes integros prominens.

\* *Stipitata*, pileo plerisque integro s. orbiculari, aut exciso.

1. HYDNUM IMBRICATUM: pileo carnosio umbilicato umbrino squamoso: squamis crassis suberectis obscurioribus. *Obs. myc.* 1. p. 74. (*H. ceruinum*) *Schaeff. fung. t.* 140. *Sowerb. fung. t.* 73.

Hab. in pinetis. *Pilei* squamis crassis facile distinguenda species, quae nonnullis in regionibus esculenta est.

$\beta$ ? *Hydnum squamosum*: coriaceum ferrugineum; stipite crasso, pileo lato  
cras-

crassissimo fornicato, veluti squamoso. *Bull. hist. d. champ. p. 310. t. 409.*

H. *subsquamosum*, pileo ochraceo-fusco subferrugineo, maculis applanatis paruis vndique confertis. *Batsch. El. fung. p. 111. f. 43.*

Terrestre. Color fungi ferrugineus in sublateritio - fuscum aetate transit. *Squamae* nunc numerosissimae, nunc rariores, nonnunquam nullae. *Bull. Distincta species videtur.*

2. HYDNVM REPANDVM: incarnato-pallidum, pileo rugoso flexuoso sublobato glabro, subulis crassiusculis: pluribus compressis, stipite tuberoso subexcentrico. *Obs. myc. 2. p. 96. Sowerby fung. t. 176. Bull. herb. t. 172.*

Frequens in faginetis. Subdifforme, esculentum, crassum. *Pil. nonnunquam subdimidiatus est.*

3. HYDNVM RVFESCENS: pileo subte-nui carnosio subtomentoso e rufescente subcarneo, subulis acutis subcompressis incarnato-ochraceis, stipite tenuiusculo subcylindrico. *Obs. myc. 2. p. 95. — Bolt. funguss. t. 83?*

obs. Hinc inde cum priore, quo vero omnibus in partibus tenerius. *Pileus quoque*

quoque praeter tomentum breue, obsolete et subtiliter zonatus est, 2 vnc. et ultra latus.

4. HYDNUM COMPACTVM: carnososuberosum obconicum, pileo planiusculo flexuoso - rugoso cinerascete, subulis badiis, stipite breuissimo confluyente. *Commentarius* p. 57. *Schaeff. fung. t. 146. f. 1 - 6.* Hyd. floriforme.

In ericetis passim crescit.

Colore et forma parum grata se exhibet. *Pil.* 1 — 2 vnc. latus, margine quasi in nonnullis excisus, opacus, sordidus.

5. HYDNUM CONCRESCENS: gregarium confluens, pileo suberoso infundibuliformi fasciato spadiceo, subulis tenuibus fusco-nitidis, stipite breui subtuberoso difformi. *Obs. myc. 1. p. 74. Batsch fung. f. 221. a. b. — β. Schaeff. t. 261.*

Hab. in *faginetis* et *quercetis* ad pedes arborum. Ab initio *Clauariae* fere simile est. *Pil.* tenuis, glaber; sed striis et zonis rugosus, cum vicino saepe conatus. Pro diuersa aetate colore differt.

6.<sup>a</sup> HYDNUM TOMENTOSVM: stipitatum, pileo plano infundibuliformi: margine subtusque albido. *Commentarius* p. 53. *Linn. fl. suec. p. 455. Schaeff. fung. t. 139. †*

In



In sylvis acerosis, praecipue in *Suecia*. Ab antecedente teneritate et colore differt.

β? *Hydnum cyathiforme*: stipitatum, pileo infundibuliformi: fuscis discoloribus, aculeis albidis. *Vahl in Fl. dan. t. 1020.*

In sylvis Danicis.

6.<sup>b</sup> HYDNVM SPADICEVM: magnum spadiceum, pileo ruberoso subdepresso tomentoso, subulis inaequalibus difformibus lutescentibus.  *Ic. et descr. fung. p. 34. t. 9. f. 1.*

Hab. rarissime in pinetis.

*Pileus* spithamam latus. *Stipes* brevissimus, subtuberosus. *Subulae* peculiari modo sunt formatae: plures compressae aut semitubulosae, nonnullae incisae; hinc forte *Sistotrematis* species?

OBS. Tomentum in *icone nostra* nimis distinctum et pilis simile est expressum.

7. HYDNVM AVRISCALPIVM: stipitatum spadiceum, pileo dimidiato coriaceo. — *Curt. lond. t. 190. Fl. dan. t. 1020. Bull. herb. t. 481. f. 3. Commentarius p. 56.*

Crescit in strobilis *Pini sylvestris* L. per totum fere annum.

OBS. In statu vetusto, aut in specimenibus luxuriantibus pileus quidem integer apparet, quam varietatem b. *Light-foot* (*Fl. scot. p. 1042*) intendisse videtur; verum pilei lobi tali modo se approximant, ut pileus integer primo intuitu omnino videatur.

8. HYDNUM SVAVEOLENS: pileo coriaceo plano rugoso viscido, aculeis violaceis, stipite breui crasso. *Scop. Fl. carn. ed. 2. v. 2. p. 472. †*

Hab. in *Carnioliâ*, circa *Idriam*. “*Pileus planus, palmaris et amplior circa medium albicans, perennis, odorem gratum Lauandulae diu conseruans*” *Scopoli*.

\*\* *Pileo dimidiato plerumque acauli, aut stipite horizontali.*

9. HYDNUM CIRRATVM: pileo imbricato flexuoso pallescente-albo, villis sparsis obsito, subulis longis tenuibus. *Disp. meth. fung. p. 29. — Micheli N. g. pl. t. 64. f. 4?*

Hinc inde ad truncos fagineos.

Magnitudine et forma variat. Substantia carnosâ. *Pileo fibrilloso facile dignosci potest; esculentum videtur.*

10. HYDNUM PARASITICVM: coriaceum nigrescens, pileo dimidiato subeffuso

effuso rogo - strigoso, subulis cinereis.  
*Ic. et descr. fung. p. 55. t. 14. f. 1.*

Hab. ad truncos in *Suecia*, vnde mihi  
 missum a cl. *Swartz* sub nomine im-  
 posito, quod vero, vti ille mihi postea  
 scripsit, non *H. parasiticum* L. est, quod  
 vide sub *Sistotremate*.

11. HYDNUM ORBICVLATVM: pileo or-  
 biculari, imbricato villosa albo, sub-  
 tus griseo. — *Mich. N. g. pl. p. 122. t. 64. f. 5.*

In *Italia* mense *Martii* repertum.  
*Pileus*, quoad iconem, 2 vnc. et vltra  
 longus est.

12. HYDNUM OCCARIVM: villosum al-  
 bum imbricatum, pileo dimidiato, den-  
 tibus crassis planis. *Gmel. Syst. N. Linn. 2.*  
*p. 1439. Mich. l. c. p. 122. t. 64. f. 3.*

Autumno in *Italia* a b. *Michelio* quo-  
 que inuentum. *Pileus* planus, 3 vnc. latus.

13. HYDNUM OCHRACEVM: effuso-re-  
 flexum subimbricatum, pileo coriaceo  
 tenui zonato ochraceo, aculeis minutis  
 ochraceo - carneis. *Obs. myc. 1. p. 73.*

*Hydnum Daviesii. Sowerb. fung. t. 15.*

Prouenit elegans et tenera haec spe-  
 cies ad truncos pineos.

Latitudine variat ab  $1\frac{1}{2}$  ad 3 vncias.

14. HYDNUM GELATINOSUM: gelatinosum albido-glaucum, pileo vtrinque plano, stipite laterali. — *Jacq. Fl. austr.* 3. t. 239. (*Fl. dan.* t. 717. et *Schaeff. fung.* 144 et 145. varietates videntur.)

Hab. ad ramos pineos.  $\frac{3}{4}$  vnc. magnum.

15. HYDNUM ERINACEVS: maius convexum e candido flauicans coriaceum, aculeis longissimis gradatim dependentibus. *Bull. champ.* t. 34. *Buxb. cent.* t. 56. f. 1.

Ad caudices *Quercuum annosarum*. Vt plurimum sessile, interdum in formam stipitis lateralis gracilescens. *Bull.*

OBS. Transitum ad sequentem familiam efficit.

\*\*\* ODONTIA: *effusa resupinata superne echinata, aculeis teretibus, pileo manifesto nullo.*

16.<sup>a</sup> HYDNUM MACRODON: ex albido? rufescens, pileo oblitterato, subulis obliquis longissimis pendulis.

In Misnia ad vetustos truncos pineos a D. *Ludwig* lectum.

Subiculum fere nullum. *Subulae* basi connatae, deorsum spectant et ligno longitudinaliter adnatae, omnium longissimae.

16. *b* HYDNVM FRAGILE: membranaceum albidum, subulis fragilibus longissimis subflexuosis.

A prioris inuentore mecum beneuole quoque communicatum.

*Receptaculum* aut *subiculum* tenue, membranaeforme, a ligno liberum. *Aculei*  $\frac{1}{2}$  vnc. longi, opaci, recti, subflexuosi, conferti.

17. HYDNVM MICRODON: magnum coriaceum ochraceo - carneum, subulis congestis tenuibus.

In *Fodina lithantracina* in monte *Meisner* lectum.

Ultra spithamam longum. Subtus tomentosum, margine subinflexum. *Subulae* acutae, nonnullae compressae.

18. HYDNVM MUCIDVM: effusum glabrum albidum, subulis elongatis confertis.

*Hydnum mucidum*, effusum album, aculeis teretibus integerrimis. *Gmel. Syst. Nat. Linn. 2. p. 1440.*

Hab. intra truncos mucidos, rarius. 2 — 3 vnc. latum, sub lente quidem subtomentosum est, sed non villosum.

19. HYDNVM CRVSTOSVM: effusum crustae-forme albidum subfarinaceum:  
N n subulis

subulis minutis obtusis *Obs. myc.* 2. p. 16.  
sub Odontia.

Passim ad *Salicis* truncos vetustos,  
e longinquo *Licheni* crustaceo simile.  
*Subulae* fere subincospicuae sunt.

20. HYDNUM FARINACEVM: effusum  
pallidum, margine byssinum, subulis  
acutis tenuissimis.

Supra ligna arida crescens, farinae  
stratae subsimile, margine byssoideo  
loco natali arcte adhaeret.

21. HYDNUM OBTUSVM: candidum,  
aculeis teretibus obtusis (apice villosis).  
*Schrad. Spicil.* p. 178. *Raji Synops.* p. 14.  
t. 1. f. 4. †

Ad truncos caesos fagineos. Vnc. 2  
latum, margine demum introflexum.  
*Aculei* minuti, erecti. *Schrad.*

22. HYDNUM FERRUGINEVM: effusum  
tomentosum ferrugineum. *Disp. meth.*  
*fung.* p. 30.

Hyd. tomentosum. *Schrad.* t. 4. f. 3.

Crescit autumnino intra corticem et  
lignum aut ad latera ramorum arido-  
rum. 2—3 vnc. latum, totum tomen-  
tosum et ferrugineum.

23. HYDNUM NIVEVM: late effusum album, margine byssino, subulis confertis breuibus. *Disp. l. c. t. 4. f. 6. 7.*

Rarius iisdem in locis. Nonnunquam spithamam fere longum; exsiccatum pallescit. An species distincta?

24. HYDNUM DIAPHANVM: papyraceum diaphanum, aculeis (sparsis?) subulatis. *Schrad. l. c. p. 178. t. 3. f. 5.*

Ad truncos fagineos. *Membranam tenuissimam papyraceam glabram, margine per aetatem inuolutam, sistit. Schr.*

D. HERICIVM. *Filens analogus nullus. Fungus clauaeformis, simplex aut ramosus, vndique aculeatus.*

25. HYDNUM CORALLOIDES: magnum ramosissimum: ramis confertis incuruis, subulis terminabus subfasciculatis. — *Schaeff. fung. t. 142. Bull. herb. t. 309. Sowerb. fung. t. 252.*

*Hericium coralloides Comment. de fung. clauaeformis. p. 23.*

β? *Hydnum clathroides, cinereum, ramis anastomosantibus: subulis filiformibus unilateralibus Comment. l. c. Pallas Reise ins russisch. Reich. 2. t. K. f. 3. Gmel, Syst. 2. p. 1440.*

γ? *Hydnum abietinum*: erectum, ramis subaequalibus, subulis transuersis distichis. *Commentat.* p. 24. *Schrad. spic.* p. 181. *Mich. N. G. pl. t. 64. f. 2.*

δ? *Hydnum stalactiticum*. *Schrank Reise nach d. südlich. Gebirg. v. Bayern.* p. 130.

Hab. in sylvaticis ad truncos *Fagi* et *Pini abietis*, passim in caudice quercuum. De var. α. *Bulliard* l. c. dicit: Primo aetate capiti *Brassicae* cauliflorae forma et albedine simile est.

obs. Vtrum adiectae varietates verae species, aut tantum varietates sint hactenus ex autopsia deiudicare haud possum.

26. HYD. CAPVT MEDVSAE: trunco crasso breui, subulis vndulatis contortis terminato. *Commentat.* p. 26. sub *Hericio*. †

*Clauaria Caput Medusae* *Bull. champ.* p. 210. t. 412.

In *Gallia* ad ligna semiputrida nascitur. Primo niueum, demum cinereo-fuligineum. *Bull.*

obs. De ceteris huius familiae speciebus cfr. *Comment. de fung. clauaes.* p. 25 — 28.



†††† GYMNODERMA: pileo forma varia, plerumque dimidiato, effuso, acauli, coriaceo-sicco, hymenio laeviusculò aut in papillas prominente.

47. THELEPHORA. *Pileus* coriaceus subtus *papillis*, rarius setulis obsitus, aut vniformis laeuis.

a. CRATERELLA, pileo integro superne excauato aut infundibuliformi, disco strigoso-hirsuto.

1. THELEPHORA PALLIDA: cespitosa suberosa pallida, pileo excauato strigoso-squamoso.  *Ic. et descr. fung. p. 3. t. 1. f. 3. sub Craterella.*

Rarius in syluaticis, locis subudis ad terram crescit. *Stipes* breuissimus, basi villosus. *Pileus* subtus *setulis* (sub lente) hispidus.

2. THEL. CARYOPHYLLEA: varia, pileo infundibuliformi tenui fusco-purpurascente: margine vt plurimum inciso (subcrispo).  *Obs. myc. 1. p. 36. t. 6. f. 3 et 10. Commentarius p. 128. Crat. ambigua.*

*Heluella caryophyllea*: subsessilis coriacea cespitosa, pileo infundibuliformi fusco radiatim floccoso-striato, margine inciso.  *Dicks. pl. crypt. brit. 1. p. 20. Schaeff. fung. t. 325.*

Habitat in pinetis ad terram.

Pulchella species, praesertim *varietas* pilei laciniis imbricatis crispis. *Hymenium* laeuissimum, substriatum est.

$\beta$ ? *Peziza* (Theleph.) *radiata*: pileo patente membranaceo fibroso-striato zonis picto. *Oeder Fl. dan. t. 469. f. 1. Gunn. norw. 2. p. 137.*

b. STEREVM: pileo dimidiato, demum horizontali.

3. THEL. TERRESTRIS: subimbricata obscure fusca, pileo applanato fibroso-strigoso. — *Ehrh. pl. cryptog. exsicc. Dec. 18. nr. 173.*

*Thelephora mesenteriformis. Willd. Fl. berol. t. 7. f. 15.*

*Hydnum Thaelaephora Retz. Fl. scand. Ed. 2. p. 319.*

Hab. in arenosis ad terram. *Stipes* brevis, lateralis omnino adest. *Substantia* submollis, non ita coriacea sicca, vti in ceteris speciebus.

$\beta$ ? *Th. dubia*: minor, pileo integro crassiusculo disco vmbilicato, stipite breui centrali.

In pinetis *hercynicis* ad terram.

Vnc. 1 lata est. Color et *substantia* et pilei *hirsuties* cum priore conueniunt; verum

verum pileus equidem non dimidiatus est.

4. THEL. LACINIATA: imbricata obscure fusca, pileo tenui laciniato crispo subtus papillis congestis scabro. *Obs. myc.* 1. p. 36. St. laciniatum.

*Auricularia caryophyllea* Sow. t. 213?

Hab ad radices truncorum. Cespitem difformem efformat, 2 vnc. lata, tenuis. *Stip.* vix adest distinctus.

5. THEL. INTYBACEA: cespitosa imbricata, pileo subdimidiato fibroso-squamoso pallido, subtus cinereo fusciscente, stipitibus basi vnitis. †

Rarissime in faginetis crescit.

Plures pilei, subtriquetri, cespitem quemdam efformant obconicum. *Stip.* elongatus, basi connatus.

6. THEL. RUBIGINOSA: imbricata rigida rubiginoso-spadicea vtrinque glabra, papillis sparsis maiusculis. — *Gmel. Syst.* 2. p. 1441.

*Thelephora fragilis.* *Ehrh. Crypt. Dec.* 24. nr. 238.

*Heluella rubiginosa*, acaulis coriacea imbricata, supra velutina striis concentricis, infra glabra pustulata. *Dicks. pl. crypt. brit.* 1. p. 20.

*Auricularia ferruginea* Bull. t. 378.

Hab. ad truncos quercinos aut fagineos muscosos.

Plures *pilei* nonnunquam cespitem magnum efficiunt; iuniores subtomentosi, vetustiores glabri et fere nigrescunt. Hymenium subtus praeter papillas maiusculas, quoque pilosum est.

7.<sup>a</sup> THEL. BICOLOR: imbricata glabrescens spadicea, subtus alba. *Thelephora fusca* Schrad. spic. p. 184.

Hab. passim ad truncos.

Distincta species. Substantia submolli tenuis. *Pil.* sub lente parum strigosa, subtus glabra.

7.<sup>b</sup> THEL. SPADICEA: imbricata subrigida zonata subtomentosa fusca, subtus glabra fusco-pallens.

Hab. in *Misnia*. Ludwig.

*Pil.* vnc. 1 latus, crassiusculus, suboliuascens, opacus, tomento tenui obtectus. *Hymen.* aut laeue, aut tuberculis sparsis obtectum.

8. THEL. CRISPA: effuso-reflexa, pileo undulato zonis crispo, opaco spadiceo, subtus pubescente subcinereo.

Ad *pini* truncos. Pulchra species.

*Pileus*

*Pileus* 2—3 lobis imbricatis, repandus, rugosus, villo denso albicante subtomentosus. *Hymenium* cinereo-pallidum, subuillosum, laeuiusculum.

9. THEL. FERRUGINEA: effuso-reflexa ferruginea, pileo tenui subtomentoso laeuiusculo, subtus piloso.

*Thelephora variegata* Schrad. *spicil.* p. 185.

*Auricularia tabacina* Sowerb. t. 25.

Hab. ad ramos deiectos, super quos ad dimidiam effusa est, apice reflexa. *Pil.* unicolor basi fere spadiceus, ad marginem praesertim ob nouas accretiones eleganter ferrugineus, subtus rubiginosus, aut parum cinerascens.

10. THEL. RUGOSA: effuso-reflexa, pileo duro flexuoso glabro sordide fusco, subtus cinereo-pallido. *Disp. meth. fung.* p. 30. *Ster. rugosum.*

β. *Th. corylea*: basi late effusa ochracea: parte superna reflexa breui glabra subspadicea. *Obs. myc.* 1. p. 35. *St. Coryli.*

α hinc inde ad truncos, praesertim quercinos crescit, colore est obscuriore, rufo-fusco et substantia duriore, etiam magis reflectitur. β frequentior ad trun-

cos coryleos occurrit, subtus colore dilute flauo; ad 2 — 3 vnc. effusa est.

11. THEL. HIRSVTA,  $\alpha$  vulgaris: cespitosa coriacea lutescens strigoso-hirsuta, subtus glabra. *Obs. myc.* 2. p. 90 — 91.

Th. hirsuta Willd. *prodr.* p. 397.

Auricularia reflexa. *Bull. herb.* t. 483.  
Sowerby *fung.* t. 27.

Ad truncos et palos. Var. colore pallescente; inferne subcinerascit.

$\beta$ . Th. *alnea*: effuso-horizontalis concava superne fasciata tomentosa argillacea, margine undulata obtusa, subtus cinerea.

Hab. ad trunc. alneos rarius.

$\gamma$ . Th. *nitida*: minor nitida imbricata striata pallescente - grisea, - pilis rectis subadpressis tomentosa. *Disp. l. c.* p. 30.

Thelephora sericea *Schrad. l. c.* p. 184.

Hab. in pinetis. Magnitudine variat, nec non forma. Margo iuniorum subargenteus.

$\delta$ . Th. *ramealis*: parua opaca pallida simplex applanata effuso-reflexa, hymenio zonis concentricis. *Obs. myc.* 2. pag. 91.

An distincta species? E ramulis fagineis teneribus quasi pendula est, 4 — 6 lin.

lin. lata tenuis. Nunc rotunda, nunc elongata.

12. THEL. MESENERICA: magna coriaceo-gelatinosa, pileo horizontali subtenui tomentoso cinereo-fusco, subtus purpurascente: plicis longitudinalibus sparsis.

*Heluella mesenterica*, acaulis gelatinoso-coriacea rugosa resupinata (?) villosa cinerea, infra laevis violacea. *Dicks. crypt. brit.* 1. p. 20. *Bolt. fung. append.* t. 172. huius loci.

*Helv. mesenterica Bolt. fung. t. 172.*

*Misnia* mihi missa a *Ludwig*.

obs. Superne *Boletum* refert. Magna, zonata: zonis impressis. Subtus quidem plicis subuenosis *Merulii* ad instar gaudet, at *Papillae* plane desunt, cum sequente specie tamen cognata est.

13. THEL. PURPUREA: imbricata subtremellosa zonata tomentosa albida, subtus purpurea. *Disp. fung. p. 30. Obs. myc.* 2. p. 92. St. purpureum.

*Thaelaephora mesenterica Gmel. l. c. p. 1440? Mich. gen. pl. f. 66. t. 4.*

Hab. satis frequens praesertim ad truncos *Populi Tremulae* putrescentes.

Plures

Plures *pilei* sibi dense imbricati sunt, margine subundulati, fasciis subdepressis variegata.

14. THEL. LILACINA: subimbricata mollis azonata tomentosa pallida, margine subtusque dilute purpurea. *Obs. myc.* 2. p. 91. St. lilacinum.

*Elvela lilacina Batsch fung. f.* 131.

Ad truncos *abietinos* crescit.

obs. Ab antecedente substantia subcarnosa et pileo non zonato differt. Subtus demum fuscescit.

15. THEL. MUSCIGENA: minuta gregaria carnosomembranacea candida.

Rarius in *muscis* maioribus occurrit. Lin. 3—4 lata, tenuis, mollis, utrumque subplana. In *hymenio* subrugulosa est, hinc *Merulius* affinis.

15. THEL. ? MOLLISSIMA: subeffusula laciniata carnosamollis, superne subto mentosa albida, subtus obscure fusca.

Graminibus ramulisque ad crescens inuenitur passim ad terram autumno.

obs. Dubia species est, utrum huic aut sequenti subdivisioni, imo numne melius *Merismatibus* sit adnumeranda. Vix vnc. 1 longa, colore subtus purpurascente-fusco. Ad tactum mollis.



c. CORTICIVM: resupinata effusa papillata  
substantia varia.

\* *Colore plus minusue incarnato,  
aut pallescente.*

16. THEL. QUERCINA: resupinata longitudinalis, coriacea rugosa subcarnea: margine subinuoluto subtusque umbrino.

TheL. *carnea*, membranacea supra glabra carnea, subtus tenuissime tomentosa nigra. *Gmel. l. c. p. 1441. Humb. fl. friberg. specim. p. 187.*

Auric. corticalis. *Bull. t. 436. f. 1.*

Hab. frequens in ramis quercinis, super quos longitudinaliter serpit; inferne fere nigrescit.

17. THEL. ABIETINA: coriacea sublibera superne fusco-purpurascens subnitens, inferne subtomentosa umbrina.

Ad truncos abietinos (in *Hercynia*). Nunc elongata serpens, nunc orbicularis peltata, colore fere subpurpurascens, substantia sicca; 2 — 3 vnc. lata.

18. THEL. INCARNATA: coriacea crassiuscula laeviuscula unicolor incarnata: margine byssino.

Ad truncos, 2 — 3 vnc. longa,  $\frac{1}{2}$  —  $\frac{3}{4}$  lata, papillis ratis obsita.

19. THEL. CORIVM: magna crassa pallida, superficie obsolete reticulata.

Passim intra truncos putrescentes.

Spithamam longa, molliuscula, americana, in superficie pseudoporis planis obsolete sub lente conspiciendis distincta.

20. THEL. POLYGONIA: incarnata, papillis maiusculis polygoniis. *Disp. fung.* p. 30. C. polygonium.

Theleph. colliculosa *Hoffm. Flor. germ.* 2. t. 6. (icon non adaequata.)

Ad ramos exsiccatos *Populi Tremulae*.

Ad pulchras pertinet species, angusta est, sed 3 — 4 vnc. longa. Papillis forma distinctis facile distingui potest.

21. THEL. FALLAX: glabra ex alutaceo subincarnata, pseudopapillis maiusculis angulatis.

Hab. ad ramos exsiccatos *fagineos*.

Peculiaris haec species proprie superficie est laeuissima, et papillae distinctae, quibus primo obtutu gaudere omnino videtur, a particulis ligneis subiacentibus, aut sphaerulis super ramulorum superficiem eminentibus, oriuntur. Colore excepto flavescente priori similis.

22. THEL. LAEVIS: albido - carnea late effusa laeuissima, margine byssino. *Disp. l.c. p. 30.* Corticium laeue.

Thel. papyracea *Schrad. spic. p. 186.*

Hab. non infrequens ad ramos praesertim populneos, quibus arcte adhaeret. Magnitudine variat, ceteris speciebus latior est, subcrassa, demum pallescit.

23. THEL. ROSEA: subcorrugata rosea margine tomentosa. *Disp. meth. fung. p. 31.* C. roseum.

Crescit in assulis ligni *Populi Tremulae*. Vnc. 1 — 2 longa; substantia papyracea, laeuuscula.

\*\* *Colore obscure rubro.*

24. THEL. CRVENTA: glabra coriacea tuberculata sanguineo-rubra.

Ad cortices arborum, pulchella haec species in Misnia a Dom. *Ludwig* inuenta et mecum communicata.

25. THEL.? SANGVINEA: late effusa terrestri subtremellosa sanguinea laevis.

Singularis haec species in plateis vrbis iuxta muros domorum crescit. Sanguini effuso e longinquo similis; exsiccata dilutior fit. An potius ad *Algas* amandanda?

26. THEL. ANTHOCHROA: partita sparsa subtomentosa roseo-rubra.

*Folia* corticesque arborum obtegit, colore eleganter roseo distincta; dimidiam vnciam vix lata. An huius generis?

\*\*\* *Colore flavescente aut alutaceo.*

27. THEL. AVRANTIA: oblonga crassiuscula brevis aurantia. *Disp. fung. p. 21.*

Amat praecipue Rosae caninae ramos aridos;  $1\frac{1}{2}$  vnc. longa, 3—4 lin. lata, papillis rarioribus obsita, tota glabra.

28. THEL. HYDNOIDEA: tecta erumpens aurantio-flava, papillis elongatis subuliformibus. *Obs. myc. 1. p. 15.* Cort. hydnoideum.

Nascitur sub epidermide soluta ramorum *Fagi syluat.* *Papill.* forma peculiari sunt: plures enim ad lin. 2—3 elongantur et subulas *Hydnorum* sed difformes aemulantur.

29. THEL. GRANULOSA: longa glabra alutacea, papillis minutis granulosa. *Obs. myc. 1. p. 16.* Cort. alutaceum.

*β. subalbicans:* mollior, colore albidiore.

Ad ramos varios, praesertim *Sambuci racemosae*, crescit, angusta, sed spithamam saepe longa, substantia sicca.

30. THEL. FRVSTVLATA: durissima laevis rimoso-partita pallida.

Hab. ad ligna exsiccata quercina. Etiam *Holmia* misit Swartz. Sicca, subcrassa, mox in frustula dilabitur.

31. THEL. INCRVSTANS: terrestris subcarnosa rugoso-tuberculosa pallida: margine tenui dilutiore. *Obs. myc.* 1. p. 39. C. incrustans.

Autumni initio aestate pluuiosa in syluaticis, supra terram, folia et ramulos effusa; rugosa, vnc. 1 lata.

32. THEL. SEBACEA: difformis late effusa incrustans sebiformis pallida: exsiccata rufescens.

Hab. post multas pluuias autumnino in syluaticis graminosis; stalactitidis ad instar gramina ambit. 2 — 3 vnc. lata.

33. THEL. BYSSOIDES: villosa ochroleuca, superficie demum compacta pulverulenta muscos foliaque acerosa incrustans.

Hab. frequens in pinetis ad terram inter muscos et ad ramulos et folia *pin*ea, quibus arcte adhaeret. Primo omnino tota *byssoid*ea, et nonnunquam *Himan*tiae subsimilis.

34. THEL. FERRUGINEA: suborbicularis tomentosa late effusa ferruginea. *Obs. myc.* 2. p. 13. C. ferrugineum.

Hab. intra fissuras truncorum. 3—4 vnc. lata, puluerulenta, tenuis.

\*\*\* *Colore fusco, spadiceo aut subviolaceo.*

35. THEL. BUFONIA: orbicularis parua, e cinereo-fusca, papillis congestis.

Rarissime super ramorum cortices reperitur, vix dimidiam vnc. lata; sed papillis maiusculis, pro ratione crassis obsita; substantia subtomentosa.

36. THEL. VMBRINA: terrestris late effusa mollis vmbrina: margine subtomentoso albicante.

In arenosis, super terram nudam effusam, rarissime hanc speciem inueni; 2—3 vnc. lata est, parum tenuis.

37. THEL. VINOSA: subrugosa mollis e violaceo-fusca, margine subtomentosa. *Obs. myc.* 1. p. 33. C. fuscum.

Hinc inde ad truncos crescit, substantia subtomentosa, colore plus minusue violaceo differt.

38. THEL. CHALIBAEA: tomentosa e chalibaeo demum oliuaceo-cinerea, papillis

pillis congestis. *Obs. myc.* 2. p. 2. Tomentella chalibaea.

Rarissime ad truncos occurrit, 2—4 vnc. lata, demum fuliginea.

\*\*\*\* *Colore caesio, cinereo aut subliuido.*

39. THEL. SULPHUREA: suborbicularis subterrestris, medio compacta cinerascens: margine fibroso-byssino sulphureo. *Obs. myc.* 1. p. 38. C. sulphureum.

Hab. autumno in pinetis tam ad truncos, quam ad ipsam terram, 2 vnc. lata est, ad *Himantias* accedit.

40. THEL. CAESIA: terrestris suborbicularis, laeviuscula caesio-cinerea. *Obs. myc.* 1. p. 15. t. 3. f. 6. C. caesium.

Habitat satis frequens autumno ad terram nudam. Sub lente adspecta sporulae eleganter quaternatim dispositae observari possunt.

41. THEL. CINEREA: laevissima glabra cinerea. *Disp. meth. fung.* p. 31. C. cinereum.

Hab. satis frequens ad ramos *Acerinos* aut *Sambucinos*. Magnitudine variat, substantia sicca.

β. *Th. interrupta*: cinereo-fusca, sub-orbicularis interrupte effusa, papillis sparsis.

Ad ramos *Fraxini excels.* exsiccatos. Ex papillis, lin. 1 latis, sensim ad vnc.  $\frac{1}{2}$  et ultra accrescit; margine sinuata, demum nigrescit fere.

42. THEL. CEREBELLA: undulato-gyrosa albicans, pulvere ferrugineo adspersa.

Peculiarem pulchramque hanc speciem quoque accepi a Dom. *Ludwig*, in cella quadam ligno increscentem ab eo inuentam. Mollis est, nec papillosa, spithamam fere lata, subtus suboliuacea et tomentosa. — An huius generis?

43. THEL. VISCOSA: late effusa grabra subgelatinosa, viscosa cinereo-albida s. dilute caesia, papillis maiusculis sparsis. *Obs. myc.* 2. p. 18. *C. viscosum*.

Hab. sero autumno ad trunc. putridos.

44. THEL. SERA: niuea effusa pruinato-subtomentosa mollis colliculoso-tuberculosa.

Sero autumno ad truncos putrescentes in syluis. Subtenuis, 2 — vnc. lata tomentosa quasi, sed non pilosa.

\*\*\*\*\*



\*\*\*\*\* *Colore albo. (Merisma fastidios.)*

45. THEL. LACTEA: suborbicularis exalbido liuida, medio subcarnosa: margine byssino.

Prov. rarius ad cortices *Pini Abietis*. Superficie laevis, exsiccata pallescit.

46. THEL. CALCEA: sicca glabra dura subrimosa: detrita fuscescens, papillis manifestis.

Hab. passim ad sepes, in lignis exsiccatis.

β. Thel. *niuea*: rugulosa interrupta mollis niueo-pallens.

Hyeme ad truncos et radices arborum putrescentes, in quibus ut nix adflata apparet, membranam interruptam nec contiguam sistit.

γ? Thel. *Sambuci*: effusa ambiens cretacea subinquinans. — *Disp. l. c. p. 31.*

Hab. satis frequens, ad ramos exsiccatos *Sambuci nigrae*, praesertim hyeme et vere; humida submembranacea est.

47. THEL. ACERINA: tenuis brevis compacta subinterrupta exalbido-subsubcaesia. *Obs. myc. 2. p. 37-58.* Cort. *acerinum*.

Satis frequens in cortice *Aceris campestris*, cui quasi adflata, inaequalis,  $\frac{3}{4}$  vnc. longa, superficie laeuis, subnitida.

β. Th. *quercina*: continua sicca opaca compacta pallens.

In caudice *Quercuum* adhuc viuarum.

48. MERISMA. Ramosum, coriaceum, compressum laeue: apice vt plurimum pilosum. \*)

\* *Decumbentia, subcarnosa, ramis paucis subdifformibus.*

1. MERISMA? FASTIDIOSVM: candidum late incrustans, e ramis? laminois variis constans. *Comment.* p. 97.

Corticium foetidum. *Annal. bot. Fasc.* 15. p. 15. *Haller stirp. helv. ed. 2. nr. 2251.*

Autumno in sylvaticis vmbrosis ad terram, vbi saepe magna copia inter se cumque vicinis corporibus concrevit, et late effusum reperitur. Odor foetidus, excrementitius.

obs. Quodnam ad genus proprius referendum sit, in dubio est; *Thelephoris* forte affinius.

2.

\*) *Merismata* substantia et natura *Thelephorae* sunt, forma *Clauariae*.

2. MER. PENICILLATVM: albidum pallens basi incrustans in ramos parcos obconicos multifidum. *Comment. p. 96.*

Rarius in faginetis apertis. *Subiculum* crustaeforme membranaceo - coriaceum, cui impositae *clauulae* subobliquae, fastigiatae penicilliforme diuisae, vnc. 1 longae.

3. MER. CRISTATVM: subdecumbens incrustans pallidum, ramis laciniatis incrassatis rugosis. *Comment. p. 96.*

Clav. *laciniata*, tenuis cum corporibus vicinis concrescens, apicibus submembranaceis cristato-fimbriatis. *Bull. champ. p. 208. t. 415. f. 1. Sowerb. fung. t. 158.*

In sylvaticis super terram aut muscos etc. effusum.

Substalactideum, in ramos forma et crassitudine diuersos diuisum. Odore et sapore mucidum.

4. MER. SERRATVM: cespitosum viscosum fuligineo-albidum, ramis latiusculis serratis: ramulis obtusis. *Comment. p. 106. t. 4. f. 4.*

Rarius in sylvaticis. Subcarnosum, ad tactum sebaceum, totum glabrum, 2 — 3 vnc. latum, difforme.

\*\* *Erecta ramosissima, ramis distinctis.*

5. MER. STRIGOSVM: cespitosum canescens dilute rufum, ramis congestis breuibus striatis diuergentibus. *Comment. p. 95.*

In faginetis ericetosis. Facie subhorrida distinctum. Substantia siccum, rigidum; subtomentosum.

6. MER. FLABELLARE: tenerius, subramosum fusco - purpurascens: ramis sparsis elongatis incisus sublinearibus. *Comment. p. 93.*

Clav. flabellaris *Batsch El. fung. 2. p. 227. f. 159.*

In faginetis ad terram nudam, passim. Antecedenti affine. *Rami* angustati, compressi aut subteretes, striati subdiuergunt. Inodorus.

7. MER. FOETIDVM: fusco - purpurascens, ramis palmatis approximatis, apice albicantibus nitidis. *Comment. p. 92.*

Clav. palmata *Scop. fl. carn. 2. p. 483.*

β. Cl. *anthocephala*, coriaceo - molliuscula ferruginea basi sublanata, apicibus albidis flabelliformi - umbellatis. *Bull. champ. p. 197. t. 452. f. 1. Sowerby fung. t. 156.*

In pinetis non infrequens ad terram.

*Rami*

*Rami* maiores subflabelliformes; *ramuli* digitiformes, fastigiati. *Odor* foetidus, fastidibilis in fungo recenti.

††††† CLAVAEFORMES: fungi carnosii elongati uniformes, simplices aut ramosi, superficie laevi.

49. CLAVARIA. *Clavula* simplex ramosaque, cum *stipite* breui (rarius manifesto), aut *caule* crassiusculo confluens.

A. Coralloideae: caulibus ramosis. (RAMARIA. *Holmsk.*)

\* *Caule crassissimo.*

1. CLAVARIA CRISPA: (flavescent) foliacea ramosissima: ramis planis crispis per oras serratis. v. *Wulf. ap. Jacq. Misc. 2. p. 100. t. 14. f. 1.*

Hab. in *Carniòlia*. Maxima. An huius aut *Merismatis* generis?

E crassissimo tubere veluti trunco exsurgit caulis, fungoso-foliaceus, longitudinali-rugosus, ac illico in cespitem rosae instar expansus ramosissimus: ramis compressis apice dentatis, crispatis. v. *Wulf.*

2. CLAV. FORMOSA: ramosissima, caule subdecumbente crasso albido, ramis

elongatis aurantio-roseis: ramulis obtusis flavescentibus. *Comment. de fung. clav. p. 41. Holnsk. Coryph. ed. Pers. p. 173. Ic. et descr. fung. p. 11. t. 3. f. 5.*

Hab. in nemorosis, iam mature.

OBS. Pro tempestate sicca aut pluviosa altitudine, sic et ramis totis roseo-nitidis, aut apice tantum sulphureis variat.

3. CLAV. FLAVA: caule crasso albido, ramis ramulisque strictis brevisculis flavis. *Comment. p. 45. Schaeff. fung. t. 175.*

Hab. autumnino in faginetis vmbrosis. Tres uncias fere longa. Rami laete flavi, subfastigiati. Esculenta.

4. CLAV. GRISÆA: cinerascens, caule crasso, ramis subrugosis: ramulis obtusis inaequalibus. *Comment. p. 44.*

Rarissime in syluaticis. Maiuscula est demum pulvere seminali brunneo-rufo oblecta.

5. CLAV. CINEREA: murina fragillima, ramis dilatatis (sinuato-serratis?) coralloideis obesis glabris, nec fistulosis; apicibus depressis. *Bull. hist. d. champ. p. 204. t. 354.*

Hab.

Hab. in *Gallia*, vbi sub nomine *Mennottes grises*, de *Ganteline*, nota comeditur. *B.*

6. CLAV. BOTRYTIS: subdifformis; caule crassissimo decumbente pallescente-albido, ramis breuiusculis subrugosis: ramulis obtusis rubicundis. *Comment. p. 41. Schaeff. t. 176. Holmsk. coryph. ic.*

Prov. in syluis caesis, siccis.

Vt plurimum formam sistit inaequalem, minus completam, aere pluuioso excepto vbi formam regularem et faciem nec non colorem alienum acquirit.

β. Clav. *plebeja*, ramosissima, ramis simpliciusculis subouatis, apice denticulatis. *v. Wulf. in Jacq. misc. 2. p. 101. t. 13.*

Hab. in *Carinthia*. Secundum auctorem edulis est.

γ? Clav. *sanguinea*: caule subsucculento rubro, ramis elongatis: ramulis multifidis minutis flavescentibus. *Obs. myc. 2. p. 61. t. 3. f. 5. †*

Rarissime in syluis arenosis:

obs. Vltcrius inquirendum, vtrum mero sit varietas, aut peculiarem efficiat speciem.

7. CLAV. SPINYLOSA: ramosissima fuligineo-spadicea, caule crasso: ramis strictis

strictis subulato - spinulosis: oppositis obtusis brevioribus. *Obs. myc.* 2. p. 59. t. 3. f. 1.

Aequae rare occurrit, et ramulorum forma in vno eodemque individuo diversa facile dignoscitur. *Caulis* crassus, obtusus.

\*\* *Caule tenui s. ramis omnibus simul sumtis tenuior.*

8. CLAV. STRICTA: (truncigena) ramosissima flavescente - fusca, caule tenui: radiculis fibrillosis, ramis ramulisque adpressis strictis acutis. *Comment.* p. 45. t. 4. f. 1. *Schaeff.* t. 286.

Ad latera truncorum putridorum in syluaticis, gregarie crescit.

Habitu stricto et loco natali mox distinguitur. Color opacus. *Rami* demum *pulvere* copioso obtecti.

9. CLAV. PALMATA: subalatacea pallescens, caule tenui ramis subcompressis palmatis. *Comment.* p. 45. *Schaeff. fung.* t. 187. non multum differt.

Rarius in faginetis. 3 vnc. longa, totidemque lata est.

10. CLAV. ABIETINA: gregaria ramosissima alutacea: contrita virescens, basi radicu-



radiculis fibrillosis niueis, ramis subrugosis. *Comment. p. 47. Disp. meth. fung. pag. 37.*

Nascitur in pinetis. Forma est obconica dendroidea. *Pulvis seminalis subcroceus. Sapor amarus.*

11. CLAV. PYXIDATA: (truncigena) ramosissima ex pallido demum subrufescens, ramis ramulisque subuerticillatis in tubum dilatatis. *Comment. p. 47. t. 1. f. 1. a. b. c.*

Omniū distinctissima species in truncis putrescentibus (his in regionibus solummodo prope *Reinshausen*) crescere solet. Vnc. 2 — 3 alta.

*Lichenem* quemdam *pyxidatum* refert. *Caulis* basi pilosus est.

12. CLAV. CORNICVLATA: subramosa flaua, caule gracili elongato bisterque furcatim diuiso: ramulis acutis. *Schaeff. fung. t. 173.*

*Clauaria muscoides Willd. prodr. p. 407. Flor. dan. t. 775. f. 2.*

*Clav. furcata. α. β. Comment. p. 184.*

Hab. in syluis satis frequens.  $1\frac{1}{2}$  vnc. longa. *Rami* ut plurimum compressi, *ramuli* lanulati.

13. CLAV. PRATENSIS: flauescens cespitosa, caule breui, ramis geniculatis diuaticis: ramulis subfastigiatis obtusis. *Comment. p. 52. t. 4. f. 5. — Bull. herb. t. 358. f. d. e.*

Cl. muscoides *Flor. dan. t. 836. f. 2.*

In pratis, collibus graminosis sero autumnno. Inter gramina quasi abscondita est. *Ramulorum* forma ab antecedente disiungenda.

14. CLAV. TOMENTOSA: subterranea tomentosa flafescens, ramis dilatatis obtusis: †

In Fodina lithantracina in monte *Meisner* inuenta. Forma est obconica vltra vnciam longa. *Rami* conferti, toti tomentosi, molles.

15. CLAV. TRICHOPVS: maiuscula nivea, caule elongato basi hirsuto, ramis crassiusculis furcatis. *Comment. p. 30. t. 4. f. 3.*

In sylvaticis rarius prouenit. *Rami* subcompressi, furcatim aut palmatim diuisi, subobtusi.

16. CLAV. AMATHYSTEA: ramosissima laeuis tota violacea. — *Holmsk. coryph. p. 110. cinn ic. eleganti.*

Hab.

Hab. pulcherrima haec species in ericetis danicis et germanicis.

17. CLAV. TENACELLA: fasciculata fuligineo - rufa (sordide violaceo - rufa?) subtenax, ramis elongatis congestis furcatis obtusis. *Comment. p. 47. t. 3. f. 5.*

In ericetis sylvaticis rarius occurrit. A beat. *Heyder* vti et prior circa *Göttingam* prope *Reinshausen* detecta.

obs. Forte melius ad simplices *Clauariae* species amandanda ob habitum fascicularem, et quia rami tantum apice divisi sint. Totus fungus 2 — 3 vnc. longus, basi albicans, duriusculus.

18. CLAV. CRISTATA: polymorpha ramosa alba aut fuligineo - subcinerascens, ramulis fimbriatis tenuibus obtusisque. *Comment. p. 48. Vsteri annual. bot. Fasc. 15. p. 34.*

*Clauaria cristata Holmsk. p. 92. ic.*

*α. Cl. niuea:* gregaria candida minor, ramis subcompressis sulcatis, ramulis subfastigiatis breuibus setaceis. *Comment. l. c. t. 2. f. 4. Clav. cristata.*

*β. Cl. fallax:* elongata simpliciter ramosa duriuscula cinerascens, basi ob sphaeriam parasiticam nigro-punctata. *Comment. l. c.*

Frequens

Frequens autumno in faginetis crescit. Magnitudine varia a 2-3 vnc. alta et lata. Nisi  $\alpha$  iuniorem forte indicet fungum, distinctam efficere posset speciem.  $\beta$ . status fungi morbosa est a *Sphaeria* quadam, ei parasitice inhabitante, orta, quo primo intuitu *Xylariam* (Sph. clavaeformem) quamdam refert.

19. CLAV. FIMBRIATA: candida, caule tenui villosa, ramis subcompressis elongatis, ramulis confertis setaceo-incisis. *Disp. meth. fung. p. 37.*

In pinetis hercynicis rarius mihi obuia.

An prioris parietas? *Caul.* basi villosus. *Rami* pro ratione, longi. *Ramuli* vero minuti, ciliati quasi, congesti.

20. CLAV. SVBTILIS: subramosa albedo-pallens crassitudine vbiq. subaequali, ramis furcatis subfastigiatis. — *Comment. p. 51. t. 4. f. 2.*

Hab. rarius in faginetis. Semunciam fere longa, forma grata distincta.

21. CLAV. GRACILIS: ramosa albidopallescentis, caule tenui: radiculis fibrillosis, ramulis multifidis subincarnatis. — *Comment. p. 50.*

In

In pinetis, muscis et foliis pineis cum radiculis adhaeret. Ob teneritatem saepe decumbens. Caul. et rami lin. 1 crassi.

22. CLAV. MACROPVS: gracilis subramosa albida, caule tenui elongato, ramis oblongis subulatis. *Comment. p. 51. t. 1. f. 2.*

In sylvaticis vno anno satis frequens altero rarius inuenitur. Macilentia, vix lin. 1 crassa. Rami crassiores, nonnulli furcati.

23. CLAV. BYSSISEDA: varia subramosa parua, rufescente-pallida radiculis byssoideis albidis insidens. *Obs. myc. 1. p. 52.*

*Ramaria fimbriata. Holmsk. coryph. p. 98. ic.*

Praesertim in ramis *querneis* inter folia deiecta nascitur, quibus adhaeret radice insigni, *Himantiae* simili. *Clavellae* iuniorum incuruatae, adultiorum furcatae. Pro diuerso loco magnitudine variat.

24. CLAV. TUBEROSA: (truncigena) flauescens subsimplex, basi tuberosa. — *Sowerb. fung. t. 199. †*

In *Anglia* sub cortice ramorum crescit. *Radix* tuber subglobosum crassum

Pp

stri-

strigosum sistit. *Clauulae*  $1\frac{1}{2}$ —2 vnc. longae, lineares, subacutae, simplices quidem, sed tamen 2—3 ex vna basi proueniunt. (*Q. ic.*)

25. CLAV. CERANOIDES: cespitosa, clauulis dentatis et obsolete ramosis subdifformibus flauescentibus apice fuscis. †

*Clauaria rugosa* Sowerb. t. 235.

Hab. in *Anglia*.

*Lichen. islandicum* (quoad iconem) refert, quo vero multo maior. Substantia mollis videtur, intus caua? *Clauulae* subcornutae, ad latera dentato-ramosae, apice colore obscuriore.

26. CLAV. VISCOSA: subramosa vitellina viscosa tenax, ramis ramulisque furcatis, caule tenui radicato. *Comment. p. 53. t. 1. f. 5.*

*Clauaria flammea*. *Schaeff. t. 174.*

*Clav. aurea* *Ehrh. crypt. Dec. 28. nr. 279.*

Frequens in pinetis ad truncos crescit, quos radice longa s. prolongatione caulis intrat. Tempestate humida mollis viscosa, sicca rigida, fere cornea, colore aureo-rutilans.

27. CLAV. RUGOSA: maiuscula albida incrassata rugosa simplex ramosaque:  
ramis

ramis parvis difformibus. *Comment.* p. 57.  
*Bull. herb.* t. 448. f. 2. *Vaill. bot.* t. 8. f. 2.

α. *Clauaria elegans.* *Bolt. fung.* t. 115.

β. *Cl. Cornu Alces.* *Batsch El.* p. 135.

γ. *Clav. Damicornis.* *Schrank Fl. bav.*  
 nr. 1845.

δ. *Cl. hercynica:* gregaria maiuscula fuligineo-alba, caule subincrassato leviter compresso, ramis obsoletis obtusis.

Autumno in faginetis non infrequens. Duas ferme uncias longa, et apice 3 lin. crassa est. δ. in pinetis hercynicis.

28. CLAV. CROCEA: minuta crocea basi pallida, ramis congestis ramulisque conformibus subfurcatis.  *Ic. et descr. fung.* p. 36. t. 11. f. 6.

Rarissime nitida haec species ad terram nudam in sylvis occurrit. Dimidiam unc. vix longa. *Rami* graciles.

29. CLAV. MUCIDA: gregaria minuta simplex ramosaque albida: apice ochraceo, basi tomentulo insidens. *Comment.* pag. 55.

Hab. passim in truncis putrescentibus, sylvulam ibi quasi efformans. Tres quatuorue lineas tantum longa. Substantia subtenax. *Clauula* simplex, apice incrassata et subrugosa est.

30. CLAV. CORNEA: gregaria minuta viscosa flauescens, simplex ramosaque basi connata. *Comment.* p. 54. *Batsch El. fung.* p. 139. f. 161.

β. Clav. aculeiformis *Bull. champ.* p. 214. t. 463. f. 4.

γ. Clav. striata, simplex conica exsiccata striata. — *Hoffm. Flor. germ.* 2. t. 7. f. 1.

δ. maior. Clauaria flaua gelatinosa conica apice acuto, saepe medio coalita. *Müll. Beschäft. d. Berl. Ges. Naturf.* 3. p. 351.

ε. cincta: basi tomento annulatim cincta. *Comment.* l. c.

Autumno post pluuias in trunco fagineo aut ligno pineo crescit. 2 — 3 lin. tantum magna, recens subtremellosa flaua aut aurantia, exsiccata dura cornea.

B. Simples: *clauulis indiuisis.*

31. CLAV. GLOSSOIDES: flaua paruula subtremellosa indiuisa, clauula ligulata, caule tereti. — *Comment.* p. 63.

Passim in trunco quercino prouenit. Antecedenti omnino affinis, sed forma differt.

32. CLAV. LIGVLA: subcespitosa rufescente-pallida opaca varia, basi villosa



losa tenui apice teres aut subcompressa.  
*Comment. p. 66. Schaeff. fung. t. 170.*

Hab. passim in pinetis, ramulis pineis adhaerens. 2 vnc. longa, apice in nonnullis compressa, et cornuta est.

35. CLAV. PISTILLARIS: solitaria magna incrassata e flauo subrufescens, apice rotundo. *Comment. p. 61-62. Batsch El. t. 2. f. 46. Bull. t. 244. Schaeff. t. 169.*

In faginetis, locis calcareis, autumno.

Iunior fungus fere cylindricus et flavescens; adulta incrassata, subrugosa rufescit. *Sapor amarus est.*

β. Clav. *herculeana*: maior subspadicea rugosa, apice truncato subdepresso. *Comment. p. 63. Lightf. scot. 2. p. 1056. Holmsk. coryph. ic. Schaeff. l. c. f. 9. Mich. t. 37. f. 3.*

In pinetis crescere dicitur. Quantum ex iconibus appareat, omnino vt distincta species haberi posset, cum maior et apice excauata sit.

γ? Clav. *puluinata*: minor gregaria solida cinnamomea ventricosa, apice subacuminata. *Comment. p. 65. Schinied. Ic. pl. t. 4. f. 2.*

In pinetis crescens delineata. Colore grato distinguitur, necnon apice acutiusculo.

tiusculo. Nonne diuersa species? Autop-  
tae determinant.

34. CLAV. LVTEOLA: gregaria solida  
aquose lutea oblongo-clauata teres.  
*Comment. p. 66-67.*

Clauaria cespitosa v. *Wulf. in Jacq.  
misc. 2. p. 68. t. 12.*

Hab. quoque in pinetis.

Antecedenti omnino affinis, sed colore  
dilutiore et clauulis subturgidis differt.

35. CLAV. HELVEOLA: gregaria solida,  
clauulis strictis subcylindricis flauis:  
apice dein cinnamomeo. *Comment. p. 69.*

Clav. simplicissima, flaua subulata  
teres, apice fusco. *Willd. prodr. nr. 1180.*

β. Clauaria teres. *Baungart. Fl. lips.  
p. 653. t. 4. f. 2. a.*

In fagetis ad terram, subcespitose  
crescens.  $1\frac{1}{2}$  vnc. alta, lin. 1 crassa, co-  
lore opaca, apice mox in fungo exsic-  
cante obscurior.

36. CLAV. AVRANTIA: subcespitosa au-  
rantia parua subrugosa, basi subtomen-  
tosa dilutiore. *Obs. myc. 1. p. 32. Bull.  
t. 463. f. B?*

Hab. autumnno in syluis ad terram  
nudam;  $1\frac{1}{2}$  vnc. longa, stricta, opaca  
aurantio-rubra.

37. CLAV. ARDENIA: (truncigena) longissima spadicea caua, basi tomentosa, apice in adultis truncata.

Clauaria Ardenia Sowerb. *fung. t.* 215.

Parasitice in ramulis deiectis *Coryli Auellanae* crescit. Ultra spithamam longa, subflexuosa, incrassata, 2 lin. et  $\frac{1}{2}$  vnc. crassa, opaca. Apex iuniorum acutiusculus, furfure dilutiore obtectus. *Sow.*

38. CLAV. FISTULOSA: (truncigena) glabra flaua fistulosa longissima incrassata obtusa radicata † — *Holmsk. coryph. ic. et ed. Pers. p.* 54.

*Radix* alba, fibrosa in modum barbulae pennarum. *Superficies* leuiter punctata. *Substantiae mirae tenuitatis.* Fungus, deficiente humore, contrahitur atque flauescit, ita vt digito, iunci instar, complicari queat, probe vero rigata celeriter surgit, pristinamque resumit formam. *Holmskiöld.*

39. CLAV. PILIPES: clauata gracilis solitaria, stipite inferne piloso. *Vahl in Fl. dan. t.* 1100. *f.* 3.

Hab. in truncis. Rufescens, 3—4 longa, 1—lin. crassa, basi quasi infracta. (*Q. ic.*)

40. CLAV. TRIVNCIALIS: solitaria rufescens longissima tenuis, basi radiculis fibrosis. *Comment. p. 32. Mich. N. G. pl. p. 208. t. 37. f. 7.*

Longitudinem nomen exprimit, lin. 1 et ultra crassa est. Hab. in *Italia*.

41. CLAV. PURPUREA: cespitosa elongata acuminata purpurea. *Comment. p. 68.*

*Clauaria purpurea*: cespitosa rufosca, subcompressa, apice acuminato. *Flor. dan. t. 337. f. 2.*

In herbosis, iuxta vias in *Dania*. Quoad iconem *Clauulae* basi inter se cohaerent.

42. CLAV. RUBRA: gregaria rufa incrassata compressa, clauulis nonnullis emarginatis. *Comment. p. 71. Fl. dan. t. 775. f. 1.*

*Clauaria polymorpha*. *Gmel. syst. N. Linn. 2. p. 1445.*

In graminosis sylvaticis, in *Dania*. Magnitudine inaequalis, nonnullae intortae, apice fissae, aut emarginatae.

43. CLAV. ERICETORVM: cespitosa flavescens, clauulis incrassatis compressis obtusis pallidis, stipitibus nitente-flavis. *Obs. myc. 2. p. 60. Schmiedel Ic. pl. p. 56. t. 5.*

Claua-

*Clauaria argillacea.* *Comment.* p. 74.

Hab. in sylvaticis ericetosis, autumnno.

Color alutaceo-flauescens. *Clauulae* iuniores obconicae fere et subcompressae; adultae subplicatae et in nonnullis cornutae.

44. CLAV. FVSIFORMIS: cespitosa congesta aurea, clauulis attenuatis subtenacibus basi cohaerentibus. — *Sowerb. fung. t. 234.* — *Comenent.* p. 73. Cl. fasciculata.

Clav. pistillaris. *Bolt. fung. t. 110?*

In sylvis ericetosis, muscosis rarius.

*Clauulae* plures fasciculum efformant, nunc strictae, nunc flexuosae, acutae, rarius obtuso-subdiuisae, earumque apex, fungo exsiccante, in mucronem nigrum contrahitur. (*l. c.*)

45. CLAV. INAEQVALIS: gregaria lutescens inaequalis compressa acuminata ventricosa caua. *Comment.* p. 75. *Fl. dan. t. 886. f. 1. †*

$\beta?$  Clav. *fasciculata*, lutea fasciculata, ramis ventricosis compressis acutis raro turbinatis. *Villars Dauph. 3. p. 1054.*

$\gamma?$  Cl. *bifurca*, (radicata) lutea fragilis glabra, primum simplex compressa sulcata, demum bifida: apicibus acuminatis. *Bull. champ. p. 207. t. 264.*

In gramineis nemorosis.

OBS. Hac de specie eiusque varietatibus? ex auptopsia nil diiudicare possum.

46. CLAV. FLAVIPES: cespitosa fragilis, clauulis subfalcatis acuminatis pallidis, basi approximatis nitente-flavis.

*Comment. p. 75. t. 1. f. 4.*

In graminosis montosis.

*Stip. pellucidus, fere sulphureus. Clavulae sordide albae, subincurvae.*

47. CLAV. ANGVSTATA: cespitosa flavescens, clauulis elongatis angustis subadscendentibus deorsum flexuosis. *Comment. p. 72. t. 1. f. 3.*

In pratis montosis humidis inter muscos, vix lin. 1 crassa, sed 3 vnc. fere longa. *Stip. praesertim flexuosus.*

48. CLAV. STRIATA: cespitosa subfuliginea, clauulis longissimis flexuosis subtorquatis sparsim striatis. *Comment. p. 75. Ic. et descr. fung. p. 11. t. 3. f. 5.*

Prov. rarius in sylvis ad terram. *Clavulae longitudinaliter striatae: striis distantibus, medio subventricosae.*

49. CLAV. FVMOSA: cespitosa congesta fragilis e fuligineo cinerascens. *Obs. myc. 1. p. 31. Comment. p. 76.*

Post

Post pluias in faginetis ad terram nudam. varius crescit.

obs. Sequenti magis vulgari speciei, colore excepto similis. *Clav. subflexuosae.*

50. CLAV. EBVRNEA: cespitosa congesta fragilis niuea.

α. *Cl. fragilis*, clauulis subfistulosis incrassato - subattenuatis. *Obs. myc. 1. p. 32. Holmsk. coryph. p. 7. ic. fig. f. g. Fl. dan. t. 735. f. 1.*

*Clauaria gracilis Bolt. fung. t. 3. f. 1. Sowerb. t. 232?*

β. *Cl. cylindrica*: — stipite elongato subtenui, clauulis crassiusculis cylindricis obtusis. *Comment. p. 76. Vaill. bot. par. t. 7. f. 5. Bull. champ. p. 212. t. 463. f. 1. V. niuea. a. l. m. Michel. t. 87. f. 10.*

*Clav. fragilis. Holmsk. fig. a — e.*

γ. *Cl. solida*: — clauulis attenuatis intus solidis. *Comment. p. 78. †*

*Clauaria vermiculata non fistulosa candida. Mich. N. G. pl. p. 209. t. 87. f. 12.*

Hab. α satis frequens in syluis umbrosis ad terram nudam, colore et fragilitate distincta. *Stip. subhyalinus. Clavulae in adultis parum compressae, arcuatae, acutae. β. ob formam et γ. ob claru-*

clarulam *solidam*, quamuis colore conveniunt, forte vt species distinguendae.

51. CLAV. NIGRITA: cespitosa nigra, clauulis longissimis fistulosis, apice subreflexis. *Comment. p. 79.*

β? Cl. *ophioglossoides*, nigro-fusca, ramis radicalibus acutis crassescentibus angulatis raro bifidis. *Villars. Dauph. 3. p. 1049.*

Rarissime in graminosis occurrit.

Cum antecedente substantia etc. convenit, paullo modo altior et tota nigra est.

52. CLAV. FALCATA: *solitaria* candida incrassata falcata obtusa, stipite breui pellucido. *Comment. p. 81. t. 1. f. 3. a. b.*

In fagetis vmbrosis ad terram nudam. Vnc. 1 longa.

β. Clav. *obtusata*: solitaria maiuscula flaua, clauula incrassata obtusa subfalcata. *Comment. p. 89. Mich. N. Gen. pl. p. 208. t. 87. f. 5. †*

In *Italia* nascitur. Antecedenti consimilis, sed colore differt, paulloque maior est.

53. CLAV. MICANS: sparsa minuta obouata micante-rosea, stipite breuissimo albicante. *Comment. p. 85.*

Claua-



Clauaria Acrosporum. Hoffm. Fl. germ. crypt. t. 7. f. 2.

Vernalis et rara plantula est, in stipitibus plantarum aridis proueniens. Lin. 1 longa, superficie quasi pruinata.

54. CLAV. HERBARVM: gregaria minuta lanceolata subtenax nigrescente-olivacea. Comment. p. 69. t. 3. f. 4.

Acrosporum compressum Tode Fung. mecklenb. 1. p. 8. t. 2. f. 13.

Incolit vere caules exsiccatos, foliis obtectos, *Plantarum maiorum*. 2 lin. fere longa subcompressa, acuta, duriuscula, absque mutatione diu conseruabilis. — An huius generis?

55. CLAV. PVSILLA: gregaria (epiphylla) minutissima alba, crassitudine vbique aequali. Comment. p. 86. t. 3. f. 6.

Semel tantummodo in folio arido deciduo hanc speciem inueni, quae vix lineam excedit, et nunc stricta, nunc curuata est, superficie glabra.

56. CLAV. OVATA: candida, obouata subcompressa, stipite breui pellucido. Comment. p. 85.

Rarius autumnno in ramis aridis *Rubi fruticosi* eam inueni. *Clauula* stricta, sub-

subcapituliformis, caua, pruinata. Duas lineas longa est.

57. CLAV. MUSCICOLA: minutissima alba subincrassata curuata tota glabra, tuberculo globoso insidens. *Obs. myc.* 2. p. 60. t. 3. f. 2.

Hab. intra folia *Muscorum*. 2 — 3 lin. longa, subfiliformis. *Tuber* radicale globosum, laeue, concolor.

58. CLAV. GYRANS: (epiphylla) tota candida filiformis, stipite longo pubescente. *Comment.* p. 83. *Batsch El. fung.* f. 164.

Autumno in foliis deciduis exsiccatis.

*Tuberculum* radicale laeue, pallidum. *Stipes* albus, debilis.

59. CLAV. ERYTHROPVS: clauula cylindrica breui alba, stipite stricto longo atro-rubente. *Comment.* p. 84.

*Clauaria gyrans* *Bolt. funguss.* t. 112.

Prov. in stipitibus s. ramulis deiectis, sub quorum epidermide *tuberculum* radicale, rugoso-sulcatum, fuscum absconditum est. *Stip.* erectus.

β. Cl. capillaris. *Comment.* p. 84-85. *Holmsk. Coryph.* p. 5. ic. *Gmel. Syst.* 2. p. 1445.

Hab.

Hab. in *Dania*. *Stip.* violaceus videtur, et *clauula* nunc compressa, nunc obouata dicitur. Forte diuersa.

60. CLAV. GRANVLATA: clauata alba simplicissima teres, corpore (clauula) fistulosa, radice granulata nigra. *Willd. prodr. p. 705. t. 7. f. 17. †*

Hab. prope *Berolinum*. A *Cl. gyrante* etiam ob tuberculum *nigrum* diuersa videtur.

62. CLAV. PHACORHIZA: simplicissima tenuis fusca, clauula subulata alba, radice lenticulari, (stipite flexuoso). *Reich. in Act. Nat. Scrut. berol. 1. p. 315. t. 9. f. 4-5. Sowerb. fung. t. 233.*

Ad terram nudam nascitur.

*Tubercul.* radicale fuscum, madefactum globoso-rugosum. *Stip.* glaber subfuscus. *Clauul.* stipite 3-plo fere longior. *Reichard.*

The substance at the base somewhat resembles a bean or seed splitting to protrude a young plant. *Sowerby.*

50. GEOGLOSSVM. *Clauula* carnosa ut plurimum compressa (breui) margine prominente *stipiti* contigua.

1. GEOGLOSSVM HIRSVTVM: subfasciculatum hirsutum nigrum. *Comment. p. 37. Schmidel Ic. et anal. pl. p. 92. t. 25. f. 1-19.*

β. *G. capitatum*: sparsum tomentosum nigrum capitatum. — *Schn. l. c. f. 11-12. Schaeff. fung. t. 327. f. 1?*

*Clauaria ophioglossoides Holmsk. Coryph. p. 18. icon. et ed. Pers. p. 37. Sowerb. engl. fung. t. 83.*

Hab. in syluis, pratis etc. gregarie. Colore nigro et hirsutie facile distinguitur: *Clav. in α compressa, laevis; in β plicata, subrotunda.*

Obs. *Clauaria ophioglossoides* LINN. ad hanc aut ad sequentem pertinet speciem.

2. GEOGL. GLABRVM: glabrum ex spadiceo nigrum, stipite subsquamuloso. *Obs. myc. 2. p. 61.*

*Clauaria ophioglossoides Ehrh. plant. crypt. Dec. 14. nr. 140.*

In collibus graminosis, autumnii initio. *Stip. basi albicans, laevis aut squamulosus, sed non pilosus. Clav. ligulata glaberrima, nec viscosa.*

β. *G. vliginosum*: tenerius atrum, stipite longo distincte squamuloso. *Obs. l. c. p. 62. t. 3. f. 4.*

In pratis vliginosis hercynicis inventum.

3. GEOGL. GLVTINOSVM: subfasciculatum nigricans clauula subelliptica, stipite viscoso. *Comment. p. 38.*

In montosis graminosis, rarius in syluaticis, autumnno.

obs. Geogl. *glabro* omnino simile, sed viscositate stipitis differt, etiam magis nigrum est.

4. GEOGL. VISCOSVM: paruulum angustum teres viscosum nigrum subincrassatum.

In pratis montosis subuliginosis apricis.

*Clauula* teres et cum stipite confluit, aëre humido vbique viscosa, lin. 1 crassa est.

5. GEOGL. ATROPVRPVREVM: glabrum atropurpureum. *Obs. myc. 2. p. 62. t. 3. f. 5.*

Geoglossum purpurascens *Comm. p. 39.*

*Clauaria atropurpurea Batsch El. fung. t. 2. f. 48. (var. luxurians.)*

Hab. in graminosis. *Stipes* crassiusculus fibrillosus. *Clauula* rarius subramosa, et nonnunquam ob frigus ingruens etc. iusto maior et ventricosa fit.

6. GEOGL. VIRIDE: fasciculare viride.

*G. viride*: subfasciculare viride, clauula obtusa, stipite squamuloso. *Comment. p. 40.*

*Clauaria viridis Gmel. Syst. Nat. Linn. 2. p. 1443. Holmsk. l. c. ic.*

*Clauaria serpentina. Schrank bav. 2. p. 571. Mull. Zoolog. prodr. p. 256.*

Hab. in faginetis autumnno.

7. GEOGL. OLIVACEVM: sparsum ex oliuaceo subfuligineum, clauula acuminata stipite longiore. *Comment. p. 41. Obs. myc. 1. p. 40. t. 5. f. 7.*

Semel his in locis in graminosis a b. *Heyder* inuentum. Vltcrius indagandum, an constans et peculiaris species sit.

††††† HELVELLOIDEI: pileo *distincto* vario, *laeui* instructi.

51. SPATHVLARIA. Clauaeformis. *Pileus* compressus, membranaceus, latere vtrinqe in *stipitem* decurrens.

1. SP. FLAVIDA. *Disp. meth. fung. p. 36. Comment. p. 34-36. Fl. dan. t. 658.*

*Clauaria spathulata auctorum.*

*Heluella spathulata*, pileo verticali basi adnato, vtrinqe deorsum porrecto  
stipiti

stipiti inserto. *Afzel. in Nov. act. suéc. v. 4. p. 302. Sowerb. fung. t. 35.*

Hab. autumnno in pinetis gregarie.

Primo ex albido pallens, exsiccata praesertim flauescit. *Schmiedel* suum fungum (*ic. pl. t. 50. f. 1.*) fere rufum delineauit; qui etiam forma parum differt; an forte a nostro diuersus?

52. LEOTIA. Capituliformis. *Pileus* conicus aut orbicularis, margine reflexus, *stipitem* arcte ambiens.

\* *Pileolo laeui conico aut ouato.*

1. LEOT. MITRULA (*Heyderi*): gregaria minuta, pileolo ouato subspadiceo.

*Mitrula Heyderi. Disp. meth. fung. p. 36. t. 3.*

*Eluela cucullata*: ferrugineo-flauens, stipite gracili, pileo semiouali. *Batsch El. fung. p. 189. f. 132.* huius loci est.

*Clauaria ferruginea. Sowerb. t. 34.?*

Nascitur pulchella haec species in serum autumnnum vsque super folia abietina;  $\frac{3}{4}$  vnc. longa. *Pileus* dilute cinnamomeus, conicus aut ouatus.

2. LEOT. LVDWIGII: maiuscula, pileo subconico plicato elongato flauescente, stipite breuiusculo basi nigrescente.

Qq 2

In

In *Misniae* vliginosis sylvaticis a C. Ludwigo, topiario et botanico solertissimo inuenta, et ab eo viua huius fungi specimina vna cum icone (*vid. tab. nostr. 3. f. 13.*) mecum communicata sunt.

*Pil.* cauus, amoene aureus, sulcatus. *Stipes*, basi nigrescente excepta, albicans aut pallidus.

3. LEOT. DICKSONI: stipite pallide luteo, pileo subclauato obtuso cauo rubro. †

*Clauaria epiphylla* Dicks. *Pl. cryptog.* 3. p. 22. t. 9. f. 10.

Hab. in Angliae paludosis super folia semiputrida. 2 — 3 vnc. alta. *D.*

4. LEOT. ? BVLLIARDI: stipite elongato niueo vndulato, pileo ouato obtuso aurantio.

*Clav. phalloides*, fragillima simplex fistulosa, stipite niueo vndulato, apice capitato ouato-oblongo aurantio. *Bull. champ.* p. 214. t. 463. f. 3.

Super folia semiputrida vt plurimum copiosissima et gregaria nascitur. Apex aliquando bifidus. *Bull.*

\*\* *Capitulo s. pileo orbiculari.*

5. LEOT. CIRCINANS: confluens carnosissima subspadicea, pileo hemisphaerico. *Ic. et descr. fung.* p. 16. t. 5. f. 5, 6 et 7.

Passim



Passim in pinetis prouenit, vbi, si plura adsint specimina, in circulum crescere solet.  $2\frac{1}{2}$  Vnc. longa, 2 — 3 lin. crassa. *Pil.* iuniorum subuiscosus, lividus, demum carnosomembraceus, spadiceus.

6. LEOT. LVBRICA: flauo-virens subtremellosa, pileo conuexo, (stipite cylindrico). *Comment. de fung. clauaef. p. 31. Fl. dan. t. 719. Vaill. bot. t. 13. f. 7 - 9.*

*Heluella gelatinosa. Bull. p. 296. t. 473. f. 2.*

Hab. post multas pluuias non infrequens in fagetis. Magnitudine antecedentis, sed colore et substantia facile distinguitur.

7. LEOT. MARCIDA: flauo-virens subtremellosa, pileo planiusculo repando, stipite longissimo deorsum attenuato. *Comment. p. 32.*

*Phallus marcidus Flor. dan. t. 654. f. 1.*

In Norvegia hactenus inuenta. Ultra 2 vnc. longa, pro ratione vero tenuis.

\*\*\* *Species dubiae.*

8. LEOT. CONICA: pileo campanulato sublaeui, superne fusco, inferne flauo, margine subsinuato, stipite tereti fistu-

Qq 3                      loso

loso flauo. *Timm. Fl. megap. p. 263. Fl. dan. t. 654.* Sub Phallo.

Hab. rarius circa *Malchin* et in *Dania*.

β. *Heluella Relhani. Sowerb. l. c. t. 11.*

Hab. in *Anglia*. — *Pileus* sericeus, margine cortinatus, vti in *Agar. araneoso* BVLL. Affinitas quaedam cum *Lycop. phalloides Dicks.* adesse videtur. *Sowerby.*

9. LEOTIA. *Heluella laricina*, sublu-  
tea, petiolo solido compresso, pileo ad-  
nato subconico. *Villars Dauph. t. 55.*

Hab. in *Delphinatu*.

53. HELVELLA. *Pileus* membrana-  
ceus, inflatus, subdifformis, vtrinque  
deflexus.

\* *Stipite nullo.*

1. HELV. ACAVLIS: vndulata effusa  
spadicea, subtus fibrillosa pallida. *Obs.*  
*myc. 2. p. 20. Schaeff. fung. t. 153.*

Hab. in pinetis ad terram (prope  
*Hannouëram* in sylvula amoena et in  
*Hercynia*) gregarie. — Forma bullata  
quadantenus *Sph. deustam* adaequat, ultra  
2 vnc. lata, cum muscis et graminibus vi-  
cinis saepe connata. Crassiuscula, rigida.

OBS. Octospora *rhizophora* HEDW., ad  
quam Fig. *Schaefferi* quoque allegata est,

ob

ob formam pilei hemisphaericam, regularem et colore diuersam ab hac distincta et vera *Pezizae* species videtur.

\*\* *Stipite sulcato.*

2. HELV. MITRA: maior, pileo inflato libero? nigrescente-liuido, stipite sulcato-lacunoso albicante. *Commentarius* p. 61. *Schaeff. t. 154. Gmel. Syst. N.L. 2. p. 1450. †*

*Heluella sulcata Willd. berol. p. 398. huius loci.*

Hab. passim ad *terram*. Primo involuta.

*Pileus liber? aut stipiti adnatus? Stip. deorsum incrassatus.*

β. H. *Monacella*: minor tota nigrescens, pileo vtrunque adpresso adnato, stipite subcylindrico sulcato. *Commentar. p. 64. Schaeff. t. 106.*

Ad *truncos*. Antecedente dimidio minor.

5. HELV. SVLCATA: pileo deflexo bilobo adnato, stipite solido sulcis (nec lacunis) aequalibus. *Afzelius in Act. suec. an. 1783. p. 297. †*

α. H. *fusca*, stipite badio, pileo nigro. *Afzel. l. c. t. 10. f. 1.*

$\beta$ . *H. cinerea*, tota cinerascens. *Afzel.*

$\gamma$ ? *H. pallens*: pileo bicuspidato angulato pallido, stipite plicato striato. *Comm. p. 113. Schaeff. t. 322.*

$\alpha$ — $\beta$  in pratis sylvaticis suecicis.  $\gamma$  secundum *Schaefferum* ad ligna putrida in Bauaria prouenit.

4. HELV. LEUCOPHAEA: pileo libero crispo ex albo pallescente, stipite costato-lacunoso basi ventricosus. *Obs. myc. 2. p. 19. Schaeff. t. 332.*

*Heluella Mitra. Sowerb. fung. t. 39.*

*Helv. niuea. Schrad. bot. Jour. 2. p. 66.*

*Phallus crispus. Scop. carn. 2. p. 475.*

Autumno in sylvaticis ad terram.

*Pil. varius*, glebulis terreis saepius inquinatus, aut a vermibus erodatus inuenitur (contra mentem cl. *Afzelii*).

*Stip. crassus*, longitudine varius.

\*\*\* *Stipite laeui.*

5. HELV. ALBIDA: albido-pallescentis, pileo libero subinflato, stipite longo attenuato. *Obs. myc. 1. p. 71. Bull. herb. t. 242. f. a—g.*

*Helv. Mitra. Bolt. fung. t. 95?*

$\beta$ ? *Helv. fuliginosa. Sowerb. t. 154.*

In faginetis vmbrosis, subsparsa.

*Pil.*

*Pil.* vix vnc. latus, passim forma fere *pezizoidea*. *Stip.* satis longus, hinc inde lacunosus. Color in fungo exsiccato rufescit.

6. HELV. CINEREA: pediculo cartilagineo fistuloso depresso, pileo glabro deflexo cinereo. *Villars Dauph.* 3. p. 1045.

Hab. in *Delphinatu*.

7. HELV. NIGRICANS: paruulus e fuligineo nigricans, pileo vtrisque adpresso libero, stipite laeui subfurfuraceo. *Obs. myc.* 1. p. 72. *Fl. dan.* t. 504. f. 1.

β. *Heluella atra*. *Afzel.* l. c. p. 298.

In fagetis ad terram rarius.

*Pil.* emarginatus. *Stip.* basi ex cinereo oliuaceus, laeuis, in β. secundum *Afzelium* atrofuscus, aut pallide flavescens et substriatus est.

8. HELV.? AERUGINOSA: stipitata minima, pileo difformi viridissima. *Flor. dan.* t. 534. f. 2. *Retz. scandin.* p. 252. *Fl. island. append. ad Eggert. Olaffens og Biarna Risa.* *Dicks. crypt.* 2. p. 24.

Hab. in *Dania, Islandia* et in *Anglia* ad ligna putrida.

9. HELV. INFVLA: stipite subtomentoso laeui, pileo inflato laeui brunneo. *Commentar.* p. 63. *Schaeff.* t. 159.

*Heluella brunnea*. *Gmel. l. c. p. 1450.*

*Heluella Mitra*. *Willd. prodr. p. 393.*

β. *H. nuda*, stipite glabro.

*H. Mitra* β. *nuda*. *Afzel. l. c. p. 295.*  
*Mich. p. 204. t. 36. f. 8.*

In montosis (in *Hercynia*) ad truncos abietinos satis frequens. β. in *Suecia* inuenta.

*Stip.* hinc inde lacunosus, sed non sulcatus est, pallens. *Pil.* plicatus, vltra 2 unc. latus est, subcinnamomeo colore.

10. HELV. ESCULENTA: pileo subrotundo spadiceo: superficie rugoso-gyrosa. *Commentarius p. 64.*

*Eluella Mitra* *Schaeff. fung. t. 160.*

Fungus vernalis. In *Hercynia* ad cibum colligitur vna cum veris *Morchellis*. Sequenti generi proxima. *Pil.* fere nigricans, cellulis (areolis? obsoletis) oblongis transuersis quasi gyrosus. *Stip.* breuiusculus, albicans?

54. MORCHELLA. *Pileus* elongatus, teres, *areolis* lacunosus. (*Volua lacticeque seminali nullis.*)

1. MORCHELLA ESCULENTA: pileo basi contracto, stipite farcto.

Phallus

*Phallus esculentus* LINN. *Ventenat Dissertat. sur le genre Phallus in Memoir. de l'instit. nation. v. 1. p. 508.*

α. *M. rotunda*: flavescentes, pileo areolisque rotundis. — *Sowerb. engl. fung. t. 51. fig. sinistra. Mich. Nov. gen. pl. t. 85. f. 1. Commentarius p. 81 et 119.*

β. *M. vulgaris*: fuliginosa, pileo ovali, areolis subquadrangularibus? — *Sowerb. l. c. fig. dextra.*

Hab. tempore vernali in sylvis, ad vias etc., in montosis.

2. MORCH. PATVLA: pileo basi libero, areolis rhomboideis, stipite cauo. — *Sowerb. l. c. fig. media. Michel. l. c. f. 3?*

*Phallus patulus*: pileo rugoso subconico subtus libero. *Gmel. Syst. n. Linn. 2. p. 1449?*

Cum priore occurrit, a qua vero tota diuersa est.

3. MORCH. GIGAS: pileo conico margine subundulato, rugis flexuosis anastomosantibus, stipite clauato squamoso. *Gmel. l. c. p. 1448. Mich. l. c. t. 84. f. 1.*

*Phallus squamosus*: stipite clauato, squamoso; pileo conico ampliore reticulato. *Venten. l. c. p. 511.*

Hab.

Habitat in *Italia*. *Areolae* oblongo-rhomboideae. *Stipes* deorsum incrassatus.

4. MORCH. VNDOSA: pileo conico margine crispo, rugis vndulatis anastomosantibus, stipite sulcato - tessellato. *Gmel. l. c. sub Phallo.*

*Phallus crispus*, stipite sulcato - tessellato; pileo ampliore et crispo. *Venten. l. c. p. 512. Micheli t. 84. f. 4.*

In *Italia* huc vsque ad ruderata inventa. *Stipes* deorsum attenuatus, superficie reticulatus?

5. MORCH. COSTATA: stipite compresso, dense foraminulato, pileo conico obtuso grandi, costis longitudinalibus insignito. *Ventenat l. c. p. 510. sub Phallo.*

*Phallus Anastomosis*: pileo oblongo margine adnato, rugis decurrentibus anastomosantibus, stipite crasso. *Gmel. l. c. p. 1449. — Mich. t. 35. f. 3.*

In *Italiae* agris crescit.

*Pileus longus*, ouatus. *Areolae* longissimae, venis transuersis anastomosantes. *Stipes* pileo subbreuior. (*Q. ic.*)

6. MORCH. HYBRIDA: pileo acute conico breui, areolis oblongis costatis venis



nis anastomosantibus, stipite longissimo cylindrico.

*Heluella hybrida*. *Sowerb. engl. fung. t.* 238.

In *Anglia* mense Maio inuenta.

*Stipes* vltra 4 vnc. longus, et vnc. 1, et quod superest, crassus, albicans. *Pileus*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus, basi patulus, lutescens. (*Q. ic.*)

7. MORCH. CRASSIPES: stipite inferne dilatato superne attenuato; pileo breui celluloso acuminato. *Venten. Diss. l. c. p.* 509. *f. 2. sub Phallo.*

Hab. in *Gallia*. *Stipes* pileo brunneo quadruplo longior. *Ventenat.*

8. MORCH. TREMELLOIDES: stipite breui crassissimo, pileo celluloso lobato vndulato. *Venten. p.* 509. *f. 1. †*

Hab. in *Gallia*, primo vti et antecedens a cel. de *Jussieu* inuenta est.

Secundum cl. *Auctorem* primo intuitu massam difformem sistit. *Stipes* breuis et inflatus. *Pil.* amplus, flauescens,  $1\frac{1}{2}$  vnc. longus et 4 vnc. fere latus.

OBS. Transitum ad sequens genus efficit, cui forte melius adscribi possët.

55. TREMELLA. Effusa, gelatinosa, plicato-gyrosa. *Pileus* (in pluribus) distinctus nullus. \*)

\* *Maiores* : subrotundae, magis gyrosae.

1. TREMELLA MESENERICA : subcompacta plicato-vndulata aurantia.

*Tremella mesenterica.* Jacq. *Misc. austr.* 1. t. 13. *Vaill. botan. paris.* t. 14. f. 4.

Hab. vere satis frequens ad ramos deciduos. Exsiccata indurescit et non multum diminuitur. Magnitudine variat, vti et forma.

2. TREMEL. LUTESCENS : gyrosa mollissima fluxilis pallide flava.  *Ic. et descr. fung.* p. 33. t. 8. f. 9.

Autumno rarius ad ramos fagineos mihi obuia,  $\frac{1}{2}$  vnc. lata est, substantia mollior.

3. TREMEL. FRAGIFORMIS : subcompacta rotunda rubra, plicis confertis, sublobatis.

Ad

\*) Hoc ex genere excludendas puto omnes species aquaticas, alius vtpote naturae forte alia ad genera referendas; efr. de his *Rothii Fl. germ.* v. 4. p. 547-353. *Tremella Nostoc Vluas* species videtur.

Ad cortices *Pini* inuenta mecumque communicata a cl. *Flörke*.

Exsiccata 4—6 lin. lata, ceterum ad vnciam magna, colore fragi, intus pallens, ex lobis quasi constat haec species.

4. TREMEL. ENCEPHALA: oblonga sessilis dilute carnea plicato-rugosa. *Willd. in bot. Mag. i. p. 17. t. 4. f. 14.*

In truncis *Pini sylvestris*, hyeme crescere dicitur. Secundum cl. inuentorem oblonga est et crassa, dura, subdiaphana, sicca fuscescit.

5. TREMEL. VIOLACEA: subcompressa parua compacta gyrosa violacea.

*Tremella violacea*: sessilis rugosa violacea, inferne laeuis. *Relh. Fl. cantab. p. 442.* huius quoque loci.

Hyeme ad caudices *Pyri communis* eam vidi, 3—4 lin. longa, lin. crassa; a sequente omnino diuersa videtur.

6. TREMEL. PERSISTENS: subcoriaceo-cartilaginea, tenuis glabra dimidiata, undulata, vinoso-violacea. *Bull. champ. p. 225. t. 304.*

Super truncos et ramos *Iuniperi Salinae* habitat, perennis est. Exsiccata vix visibilis, humore irrigata pristinam formam iterum acquirit distinctam. *Bull.*

7. TREMEL. CANDIDA: subparua rotundata mollis gyrosa alba. †

Hyemē leni ad sepes e cortice *Crataegi* erumpentem eam obseruauī, latitudine 4-lineari, forma quadantenus cum *T. mesenteriformi* conuenit.

\*\* Effusae applanatae, aut subconcauae.  
(*Pez. inquinans*, *gelatinosa*.)

8. TREMEL. SPICULOSA: applanata effusa crassiuscula nigra, papillis conicis spiculosa. *Obs. myc.* 2. p. 99.

*Tremella arborea* *Huds. Fl. angl.* p. 563. *Hoffm. veg. crypt.* 1. t. 3. f. 1. *Roth. Fl. germ.* 4. p. 556.

Autumno ad truncos satis frequens crescere solet, ad 2—3 vnc. nonnunquam effusa, et 2—3 lin. crassa, superficie papillis eminentibus ab omnibus facile distinguitur.

β. *Tremella glauca*: oblonga tenuis caesio-albida. *Disp. meth. fung.* p. 31.

Ad ramulos exsiccatos *Sambuci racemosae* proueniens. Tantum varietas iunior prioris videtur.

9. TREMEL. AVRICVLA IVDÆ: cespitosa tenuis flexuosa concaua nigrescens, subtus plicata subtomentosa oliuaceo-cinerea. *Obs. myc.* 2. p. 93.

Peziza

*Peziza Auricula.* *Linn. syst. veg.* 15.  
p. 1018.

*Merul. Auricula.* *Roth. germ.* 1. p. 535.

Fungus membranaceus Auriculam referens sambucinus. *Casp. Böh. pinax.*  
p. 972.

Ad caudicem *Samb. nigrae* frequens occurrit, nec alibi huc vsque a me inventa. *Plicae* subueniformes extus, nec in parte seminifera vti in veris *Meruliis* obseruantur. In interioris superficie *papillae* minutae, sparsae videntur!

β. Trem. *Caraganae*: minor tene-  
rior subcarnosa carneo-rufa.

*Tremella Auricula Iudae.* *Bull. herb.*  
t. 427. f. 11?

In Horto botanico ad caudicem *Rob.*  
*Caraganae* eam inueni.

obs. Forma cum priore conuenit, sed  
loco natali, colore, paruitate, nec non  
substantia teneriore differt.

10. TREMEL. IUNIPERINA: sessilis  
membranacea auriformis fulua LINN.  
*Vill. Dauph.* 3. p. 1007. t. 56. †

*Tr. iuniperina*, sessilis, gelatinoso-  
pulposa, suborbiculata, plicato-crispa,  
flauo-rubra. *Wulf. in Jacq. Collect. austr.* 2.  
p. 173.

Rr

Hab.

Hab. ad ramos *Iuniperi communis*.

β? Tremella auriformis: sessilis plicata adscendens flava. *Hoffm. veg. crypt.* 1. p. 31. t. 6. f. 4.

Hab. in ligno putrido et truncis putrescentibus. — Membrana crassiuscula, tremellosa est, superius varie plicata et in auriculam ampliata, exterius plicato-venosa, vndique glabra, subpersistens. — *Hoffm.*

11. TREMEL. FOLIACEA: magna cespitosa vtrinque glabra tenuis vndulato-plicata concava basi crispa cinnamomeo-carnea. *Obs. myc.* 2. p. 98.

Tr. mesenteriformis. *Bull.* p. 230. t. 406. f. A.a.?

Autumno in sylvis vmbrosis ad truncos putrescentes eam inueni. Subpezizoidea, sed vtroque latere fructificat. Singulum indiuiduum vnc. 1 latum est.

12. TREMEL. FIMBRIATA: vmbri-fuliginea suberecta, latere incisa, margine vndulata. *Obs. myc.* 1. p. 97.

In ramis deiectis ad marginem fluviorum rarius mihi obuia fuit;  $1\frac{1}{2}$  vnc. longa, 3 — 4 lineas lata, tenuis.

13. TREMEL. VNDVLATA: adscendens (membranacea lobata) sinuato - vndulata

lata purpurea. *Hoffm. veg. crypt. 1. p. 32. t. 7. f. 1.*

Hab. ad terram in ligno putrescente, ex quo vt folium oritur basi angustatum et in plures lacinias obtusas varie plicatas et reflexas diuisum, 3—4 vnc. altum, lin. 1 vix crassum. Primo intuitu nigrescens quidem est haec species, sed luci obuersa purpurascit. *Hoffm.*

14. TREMEL. RVFA: longitudinaliter dimidiato-infundibuliformis rufa. *Jacq. misc. austr. 1. p. 143. t. 14.*

Gregaria ligno putrida innascitur. Gelatinosa, tamen firmula est, pellucida, vtrinque laeuis. Fungi latera conniuent et se mutuo quandoque in tubum amplectantur. *Jacquin.*

\*\*\* *Minores, subpezizoideae.*

15. TREMEL. VSTVLATA: exigua vesiculosa subgelatinoso-carnosa fusco-nigricans: superficie flexuoso-sulcata. *Bull. champ. p. 221. t. 420. f. 2.*

Super fructus carnosos, semiputres. Subrotunda et tortuosa est. *B.*

16. TREMEL. ABIETINA: gregaria subrotunda aurantia subplicata. *Obs. myc. 1. pag. 73.*

*Tremella punctiformis*, et *Tremella miliaria*. *Schrank Fl. bav. p. 561 et p. 563.* non multum differre videntur.

Ad ligna abietina satis frequens in societate *Clauariae corneae* *Bätsch*. Subglobosa aut parum elongata, lin. 1 — 2 longa, opaca.

17. TREMEL.? STICTIS: gregaria punctiformis subcompacta laevis fusco-rufa.

*Stictis rufa. Obs. myc. 2. p. 74.*

In ligno exsiccato passim.

18. TREMEL. PEZIZA: subcoriacea cupulaeformis, inferne pallida, disco rufo.

Rarius ad ligna. *Ehrhart*.

Pezizam refert obconicam immarginatam, disco subdepresso.

19. TREMEL. LACRYMALIS: rotunda aut subinaequalis pezizoidea nitida pel-lucens lutea.

*Tremella deliquescens*, exigua gelatinosa bullato-turbinata glabra lutea integra. *Bull. l. c. p. 219. t. 455. f. 3?* non multum obstat.

Prov. in ligno putrescente passim.

20. TREMEL. VRTICAE: gregaria minuta subrotunda oblongaque laevis flavo-rubra.

*Tremella*



*Tremella sepincola.* Willd. in *Bot. Mag.* 4. p. 182.

Hab. frequens vere ad caules aridos *Vrticae dioicae*, hinc rubro-punctatae. Vix *Tremellae* species est.

21. TREM.? CINNABARINA: minima subgelatinoso-carnosa, bullata miniaceo-subpurpurea, superficie granulosa. *Bull. champ.* 1. p. 218. t. 455. f. 2.

In muscis diuersisque herbis parasitat. *Bull.*

\*\*\* *Elongatae clauaeformes laeues.*  
(ACROSPERMA.)

22. TREMEL. CLAVARIAEFORMIS: gelatinoso-pulposa gregaria simplex compresso-subulata subpyramidata bicornutaue aurantiaca. *Wulf. apud Jacq. Collect.* p. 174. (In *Iunipero communi.*)

β. *Tremel. ligularis*, simplex, cartilagineo-carnosa tomentosa, tenuis elongato-elliptica, stramineo-lutea. *Bull. champ.* p. 223. t. 427. f. 1.

γ. *Tremel. digitata*, digitata linearis dentata fulua. *Hoffm. veg. crypt.* 1. p. 33. t. 7. f. 2.

Vermiculos s. cauliculos teretes confertos circa ramulos videbis, alios lineares simplices, alios conicos, plerosque

vero apice in dentes inaequales fissos.  
*Hoffm.*

OBS. Forte haec species cum varietatibus in *Iunipero* proueniens tantummodo pro *Puccinia Iuniperi* in statu adulto haberi debet; *conf. huius Synops. p. 229.*

23. TREMEL. CORNVTA: *Acrospermum cornutum*: gregarium subcompressum ramoso-cornutum, obscure carneum. *Comment. de fung. clauaef. p. 89.*

Vere ad truncos rarius. Substantia et colore exceptis Sph. *Hypoxylon* similis.

24. TREM. CLAVATA. solitaria rubro-carnea incrassata. *Comment. p. 90. sub Acrospermo.*

*Tremella stipitata. Willd. Fl. berol. p. 420.*

Autumno passim in ramis putridis. Forma *Clav. simplicis* est, basi subnigricans, crispa, ultra vnc. 1 longa.

25. TREMEL. DVBIA. *Acr. dubium*: cespitosum viscosum fastigiatum molle carneum (subalbicans). *Comment. p. 92. — Schaeff. fung. t. 323. f. 1, 3-6 huius loci est.*

$\beta$ ? *Tremella amethystea. Bull. champ. p. 229. t. 499. f. 1.*

Sero

Sero autumno ad truncos putrescentes satis frequens. Forma varia,  $\frac{1}{2}$  vno. alta, demum ob *sporulas* subfarinosa et apice albicans.

OBS. Varietatem solummodo *Pez. tremelloideae* videtur, cum ambo fungi simul in vno eodemque loco saepe crescant.

56. PEZIZA. *Recept.* (*cupula*) hemisphaericum, concauum, tumidulum, in disco laeui *semina* gerens. (*Thecae* folliculosae, nudo oculo inconspicuae, *sporulis* 8, fumi ad instar auolantibus, foetae.)

A. Tremelloideae: *Substantia plus minusue tremellosa.*

1. PEZIZA INQVINANS: gregaria magna atroinquinans demum conuexa obconica, extus rugosa subumbrina. *Disp. meth. fung. p. 35. Schaeff. fung. t. 158. Bull. t. 460. f. 1. Fl. dan. t. 464.*

*Lycoperdon truncatum. Linn. Syst. pl. ed. Reich. 7. p. 626.*

*Peziza polymorpha. Lightf. scot. 2. p. 1055.*

*Tremella agaricoides. Retz. scand. 2. p. 235.*

*Octospora elastica*. *Hedw. musc. frond.*  
2. t. 6. f. 5.

*Burcardia turbinata*. *Schmidel Anal. pl.*  
*Man. 5. cur. Schreb. t. 70.*

*Polymorphus tremelloides*. *Naumburg*  
*Diss. bot. Erford. 1782. p. 28 - 29.*

Hab. autumnò in hyemem vsque frequens ad caudices caesos, praesertim quercinos, in serie longitudin. crescens.

Ad tactum viscosa et digitos attinguat. Ab initio omnino concaua, subteres et velo obsoleto clausa; demum turbinata, subrepanda, substantia coriaceo-tremellosa.

2. PEZ. BURCARDIA: globosa umbrina, margine subcontracto, disco paruo excavato, cortice reticulato. †

*Burcardia globosa*, cortice reticulato.  
*Schmidel l. c. p. 261. t. 69.*

In pinetis ad terram prope Erlangen. Antecedente triplo maior, etiam forma globosa, nec non loco natali ab ea differt.

3. PEZ. PVRA: gregaria laevis gelatinosa obconica dilute carnea: margine subflexuoso. *Obs. myc. 1. p. 40.*

Ad truncos abietinos in *Hercynia* rarissime occurrit. Cum *P. inquinante* quoad formam

formam exacte conuenit. Substantia mollissima.

4. PEZ. GELATINOSA: mollissima truncato-plana, subrepanda fusco-nitens, stipe obliquo. — *Bull. t. 460. f. 2.*

In ramis exsiccatis *Salicis Capreae*. Lin. 3 lata. Exsiccata ultra dimidium incrispatur, rugosa fit. Nonne melius, uti nr. 3., *Tremellae* species?

5. PEZ. SARCOIDES: cespitosa carnosotremellosa firmula carneo-rubra, externe subuenosa. — *Schaeff. 323. f. 2-7.*

Peziza tremelloidea. *Bull. t. 410. f. 1.*

Pez. porphyria. *Batsch El. fung. f. 53.*  
Et P. hepatica *Eiusd. f. 138?*

Octospora carnea. *Hedwigl. c. t. 7. f. B?*

$\beta$ . ferruginea: minor hemisphaerica sparsa subferruginea. *Bull. l. c. f. A.*

$\gamma$ . cellaris: parua obconica substipitata. — *Ludwig.*

Hab. autumnno frequens ad truncos caesos subputridos.

*Cupulae* plerumque dense sibi approximatae, 3 lin. latae, in maioribus speciminibus extus reticulatae. Color in  $\beta$ ,  $1\frac{1}{2}$  lin. lata, fere succinus.  $\gamma$ . in cella inuenta, linearis.

6. PEZ. TURBINATA: carnosio-tremellosa sessilis turbinata albido-purpurascens; margine denticulato. *Vahl in Fl. dan.* 1017. f. 2.

In truncis putridis. Lin. 3—4 longa, 2 lata. *Radix* subfibrillosa. (*Q. ic.*)

7. PEZ. VDA: subtremellosa applanata liuido-fuscescens.

In ramis locis vdis deiectis. Ultra 2 lin. lata,  $\frac{1}{2}$  crassa, sessilis.

8. PEZ. CINEREA: gregaria parua cinerea pallidaue subtremellosa: margine suberecto albidiore. *Obs. myc.* 2. p. 80. *Batsch fung.* f. 107. *Sowerb. t.* 64.

$\beta$ . *pallida*: disco pallida, subtus nigrescens, margine in nonnullis crenato.

Hab. autumnno et vere satis frequens ad truncos et ramos putrescentes. Acaulis, glabra est.

9. PEZ. CONIGENA: minutissima subcinerea tumidula orbicularis subinmarginata.

In pinetis hercynicis ad deiectos Strobilos *Pini abietis*, autumnno. Substipitata?, inmarginata?. Forma regulari a priore distincta.

10. PEZ. CERASINA: aggregata substipitata pyriformi-campanulata cerasina, margine

marginē dentato. v. *Wulf. in Jacq. Coll. i.*  
p. 547. sub *Eluela*. †

Crescit in *Carinthia*. *Stip.* obconicus,  
semipollicaris. Color cerasinus s. *Pom-*  
*padour*. *Substantia* ceracea subuiscida.  
*Wulf.* — An huius loci.

11. PEZ. AVREA: congesta minuta  
sessilis planiuscula subtremellosa, co-  
lore fuluo nitido. *Obs. myc. i.* p. 41.

Ad truncos arborum satis frequens.

An *Pez. chrysocoma* *BULL. herb. t. 376.*  
f. 2. idem fungus.

12. PEZ. VINOSA: minuta subtremel-  
losa dilute vinosa s. rosea planiuscula.

Vere ad caudices herbarum maiorum  
passim reperitur. Orbicularis et sessi-  
lis est.

13. PEZ. ATROVIRENS: parua subge-  
latinosa: iuniores globosae virides; adul-  
tae hemisphaericae atrae, disco plano  
subcarneo.

Ad ligna putrida. Scultellae *Liche-*  
*num* forma et magnitudine.

14. PEZ. RUBELLA: carnosio-tremel-  
losa glabra incarnato-rubra subflexuosa,  
marginē subserrulato.

Vere

Vere in cortice putrido mihi obuia.  
*Lin.* 1 $\frac{1}{2}$  lata, primo subglobosa. — An  
 huius diuisionis?

B. Heluelloideae: maiores, carnosomembranaceae, fragiles, externe subfarinaceae.

*Heluella acaulis.* Merul. s. *Pez. cornucopioid.* L.

15. PEZ. CORONATA: sessilis magna cyathiformis vtrinque glabra, limbo laciniato erecto. *Jacq. misc. 2. p. 140. t. 10.*

Hab. in *Austria*, locis valde vmbrosis. Ad limbum sectum vsque intra terram recondebatur, ligno putrido basi adhaerens. Campanulata, inaequaliter laciniata, intus fusca, foris pallida, compressa succum aquosum stillans (latitudine palmari). *Jacquin.*

16. PEZ. TURBINATA: acaulis piriformis ex albo grisea: ore subcontracto dentato. — *Mich. N. G. pl. t. 86. f. 2.*

*Peziza coronata.* *Batsch El. fung. p. 119. Gmel. Syst. N. Linn. 2. p. 1455.*

In *Italia* in fimo equino tempore brumali. *Mich.*

Magna, externe squamulosa, margine crenis s. dentibus 3-angularibus coronata. (*Q. ic.*)

17. PEZ. GRANDIS: magna sessilis flexuosa oliuaceo-vmbrina extus basi lacunosa



lacunosa ibique albo-tomentosa. *Obs. myc.* 1. p. 27.

Aestate in pinetis, 2—3 vnc. lata, sacciformis, margine integra.

18. PEZ. ABIETINA: minor subcespitosa cinnamomea subflexuosa, externe sublacunosa, stipite breui. *Disp. fung.* p. 33.

In pinetis frequentior.

Obs. Colore vnicolore ferrugineo s. heluola stipiteque breui a priore differt, qua vltra dimidium quoque minor est.

19. PEZ. LEPORINA: ferruginea elongata, vno latere dehiscens auriformis, basi iutus laevis. — *Schaeff. fung.* 156. *Batsch El. fung.* p. 117. *Fl. dan. t.* 1078. *f.* 2.

In pinetis. Fragilis, substipitata, nonnunquam subintegra,  $1\frac{1}{2}$  vnc. fere alta.

20. PEZ. ONOTICA: dimidiato-elongata pallescente-rosea, basi tomentosa interne plicato-rugosa.

Peziza leporina. *Sowerb. fung. t.* 72.

Hab. in faginetis rarissime.

Antecedente maior, praecipue fere basi interne transuersim costata differt.

21. PEZ. AVRANTIA: acaulis cespitosa dimidiato-flexuosa aurantia externe al-bida.

bida. *Obs. myc.* 2. p. 76. *Schaeff. fung.* t. 148. *Fl. dan.* t. 657.

*Heluella coccinea.* *Bolt. fung.* t. 100.

*Peziza coccinea.* *Bull. herb.* t. 474.

Autumno ad radices trunci putridi quercini elegans haec species crescit. Valde fragilis, hinc saepe partita invenitur. Terrestris, sessilis.

22. PEZ. VMBRINA: magna cespitosa contorta vmbrina. *Obs. myc.* 1. p. 77. *So-werb.* t. 5. *Schaeff. fung.* t. 274 et t. 155?

In graminosis arenosis passim ad terram.

23. PEZ. ALVTACEA: acaulis cespitosa, externe albida, intus pallescente-fuliginea, stipite breuissimo albo-tomentosa. *Obs. l. c.* p. 78. *Bull.* t. 154.

In sylvaticis. Antecedente minor. Variat colore extus alutaceo, interne e fuligineo-subpurpurascete.

24. PEZ. VENOSA: subcontorta superne fusco-nigra, inferne alba: venis costato-ramosis. †

*Eluela cochleata*, coriacea sessilis hemisphaerica auriformis subcochleata supra ex fusco nigra, subtus alba, venis costato-ramosis. *v. Wulf. misc. austr.* 2. p. 112. t. 17. f. 1.

Hab.

Hab. prope *Klagenfurth* in *Austria*.  
Omnino diuersa videtur.

25. PEZ. BADIA: subacaulis integra, margine subinuoluta obscure fusca, externe suboliuacea. *Obs. myc.* 2. p. 78.

*Peziza cochleata*. *Bolt. fung.* t. 99.

β. *P. truncigena*: solitaria magna sessilis purpurascente-badia, externe fuligineo-lutescens. *Obs. l. c.* p. 79.

Autumno in syluis frondosis α ad terram et β, quae diuersa species videtur, ad truncos crescit. -  $1\frac{1}{2}$  vnc. magna, sublacunosa est.

26. PEZ. SANIOSA: (subparua) extrinsecus puluerulenta vmbriana, intus glabra e fusco purpurea. *Gmel. Syst. N. Linn.* 2. p. 1459. *Schrad. bot. Journ.* 2. p. 64.

Prov. supra terram et truncos; 3 — 4 linearis, concaua, carnosae, vulnerata succum fundit violaceum. *Schrad.*

27. PEZ. VIOLACEA: subsessilis demum depressa orbicularis purpureo-caerulea. *Disp. meth. fung.* p. 33.

Rarius ad terram et in truncis cariosis ineunte autumno. Iunior fungus subcampanulatus, adultior explicatus s. dilatatus: margine subinuoluto.

28. PEZ. DEPRESSA: suborbicularis sessilis depressa rufa. *Obs. myc.* 1. p. 40. t. 6. f. 7.

β? Octospora (Pez.) *applanata*: cinnamomea expansa superne plana rugosa, inferne dilute colorata. *Hedw. l. c. t. 5.*

Meam speciem in agris, ad margines riuulorum inueni, quae ultra  $\frac{1}{2}$  vnc. lata est, rufo - aut fusco - carnea, eiusque margo subinuolutus.

29.<sup>a</sup> PEZ. POROSA: sessilis orbicularis concava subcinnamomea: disco demum foraminuloso.

In pinetis (in *Hercynia* non infrequens).  $\frac{3}{4}$  vnc. lata, discus primo laevis, sed in fungo adulto, et quidem tantum in eius *membrana fructificante*, foraminibus pertusus est.

29.<sup>b</sup> PEZ. AMPLIATA: (truncigena) solitaria glabra fuligineo-fusca ore amplo campanulata. *Ic. et descr. fung.* 2. p. 31. t. 8. 6.

Rarius ad latera truncorum exsiccatorum autumnis. Colore plus minusue obscuriore variat,  $\frac{1}{2}$  vnc. lata et alta.

30. PEZ. MARSUPIUM: α. *glauca*: subgregaria acaulis albida pallescens, margine

gine subconniiente flexuosa, intus basi subtuberculosa. *Obs. myc.* 1. p. 29.

Peziza Auricula. *Hoffm. veg. crypt.* 2. huius videtur loci.

β. *P. pyxidata*: maior subsolitaria flavescens. *Eluella pyxidata Schaeff. t.* 280.

Helv. vesiculosa. *Bolt. fung. t.* 175.

In *faginetis* aestate et autumnii initio post pluuias ad terram prouenit, saepe glebulis terreis inquinata,  $\frac{3}{4}$  vnc. magna.

31. PEZ. VESICULOSA: caespitosa magna subfuliginea: ore subconniiente, cortice exteriori (receptaculo) a hymenio solubili. — *Sowerb. fung. t.* 4. †

In fimetis frequens dicitur.

Primo globosa, dein campanulata fuscescens, margine incisa,  $1\frac{1}{2}$  vnc. lata, externe subtomentosa. Ex duabus cupulis quasi constat. (*Q. ic. Sowerbei.*)

52. PEZ. ARENARIA: (radicata) acaulis iunior globoso - campanulata: margine integra, senior magis dilatata lacerata. *Osbeck in Act. suec.* 1763. v. 24. p. 295. t. 7. f. 1-4.

Hab. in arena volatili in *Hollandia meridionali*, autumnno.

*Radix* arenam figens, fibrosa, longissima. *Cup.* vnc. 1 fere magna, fusca.

33. PEZ. RADICATA: fusca (spadicea) hemisphaerica glabra, radice longa simplice. *Reichard in Beschäft. d. Berl. Ges. N. Fr. in Berl. v. 3. t. 4 f. 4-6. et Eiusd. Fl. francof. p. 159.*

In pratis montosis, vere. *Radix*  $1\frac{1}{2}$  vnc. longa. *Cup.* 3—4 lin. alta, apice 6—8 lin. lata. *R.*

34. PEZ. SOWERBEA: magna cespitosa, intus flavescentes, externe cum radice longa crassa villosa-alba. — *Sowerb. fung. t. 114. Pez. radiculata.*

Elegans haec species in *Anglia* nascitur, radice fusiformi longa terram intrat, externe obsolete reticulata, vnc. 1 lata hemisphaerica.

35. PEZ. CRUCIBVLVM: acaulis magna obconica subalbida. *Mich. N. G. Pl. p. 207. t. 86. f. 1.*

*P. Crucibulum*: subalbida inuerse conica subrudis lians. *Batsch El. fung. p. 119.*

Hab. in *Italiae* syluis vere et autumno. Apice 2 vnc., basi 1 lata est. (*Q. ic.*)

36. PEZ. MICROPVVS: pallescente-fulginea, cupula subobliqua flexuosa externe furfuraceo-granulosa, stipite breui. *Ic. et descr. fung. 2. p. 30.*

Aestate

Aestate passim ad truncos. *Stip. teres*,  
 $1\frac{1}{2}$  lin. crassus et longus.

37. PEZ. CEREAE: cespitosa stipitata  
 magna, cupula subinfundibuliformi re-  
 panda lutescens, stipite incrassato vil-  
 loso? obconico. — *Sowerb. t. 3. †*

In vaporariis. Vnc. 1 —  $1\frac{1}{2}$  lata, mar-  
 gine demum subincisa.

38. PEZ. SVLCATA: minor subalbida  
 pallens, cupula angusta laevi, stipite  
 crasso costato-sulcato: costis simplici-  
 bus. *Tab. 5. f. 1.*

His in regionibus in fagetis verno  
 tempore, locis apricis hunc fungum in-  
 veni. Paruitate, *Cupul.* non venosis et  
 colore ab antecedente differt. Vnc. 1 alta,  
 $\frac{1}{2}$  lata est.

39. PEZ. ACETABVLVM: (fusco-terrea)  
 cyathiformis stipitata, (cupula) extus an-  
 gulata: venis ramosis LINN. *Sowerb. fung.*  
*tab. 59.*

Fungoides fuscum acetabuliforme ex-  
 terne ramificatum. *Vaill. bot. par. p. 57.*  
*t. 13. f. 1.*

In umbrosis. *Stipes* crassus, lacuno-  
 sus, vti in quibusdam *Heluellis*. Maxi-  
 mis adnumeranda speciebus, colore fusco-  
 terreo.

40. PEZ. STRIATA: cupula subglobosa striata grisea, ore contracto inflexo, stipite longissimo albo fistuloso. — *Mich. l. c. t. 86. f. 3. Batsch El. fung. p. 223. Pez. sceptrum.*

Verno tempore in *Italiae* populetis rarissime. Cupula  $\frac{3}{4}$  vnc. magna. Stip. 3—4 vnc. longus, et secundum *Miche- lium* intus *cauus*, hoc in genere peculiare quid!

41. PEZ. TUBEROSA: cupula subparua infundibuliformi (spadicea aut badia), stipite longissimo: radicis tubere difformi. — *Bull. herb. t. 485. f. 3. Dicks. crypt. 2. pag. 25.*

*Octospora tuberosa*, trunco tenui elongato in cyathum extus profunde fuscum intus pallidum exeunte, thecis nudis. *Hedw. Musc. frond. 2. p. 31. t. 10. f. 2.*

Vernalis fungus, mense *Aprili* in nemorosis. Radix tuberosa, satis magna. Stip. gracilis. Cup. 3—4 lin. lata. Forte melius ad diuisionem sub *litt. D.* translocanda.

42. PEZ. PERENNIS: stipitata cespitosa, cupula infundibuliformi fulua, radice tuberosa nigra perenni. — *Mich. N. G. pl. p. 205. t. 86. f. 10. Batsch l. c. p. 121. Pez. Tuba.*



In sylvis mense Aprili, in *Italia*.

Quoad iconem *radix* orbicularis et laevis est. *Stip.* incrassatus, flexuosus,  $2\frac{1}{2}$  vnc. longus. Confer insuper hac de specie b. *Micheli* in nota.

43. PEZ. CRATERELLA: gregaria, cupula infundibuliformi hemisphaerica stipiteque longissimo albicante, disco rufescente. †

Octospora *Craterella*, trunco gracili elongato albescente, patellaque ampliuscula cum margine aequali concolore brevissimo tomento adpersa. *Hedw.* p. 55. t. 19. f. c.

*Vpsaliae* a b. *Ehrhart* lecta in sylvis. *Cupul.* vnc. 1 fere lata, margine erecto.

44. PEZ. BULBOSA: cupula magna hemisphaerica extus cinerascens, intus badia aut pulla, stipite longo, radice tuberosa.

Octosp. bulbosa *Hedw.* p. 34. t. 10. f. 5.

*Lipsiae* ad fossas sylvarum autumno a b. *Hedwigio* reperta.

45. PEZ. MACROPVS: magna, cupula hemisphaerica intus murina extus cinerea, stipite longissimo (laeui aut lacunoso). *Obs. myc.* 1. p. 26. t. 1. f. 2. *Bolt.*

*fung. t. 96. Schaeff. t. 167. Flor. dan. t. 1200. f. 2.*

In fagetis autumno. *Stip. attenuatus*, longitudine variat ab vnc. 1 — 2.

β? *Octospora villosa*, trunco (stipite) mediocri elongato patellaque conuexomarginata (superne nigrescens) villosa: villis conuexis sursum spectantibus. *Hedw. l. c. p. 54. t. 19. f. 2. — Mich. p. 205. t. 86. f. 11?*

46. PEZ. VERRUCOSA: magna substipitata pallescente-liuida externe subalbicans tuberculis inaequalibus obsita, stipite difformi breuissimo.

Ad truncos rarissime in de *Lied*.

*Cupula* infundibuliformis, protuberantiis inaequalibus rugosa. *Stipes* basi tuberosus quasi.

47. PEZ. PUSTULATA: sessilis integra fusca, extus furfuraceo-pustulata.

*Octospora pustulata Hedw. l. c. t. 6. A.*

*Peziza cochleata* β. *Batsch fung. p. 223. f. 157.*

In pinetis et ad fossas, etiam in umbrasis. Vnc.  $\frac{1}{2}$  et ultra lata. — Postquam tantillum increuerit, laruis s. vermibus eroditur. *Batsch.*

48. PEZ. CRENATA: sessilis solitaria minor subcinerea, cupula ventricosa, margine crenata. *Obs. myc.* 2. p. 79. t. 4. f. 6. *Bull.* t. 396. f. 3.

Autumno ad terram, in vicinitate truncorum. Lin. 3 fere lata, farina quasi adpersa, nonnunquam vno latere hiat.

49. PEZ. VERSIFORMIS: gregaria polymorpha substipitata (maiuscula) oliuacea.  *Ic. et descr. fung.* p. 25. t. 7. f. 7.

In truncis putrescentibus pineis.

OBS. Cupula varia quoad aetatem: subconica, planiuscula, conuexa aut concava, margine integra aut incisa, subcontorta, colore dilutior aut obscurior, extus subpurpurascens est.

50. PEZ. CERVINA: cespitosa minor ceruina, cupula tenui subfarinacea margine inflexa intus pallida.

In *Misnia* ad ramos Pineos inuenit Dom. Ludwig.

Lin. 3 fere magna obconica, submembranacea.

C. Plurimae paruae. *Cupulae* (externe) totae strigoso-hirtae, pilosae, tomentosae aut pubescentes.

51. PEZ. HEMISPHAERICA: gregaria magna hemisphaerica, intus albo glauca,

extus umbrina, pilis fasciculatis. — *Hoffm. veg. cr.* 2. p. 28. t. 7. f. 6. — *Batsch El. fung. Cont.* 1. p. 221. f. 154. vix varietas.

*Peziza hispida* *Huds. angl.* p. 635. *So-werb. fung.* t. 147.

*Peziza fasciculata* *Schrad. bot. Journ.* 2. p. 60. *Octospora fasciculata* *Hedw.* ?

Hab. autumnno post pluuias in nemorosis, aut in locis vdis muscosis ad terram, rarius in truncis. Forma grata orbiculari distincta,  $\frac{1}{2}$  unc. lata.

52. PEZ. NIGRELLA: hemisphaerico-concaua sessilis (vtrisque) atra, extus byssina tomentosa intus laeuis. *Wulf.* (*Eluela hemisphaerica*) in *d. Schrift der Berl. Ges. N. Fr.* v. 8. †

Subcoriacea, magnitudine nucis dimidiae *Auellanae*, extus et intus atra, margine integro. *Wulf.*

53. PEZ. STRIGOSA: sessilis minuta (linearis), cupula primo subglobosa, concaua, extus strigosa atra, intus ochracea.

In locis vdis umbrosis ad terram. Demum subhemisphaerica, vix lin. lata.

β. *P. hispidula*, concaua extrinsecus hispidula nigra, intus laeuis albida. *Schrad. l. c.* p. 64.

In ramulis deiectis et truncis putrescentibus. Carnosa, 1 —  $1\frac{1}{2}$  lin. lata, setis rigidis nitentibus obsita, intus albida vel cinerea. *Schrad.*

54. PEZ. SULPHUREA: sessilis subglobosa strigoso-hirta sulphurea. *Disp. l. c. pag. 33.*

Pez. Hydnoidea. *Sowerb. t. 178?*

β. *P. albo-lutea*: hemisphaerica extus flava intus alba. — *Ic. et descr. fung. p. 31. t. 8. f. 4-5.*

Hab α. satis frequens vere ad caules *Herbarum maiorum* aridos inter folia decidua. Substantia sicca subdura. β. in truncis rarissima, distincta species videtur.

55. PEZ. BERBERIDIS: sparsa, minuta rufo-fuscescens hirta basi setis strigosis radiata.

In ramulo exsiccato *Berb. vulgaris* a *Ludwig* in *Misnia* lecta. Substantia videtur sicca. *Cup.* sessilis, basi strigis longioribus ramo adnata.

56. PEZ. ATROPAE: minuta substipitata obconica badia: pilis densis erectis. *Disp. meth. fung. p. 34.*

In caulibus exsiccatis *Atropae Belladonnae*, foliis siccis etc. tectis, vere. Nitida species.

57. PEZ. PLATANI: acaulis minutissima applanata orbicularis albida, extus nigra setosa: setis margine strictis. *Obs. myc.* 2. p. 87.

Rarius in foliis deciduis *Aceris Platani*.

58. PEZ. SCUTELLATA: maiuscula applanata aurantio-rubra, externe setis diuergentibus nigris hispida. *Obs. l.c.* p. 87. *Sowerb. fung. t.* 24. et *Linnaei! Hedw. l.c. f.* 3. *Schaeff. t.* 284.

In humidis ad ligna.

59. PEZ. CAERVLEA: plana sessilis caerulea, margine obtuso ciliari. *Bolt. t.* 108.

Crescit elegans haec species prope *Halifax*, locis humidis, ad truncos. Subtus nigrescens. *Pili pallidi. Bolt.*

60. PEZ. STERCOREA: gregaria sessilis, concaua tota fulua setosa: setis badiis suberectis. *Obs. myc.* 2. p. 89.

*Peziza scutellata Bolt. fung. t.* 108.

*Octospora scutellata. Hedw. musc. 2. t.* 5. *f.* 1.

Aestate in fimo equino, ceruino etc.

OBS. Cupula concaua, non applanata a *P. scutellata* diuersa est.

61. PEZ. PAPILLATA: minutissima rubescens, disco papillata, margine ciliata. *Disp. fung. p.* 34.

In

In fimo vaccino autumnno frequens.

OBS. Stratum *thecigerum* vti in ceteris speciebus adest!

62. PEZ. CERINA: subsessilis hemisphaerica tomentosa lutescente-olivacea: disco ochraceo. *Obs. myc.* 1. p. 43-44.

Autumno ad truncos et ligna exsiccata. Gregaria, substantia parum sicca.

63. PEZ. CORTICALIS: gregaria sessilis subrotunda strigoso-hirta cinereo-albida. *Disp. l. c.*

Frequens externe ad cortices truncorum caesorum aridorum.

64. PEZ. GRANULIFORMIS: gregaria conferta sessilis tota niuea hirta, cupulis sessilibus subglobosis.

Ad stipites deciduos autumnno, granula minuta sistens.

65. PEZ. CRINITA: exigua tenuis firma sessilis, subtus cinerea ciliata, cupula subglobosa concaua, intus purpureo-rubra. — *Bull. champ.* p. 249. t. 416. f. 2.

Super ligna semiputrida nascitur. B.

66. PEZ. ARANEOSA: exigua tenuis fragilis aurantio-miniacea turbinata, subtus fibrillis intricatis operta, cratera (cupula)

pula) complanato - concaua. *Bull. l. c. p. 265. t. 280.*

Hab. in *Gallia* ad terram in syluis vmbrosis et in hortis.

67. PEZ. COCCINEA: (*Martii*) stipitata submagna turbinata aut infundibuliformis, intus coccinea, externe subtomentosa albida, margine vt plurimum crenato. *Obs. myc. 2. p. 75. Jacq. Fl. austr. t. 163. Bolt. t. 104. fig. c. Reich. Fl. francof. p. 158.*

*Peziza poculiformis. Hoffm. veg. crypt. 2. p. 27. t. 7. f. 5.*

*P. epidendra. Bull. t. 467. Sowerb. t. 13.*

*Peziza acetabuliformis coccinei intus coloris. Batar. fung. p. 27. t. 3. f. N.*

Vere in regionibus submontanis plerumque mense *Martii* ad terram. Supra ramulos deciduos in nemorosis. Solitarie crescit formosa haec species. Vnc.  $\frac{1}{2}$  alta; magnitudine tamen pro aeris conditione variat.

Obs. Vera *Pez. cupularis Linn.* videtur.

68. PEZ. PITHYA: gregaria maiuscula dilute rubra, cupula plana extus cum stipite villosa. *Ic. et descr. fung. p. 43. t. 11. f. 2.*

Vere



Vere rarius in ramulis *pineis* prouenit.  
*Cupula* crassiuscula, *plana*, 2 lin. lata.

69. PEZ. PVLCELLA: sparsa subsessilis villosa candida: disco aurantio-coccineo. — *Ehrh. pl. crypt. exsicc. Obs. myc.* 1. p. 41. *Pez. Oxyacanthae.*

*Pez. bicolor* *Bull. t.* 410. *Sowerb. t.* 17.

Hab. vere in ramis exsiccatis *quer- cinis*, *abietinis*, praesertim vere *Crat. Oxyacanthae.* Aere sicco globosa, clausa.

70. PEZ. CALYGINA: gregaria stipitata villosa subinfundibuliformis alba: disco ochraceo.

Octospora calyciformis *Hedw. misc. frond.* 2. p. 78. t. 22. f. B.

Rarius autumnno ad truncos crescit, Sequente, cui affinis, paullo maior.

71. PEZ. VIRGINEA: gregaria candida, stipite longiusculo, cupula hemisphaerica patula villosa. *Obs. myc.* 1. p. 28. *Batsch El. p.* 125. *Mich. N. G. pl. t.* 86. f. 15.

*Peziza niuea* *Sowerb. fung. t.* 65.

*Lachnum agaricinum* *Retz. Fl. scand. ed.* 2. p. 329.

♂? *Pez. carpophila*: stipitata minuta turbinata candida villo denso persistente obsita: ore conniunte *Obs. l. c. p.* 27 et 28.

Hab.

Hab.  $\alpha$ . in ramis deiectis, et in truncis. *Cup.* ore aperto, villo demum ex parte orbatur.  $\beta$ . in inuolucro nucum *Fagi sylvat.* crescens, paullo minor, tenerior, ore vt plurimum conniuens.

72. PEZ. CILIARIS: cyathiformis nivea, extrinsecus pilis sparsis longis ob-  
sita. *Gmel. Syst.* 2. p. 1453. *Schrad. Journ.*  
2. p. 63 - 64. †

Crescit in foliis deiectis putrescentibus. *P. lactea* (virginea) gracilior et non nisi pilis longis sparsis obsessa. *Schrad.*

73. PEZ. VIRIDVLA: cyathiformis vi-  
rescens extrinsecus albido-villosa. *Schra-*  
*der. l. c.*

In truncis putrescentibus. N. 71. *duplo*  
minor dicitur.

74. PEZ. PATVLA: (epiphylla) stipitata  
sparsa villosa alba: disco plano ochra-  
ceo. *Obs. myc.* 1. p. 42.

In foliis putridis *quercinis* autumnis.

Disco plano, primo albido, dein dilute ochraceo facile distinguitur.

75. PEZ. FVSCESCENS: (epiphylla) mi-  
nuta stipitata tota fuscescens.

Pulchella hæc species vere in foliis putridis fagineis, locis vmbrosis prouenit.

76. PEZ. VILLOSA:  $\alpha$ . sparsa minuta tomentosa candida ore conniuyente globosa. *Obs. myc.* 2. p. 84. P. Sclerotium.

$\beta$ . P. *incarnata*: sessilis globosa hirsuta incarnata. *Obs. l. c.*

Vere in caule *Herbarum* maiorum. Ad minutissimas pertinet. Tempestate humida ore tantum aperta.

77. PEZ. SERRATA: minutissima substipitata (albida, intus carnea), margine serrato. *Hoffm. veg.* 2. p. 26. t. 7. f. 4.

In ligno putrescente nascitur. Albida, exterius subtilissime pilosa, breuissimo petiolo insidens, intus carnei coloris; iuuenilis in globum contracta etc. *Hoffm.*

78. PEZ. HYALINA: gregaria sessilis aquoso - hyalina subpilosa. *Disp. meth. fung.* p. 33.

Ad truncos putrescentes humidos satis frequens, puncta alba repraesentat.

79. PEZ. CLANDESTINA: stipitata turbinata tomentosa obscure cinerea: ore conniuyente. *Obs. myc.* 1. p. 41.  $\beta$ . *Bull.* p. 251. t. 416. f. 5.

Vere satis frequens in ramis aridis deiectis et foliis obtectis *Sambuci racemosae*, passim et *Rubi Idaei*. Parua est. Villo subeuanescente dilute umbrina fit.

80. PEZ. ANOMALA: stipitata incru-  
stante-conferta turbinata, exsiccata crispa  
ceruina s. subferruginea: ore conniunte  
dilutiore. *Obs. myc.* 1. p. 29.

Crescit vere et autumnno satis fre-  
quens ad ramos deiectos exsiccatos, cru-  
stam efficiens; mox exsiccatur et dif-  
formis fit, substantia hinc tenerrima,  
membranacea. — Potius *Soleniae* species?

β. *conglomerata*: ferruginea, cupulis  
aggregatis in subiculo orbiculari villosio  
sessilibus. (In ramis siccis.)

γ. *Pez. poriaeformis*: crustaceo-effusa  
conferta subtomentosa cinerea.

Peculiarem hanc speciem *Poriae* si-  
milem rarius in cavitare *Salicis albae*  
inueni.

δ. *Pez. socialis*: crustaceo-effusa to-  
mentosa nigrescens, cupulis teretiusculis.

In lignis putrescentibus. *Ludwig.*

81. PEZ. ROSAE: sparsa sessilis, cu-  
pulis concauis siccis spadiceis subtomen-  
tosis, tomento concolore insidentibus.  
*Obs. myc.* 2. p. 82.

*Myrothecium hispidum*: *Tode Fung.*  
*mecklenb.* 1. p. 27. t. 5. f. 41?

Vere in ramis exsiccatis *Rosae* prae-  
sertim *caninae*. Substantia subcoriacea.

82. PEZ. CAESIA: conferta, cupulis in membranam villosam cohaerentibus: disco subtremelloso caesio. *Ic. et descr. fung. p. 29. nr. 51. t. 7. f. 1.* Pez. Lichenoides.

Autumno ad ramos quercinos cortice destitutos reperitur. *Cupul. villosae, applanatae.*

83. PEZ. FUSCA: cupulis glabris subcinereis tomento crustaeformi fusco insidentibus. *Obs. myc. 1. p. 29.*

Passim in ramis exsiccatis *Crataegi* et *Populi*. *Cupul. tenerae.*

84. PEZ. SANGVINEA: cupulis minutissimis nigris glabris, tomento sanguineo insidentibus. *Disp. meth. fung. p. 34.*

In truncis et assulis ligneis. Licheniformis apparet.

85. PEZ. AMORPHA: sparsa subcoriacea maiuscula sessilis, cupulis orbicularibus subeffusisque: disco planiusculo rufo, externe tomentoso-albidis.

Peculiarem hanc speciem *Thelephoris* subaffinem mihi misit Dom. Ludwig. Lin. 1 — 2 lata. *Cupulae* nonnullae longitudinaliter in vnc. vnam confluent.

D. Totae glabrae, saltem non manifeste tomentosae, carnosae-ceraceae. (plurimae parvae.)

\* *Cupulis stipitatis.*

86. PEZ. BOLARIS: maiuscula, subsolitaria, cupula orbiculari-infundibuliformi externe saepe rugoso-venosa subfibrillosa, stipite incrassato basi nigricante breuiusculo.

Pez. bolaris. *Batsch fung. p. 221. f. 155.*  
Autumno ad stipites aridos.

*Stip.*  $1\frac{1}{2}$  lin. longus, firmus. *Cupula*  $1\frac{1}{2}$  lin. lata, subbadia, extus subochracea, sub lente externe venoso-pilosa, margine subserrata et subconstricta.

87. PEZ. FIRMA: submagna sparsa varia subtenax aquose fusca, cupula cyathiformi dein dilatato-repanda, stipite elongato basi nigrescente.

Pez. ochroleuca. *Bolt. funguss. p. 105. t. 105. f. 1.* *Sowerb. t. 115.*

In vmbrosis ad truncos. Vnc.  $\frac{1}{2}$  — 1 fere magna, opaca, subspadicea, sed non ochroleuca, vti Flores ex gr. *Brassicae orientalis* L. sunt.

88. PEZ. RAPVLA: (pallida dein subspadicea) cerea tenuis *fragilis* glabra, in stipitem longum radiculis instructum  
desi-

desinens, cratera cupulari. *Bull. champ.*  
p. 265. t. 485. f. 3.

Humo profunde infixâ occurrit. Ex  
colore albo-stramineo aut subfuluo in  
fuligineo-fuscescentem transit. *Bull.*

89. PEZ. PHIALA: (magna ventricosa)  
stipitata cyathiformis sordide lutea, mar-  
gine integerrimo. *Vahl in Fl. dan. t. 1073.*  
fig. 2.

Hab. in *Dania* in ramis putrescen-  
tibus *alneis*. *Stip.* brevis, attenuatus. *Cu-  
pul.* dilatata, 3 — 4 lin. lata. (*Q. ic.*)

90. PEZ. POCVLA: magna, cupula di-  
latata hemisphaerica subspadicea, stipite  
sublongo tenui. †

*Holmia* a cl. *Swartz* sub nomine in-  
dito missa. *Vnc.*  $\frac{1}{2}$  lata. *Stip.* pro ratione  
tenuis,  $\frac{3}{4}$  lin. crassus,  $1\frac{1}{2}$  lin. altus.

91. PEZ. CIBORIVM: stipitata magna  
digitaliformis spadicea. — *Vahl l. c. t.*  
1073. f. 1.

In viginosis. *Stip.* ultra 1 longus, basi  
fibrillosus. *Cup.*  $\frac{1}{2}$  vnc. fere alta, cam-  
panulata, iunior ventricosa, tota cinna-  
momea. (*Q. ic.*)

92. PEZ. BVCCINA: gregaria maiuscula  
flava (aurea), stipite incrassato striato  
subincuruo, cupula infundibuliformi.

Distinctissima haec species passim ad ligna et ramos pineos occurrit.

93. PEZ. FIBVLA: stipitata cartilaginea supra ochroleuca, subtus stipiteque nigrofusca. *Bolt. l. c. p. 176. t. 176.*

Prope *Halifax* in truncis *ulmeis* ad latera fossarum. *Cup. 2 lin. fere lata.*

94. PEZ. TVBA: stipitata tota lutea, stipite filiformi, cupulae limbo plano. *Bolt. fung. p. 106. t. 106. f. 1.*

In lignis putrescentibus in vlignosis. *Vnc.  $\frac{1}{2}$  alta.* "Iis is chaped like a trumpet in miniature." *Bolt.*

95. PEZ. CALYCVLVVS: unicolor pallide brunnea, cupula subinfundibuliformi: limbo erecto, stipite crassiusculo stricto (subbreui.) † *Sowerb. fung. t. 116. Batsch El. fung. t. 12. f. 57?* Et

*Peziza Infundibulum Eiusd. f. 147?*

Hab. in truncis putridis. Inter minores maiuscula est. An satis diuersa?

96. PEZ. FRVCTIGENA: sparsa aut gregaria, cupula subinfundibuliformi primo pallente dein rufescente, stipite longo subflexuoso deorsum attenuato. *Obs. myc. 1. p. 42. Bull. herb. t. 228. Sowerb. fung. t. 117.*



$\beta$ ? Octospora fungoidaster. *Hedw. l. c. p. 53. t. 19. f. a.* (sed stipes basi valentior et ibi tomento albo cinctus, *H.*)

Hab. aestata et autumnno praesertim ad glandes quercinos, passim in ramulis deciduis.

97. TEZ. ECHINOPHILA: (magna) crassiuscula firma glabra subfuliginea, in stipitem crassum desinens, cratera (cupula) scutellato - cupulari ferruginea. *Bull. champ. p. 235. t. 500. f. 1.*

Super inuolucrum *Fagi castaneae* nascitur. Aetate iuniore forma varia; ultra  $\frac{1}{2}$  vnc. longa, 5 — 4 lin. lata. (*Q. ic.*)

98. PEZ. SEROTINA: subgregaria parca laete flava maiuscula, cupula subtenui planiuscula, stipite breui.

Hab. sero autumnno in semitis declivibus umbrosis apricis ad ramulos exsiccatos, colore laete flavo oculos mox alliciens.

99. PEZ. NIGRIPES: parua gregaria glabra, cupula concauo-plana aquose pallida, stipite longiusculo nigrescente.

Passim ad truncos. *Stip.*  $1\frac{1}{2}$  lin. longus.

100. PEZ. PYRIFORMIS: cupula globoso-turbinata fuscescens: margine al-

bido, stipite longissimo filiformi curvulo. — *Hedw. l. c. p. 52. t. 10. f. 8.*

Hab. vere in muscosis; b. *Hedwig* eam constanter e foliorum alis *Mnii ligulati* emortui enascentem reperit.

101. PEZ. RADIATA: parva stipitata ex albido pallescens, margine dentibus setaceis erectis. — *Swartz. Fl. dan. t. 1012. f. 1.* — *Bull. t. 411. f. 4. Obs. myc. 2. p. 86.*  
Pez. coronata.

*Peziza armata. Roth Catal. 1. p. 140.*

Aestate in syluaticis ad deiectos stipites, aut caules plantarum.

102. PEZ. CYATHOIDEA: gregaria parua albida aut pallida, cupula cyathiformi inermi subtenui, stipite longo deorsum subcrassiore. — *Bull. champ. p. 250. t. 416. f. 3.*

*Peziza Solani. Obs. myc. 2. p. 80.*

$\beta$ ? *P. tenella. Batsch fung. p. 150. f. 151.*

*Octospora albidula. Hedw. l. c. p. 30. t. 9. f. B. huius loci.*

Hab. in caulibus exsiccatis herbarum maiorum. *Stipes* 2 — 3 lin. longus, subfiliformis.

103. PEZ. LUTESCENS: parua subgregaria lutescens, cupula orbiculari, stipite tenui cylindrico. †

Octosp.

Octosp. lutescens. *Hedw. l. c. f. C.*

Crescit in lignis abiegnis putrescentibus. H.

OBS. A *Pez. citrina* stipite tenui subcylindrico distinguenda. Antecedenti omnino affinis.

104. PEZ. SALICINA: sparsa ochracea, cupula flexuosa, stipite longiusculo tenui subcylindrico. *Disp. meth. fung. p. 34.*

Ad ramulos exsiccatos salicinos. Cupula subtenuis.

105. PEZ. AERUGINOSA: stipitata glabra aeruginosa: disco albido aut concolore. *Obs. myc. 1. p. 27. Fl. dan. t. 1200. f. 1.*

In truncis et lignis quercinis colore aeruginoso tinctis. Cupula concaua, flexuosa.

106. PEZ. CITRINA: conferta tota citrina, stipite crasso breui obconica. *Disp. l. c. p. 54.*

Octospora citrina. *Hedw. l. c. p. 28. t. 8. f. B.*

Copiose ad truncos et ramos exsiccatos praesertim *Fagi*. Maiuscula, exsiccata rufescit, cupula crassiuscula, ultra lineam lata: maioribus minoribus intermixtis.

107. PEZ. PALLESCENS: conferta glabra albida demum pallescens, cupula subinfundibuliformi, stipite crassiusculo. *Obs. myc.* 2. p. 85.

Pez. lenticularis. *Hoffm. Fl. crypt.* t. 13.

In truncis *fagineis* passim. Sequentem minor. Cupula crassiuscula, primo obconica.

108. PEZ. FAGINEA: minuta, cupula planiuscula albida, stipite breuissimo crasso. *Disp. meth. fung.* p. 34.

Super inuolucra nucum *Fag. syluat.* subputrida, in vmbrosis ad terram deiecta.

109. PEZ. HERBARVM: gregaria subsessilis albido-pallescens, demum convexa, stipite breuissimo. *Disp. l. c.* p. 72.

In caulibus exsiccatis herbarum maiorum. Dein subrufescit.

\*\* *Cupulis sessilibus.*

110. PEZ. LENTICVLARIS: conuexa adpressa subconuexa laete flaua, stipite vix villo papillaeformi nigrescente. *Obs. myc.* 2. p. 86. *Bull. herb.* t. 300. *fig. a. c.*

Peziza flaua. *Willd. prodr.* p. 404.

Peziza aurea. *Sowerb. fung.* t. 150?

Hab. autumnum serotino in fagetis ad truncos.

OBS. *Cupula* iuniorum quidem sub-excauata, adultorum vero conuexo-plana, quo nec non stipite vix villo a *Pez. citrina* differt.

111. PEZ. ZANTHOMELA: gregaria sessilis, subtus margineque nigrescens: disco subconuexo lutescente.

In pinetis (*Hercynicis*) ad terram crescit. *Cupula* carnosae, disco flaua aut flauo-virens; margine subserrata; etiam subliuida,  $1\frac{1}{2}$  — 2 lin. lata.

OBS. Non confundenda cum *Xylo-mate quercino*.

112. PEZ. LEVCOLOMA: exigua depressa (applanata) tota miniata, margine niveo lacinulato. *Hedw. p. 13. t. 4. f. A.* sub Octospora.

β? *Pez. cartilaginea. Bolt. funguss. p. 101. t. 101.* sub *Heluella*.

Supra muros argillaceos, cespitulis muscosis immersa, vere. Vix lin. lata, mollis. β triplo maior depicta est.

113. PEZ. HAEMASTIGMA: minuta sessilis conuexa dilute sanguinea. *Hedw. musc frond. 2. p. 17. t. 5. f. B.* sub Octospora.

*Lipsiae* in sabulosis inuenta. *Seminula margaritiformia. Hedw.*

114. PEZ. CONVEXULA: terrestris glabra sessilis subconuexa ochraceo-carnea. *Obs. myc.* 2. p. 85.

In faginetis ad terram nudam. Vix lin.  $\frac{3}{4}$  — 1 lata est, fragilis.

115. PEZ. DISCOLOR: e basi exigua arcta in patellam planam adpressam, disco siccitate ochreo, madido dilutiore versusque marginem grisescente expansa. *Hedw.* p. 65. t. 22. f. c.

In arborum cortice prope Hannoueram a beat. *Ehrhart* primo detecta. Sparsa, minuta.

116. PEZ. OLIVACEA: interne nigra, externe rugulosa oliuacea orbicularis planata: margine angusto conuexo. *Batsch El. fung.* p. 127. t. 12. f. 51.

Ad truncos circa *Jenam*. Lin. 2 — 3 lata sessilis, depressa.

117. PEZ. LVRIDA: (minuta) sessilis canescente-alba reflexa: margine ochraceo-fuscescente sublurido. *Batsch l. c.* p. 201. t. 26. f. 140. *Pez. pineti*.

In pinetis; acubus *Abietis* demortuis adhaeret. *B.*

118. PEZ. RVFA: sessilis glabra rufa, cupula crassiuscula subconuexa. *Obs. myc.* 2. p. 79.

$\beta$ . *epigaea*, maior substipitata, cupula subconcaua subflexuosa. *loc. cit.*

In pinetis strobilis deciduis *Pini sylvestris* adnata.  $\beta$ . ad terram in pinetis rarius inuenitur.

$\gamma$ . *Pez. cupressina*. — *Mich. N. G. pl. p. 207. t. 86. f. 20.*

In foliis *Sabinae cupressi* semiputridis. A cel. *Roth* missa.

119. PEZ. GRANULOSA: exigua gregaria aurantio-rubra planiuscula, subtus granuloso-rugosa. — *Bull. champ. p. 258. t. 438. f. 3.*

*Pez. scabra Flor. dan. t. 655. f. 2.*

Autumno super *Stercus vaccinum* frequens. Lin. 1 lata, planiuscula.

120. PEZ. CONFLVENS: aurantia, cupulis confluentibus subimbricatis planiusculis tomento albido insidentibus. *Obs. myc. 2. p. 31. t. 5. f. 6 et 7.*

Prov. ad terram locis adustis.

121. PEZ. OCELLATA: (ramealis) sparsa erumpens orbicularis depressa rufescens, subtus pallidior, margine prominente subinuoluto.

In ramis exsiccatis *Populi Tremulae* quibus tota fere immersa: margine parum prominente.

122. PEZ. OEDERI: minuta supra subcaerulescens, subtus albida, margine crenato. †

Eluela pusilla. *Oeder Fl. dan. t. 779. f. 3.*

In *Dania* ad truncos putrescentes. Sessilis, minutissima (viti plures *Pezizae*), cupulaeformis.

123. PEZ. VIRIDANS: submagna campanulata fusciscenti-fuliginea: margine virescente: radiculis fibrillosis gelatinosis. †

Octospora viridans. *Hedw. l. c. p. 20. t. 6. f. B.*

In muro argillaceo muscis innascentem reperit b. *Hedwigius*. Quoad iconem 3 — 4 lin. lata et 2 lin. alta, concava, et glaberrima est. *Collemati* affinis?

124. PEZ. DILVTA,  $\alpha$ . *rosella*: glabra sparsa incarnato-rosea, cupulis tenacellis minutis concavis.

In *Hercynia* ad terram muscosam. *Flörke*.

$\beta$ . *P. cinnamomea*: truncigena, colore cinnamomea.

Pulchella species, primo intuitu *Licheni cupulaeformi Ehrh.* exacte similis; sed substantia carnosae et crusta nulla diuersa



diuersa est.  $\beta$ . mecum communicata a Dom. *Ludwig* in truncis crescit, forma congruit et magnitudine.

125. PEZ. DENTATA: sparsa sessilis minutissima albido-pallens externe subgranulosa (farinacea), margine dentata.  *Ic. et descr. fung. p. 5. t. 1. f. 6. 7.*

Rarius in ligno putrescente, materie virescente vt plurimum obducto, crescit.

126. PEZ. VMBONATA: gregaria glabra sessilis albido-caesia, disco subgelatinoso vt plurimum vmbonato.  *Ic. et descr. fung. 2. p. 35. t. 9. f. 4.*

Prov. rarius ad ramos in vmbrosis vdis. Ab initio subteres aut doliiformis, in disco videtur substantia mollior, et nonnunquam ibi prominet subumboniiformis, tamen quoque concaua est. — A *Pez. Amenti* Batsch certe diuersa.

127. PEZ. EPIPHYLLA: sparsa sessilis glabra conuexo-plana, primo ochraceo-pallida demum colore obscuriore.  *Disp. l. c.*

Hab. in foliis deciduis *Fagi* etc. Tota glabra, vix stipitata. Variat colore plus minusue obscuriore.

128. PEZ. ATRATA: sessilis subglobosa nigrescente-suboliuacea: ore conueniente albicante.

Vere

Vere ad truncos putridos inuenitur.  
Parua, concaua, glabra, subglauescens.

129. PEZ. COMPRESSA: minutissima  
tenuis nigra: exsiccata subcompressa  
conchiformis. — *Disp. meth. fung. p. 34.*

Frequens in assulis s. ramentis ligni.  
Subpunctiformis, humida subrufescens  
et mollis.

E. Plus minusue coriaceae, siccae, gla-  
brae aut puluerulentae, utpluri-  
mum sessiles.

130. PEZ. LEVCOMELA: (erumpens)  
sessilis, cupulis concauis extus nigris in-  
tus albidis.

Rarius in ramis coryleis. *Cupula* sub-  
rugulosa, margine inflexa, subcoriacea.

131. PEZ. PATELLARIA: gregaria nigra  
applanata subcoriacea distincte marginata.

Lichen *atratus*, trunco mere scutel-  
laeformi atro, disco concolore. *Hedw.*  
*musc. frond. 2. p. 61. t. 21. f. A.*

Hab. satis frequens in ramis exsiccatis  
*Tiliae*, passim in trunco quercino.

Primo intuitu Lichenem simplicem  
s. *Patellariam Hoffm.* refert. Subtenuis,  
tota glabra est. — “Semina continet ob-  
longa, accedente madore *elasticae* de suis  
claustris

claustris (more *Pezizarum*) emergunt." *Hedw.*

132. PEZ. HYSTERIVM: sparsa nigra mollis subrotunda oblongaque rugosa: primo clausa, demum ore ut plurimum oblongo hiante. *Obs. myc. 2. p. 82.*

In caudice quercuum annosarum Lichenibus crustosis saepe innascens. Plantula dubii generis, intus caua, substantia mollis. Matura et aqua irrigata dehiscit ore oblongo aut triquetro, serrulato et pallescente.

133. PEZ. ABIETIS: cespitosa rugosa opaca sordide nigra rotunda aut subcompressa: oris inflexis.

Ad ramos abietinos. *Ludwig.*

Maiuscula, puluerulenta quasi, ex olivaceo nigricat. — Differentia e specimenibus siccis petita est.

134. PEZ. PYRI: cespitosa sphaeriaeformis cinerea puluerulenta.

In cortice exsiccato *Pyri Mali*. *Ludwig.*

Parua, colore nitide cinerea.

135. PEZ. POPVLNEA: cespitosa submagna, cupulis (exsiccatis) rugosis griseis. *Disp. meth. fung. p. 35.*

Peziza

*Peziza sphaerioides*. Roth. in *Annal. bot.* 1. p. 11. t. 1. f. 6. *Catalecta*. 1. p. 239?

Hyeme et vere, frequens in ramis exsiccatis *Populi Tremulae*, vltra 2 lin. lata. An potius ad familiam tremellosam amandanda?

136. PEZ. FURFURACEA: (submagna sessilis subsolitaria polymorpha) subrotunda coriacea: margine depresso pulvinato pruinato fusco-griseo, intus nigra vel fusca. Roth. *Catal.* 2. p. 257. t. 9. f. 3.

In caudicibus emortuis *Coryli Auelanae*, gregarie, plerumque vero solitarie. Lin. 3—4 ad  $\frac{1}{2}$  vnc. lata, subrotunda, polymorpha. Roth.

137. PEZ. FARINACEA: parua subcoriacea, sessilis, cupulis subrugosis nigrescentibus puluerulentis.

In ramis exsiccatis *pineis* rarius. Subdifformis, sicca,  $\frac{1}{2}$  lin. lata.

138. PEZ. RIBESIA: substipitata fasciculata nigrescens, cupula turbinata coniuente. *Disp. l. c.* p. 35.

In ramis exsiccatis *Ribis rubri*. Primo omnino clausa *Sphaeriae* similis.

139. PEZ. PINASTRI: sparsa substipitata atro-nitida: margine acuto. *Obs. myc.* 2. p. 33.

Ad

Ad cortices ramorum *Pini abietis*.

*Cupula* tenuior, quam in priore, hinc subflexuosa, colore atro-nitido.

140. PEZ. PRUNASTRI: fasciculata sub-stipitata dura vtrinque nigra opaca. *Disp. loc. cit.*

In ramis *Pruni domesticae*. Lin. 1 lata.

141. PEZ. CERASI: erumpens sparsa coriacea nigra subtus pallescente. *Disp. p. 35.*

In ramis exsiccatis *Pruni cerasi*. Magnitudine variat.

142. PEZ. ALNEA: gregaria dura sordide nigrescens, stipite crasso subcylindrico, cupula subflexuosa: margine obsoleto.

In ramis *alneis* passim crescit.

143. PEZ. TRUNCATVLA: nigra dura plano-truncata vix marginata.

Ad corticem fagorum. D. Ludwig.

Solitaria aut fasciculata, obconica, subsessilis, vix marginata distinguitur.

144. PEZ. CARPINEA: cespitosa pallescens, cupulis in subiculo aggregatis subdifformibus planiusculis. — *Ehrh. pl. cr. exsicc. nr. 130.* — *Tode fung. 1. t. 4. f. 32.*

In cortice exsiccato *Carpini*.

F. STICTIS: *recept.*: coriaceo-membranaceum, siccum, cupulaeforme aut oblitteratum, ligno immersum: limbo prominente.

145. P. STICT. CHRYSOPHAEA: immersa, disco concavo rubro: limbo crassiusculo aureo.

Elegantem hanc speciem rarius inveni in ramo exsiccato pineo ad dimidium immersam.

146. P. STICT. RADIATA: immersa, ore prominente niueo, subfarinaceo integro aut radiatim fisso. *Obs. myc.* 2. p. 73.

*Lycoperdon radiatum.* *Linn. Syst. pl. ed. Reich.* 4. p. 624.

Lichen excavatus. *Hoffm. Enum. Lich.* t. 7. f. 4.

*Sphaerobolus rosaceus.* *Tode Fung. mecklenb.* 1. p. 44. t. 7. f. 58.

*Peziza marginata.* *Sowerb. t.* 16.

Ad ligna et ramos exsiccatos.

147. P.? STICT. PUNCTIFORMIS: punctiformis latens pallida, ligno ore elliptico dehiscente.

*Stictis pallida.* *Obs. myc.* 2. p. 74. t. 6. fig. 7.

Ad truncos *Fagi* aut *Taxi*.

Ad simplicissimos fungos pertinet, cum solummodo disco fructificante sub ligni cortice nidulante constet, foramina in ligno sistens.

G. SOLENIA: *receptac.* submembrana-  
ceum, elongatum, vtriculiforme,  
ad basin cauum.

148. P. SOLEN. INCANA: elongato-teres  
subobconica canescente - subtomentosa.

Ad cortices exsiccatos. Dom. Ludwig.

Ex rufescente subalbicat: ore con-  
niuente.

149. P. SOLEN. OCHRACEA: conferta  
tomentosa ochracea. — *Hoffm. Fl. germ.*  
2. t. 8. †

Ad truncos passim.

OBS. Vereor, ne sit varietas *Pez. ano-*  
*male* (ad hoc subgenus melius forte aman-  
dandae) cum postea non amplius mihi  
obuiam fuerit.

150. P. SOLEN. ? VRCEOLATA: sessilis  
vrceolata cinerea, extus pilosiuscula.  
*Vahl in Fl. dan. t. 1017. f. 3.*

In assulis putrescentibus.

Ventricoso-cylindrica, iunior subro-  
tunda, colore albida vix lin. magna.  
(*Q. ic.*)

151. P. SOLEN. CANDIDA: tenuissima tubuliformis glabra candida. — *Disp. meth. fung.* p. 36. *Hoffm. l. c. t. 8. f. 1.*

Vere hunc fungillum *tubulum* tenuissimum membranaceum sistentem in ligno putrido rarissime inueni.

57. ASCOBOLVS. *Recept.* subcupulaeforme, hemisphaericum, carnosum. *Thecae* manifestae, prominentes, dissiliunt, humore *Sporulisque*, plerumque 3, refertae.

1. ASCOB. FURFVRACEVS: gregarius subconcauus fuscus aut virescens, externe furfuracens. *Obs. myc.* 1. p. 33. t. 4. f. 3, 4-6.

Pez. stercoraria. *Bull. champ.* p. 256. t. 376. *Sowerb. fung.* t. 18.

Hab. autumnno serotino copiose in pratis super stercus vaccinum. Maiusculus, subtremellosus fere, colore variat.

2. ASCOBOL. CARNEA: glaber, colore carneo. †

Rarius eodem in loco in sylvaticis prouenit. Colore toto dilute incarnato distinguitur, et quantum meminisse possim, glabra fuit, applanata, et vix marginata species.



3. ASCOB. GLABER: minutus congestus glaber nitens subconuexus spadiceus. *Obs. myc.* 1. p. 34. t. 4. f. 3. b. et f. 7. a. b. c.

In fimo vaccino autumno satis frequens.

obs. Quoad diuersum maturitatis stadium forma aut tereti, subconica, depressa conuexa etc. variat.

4. ASCOB. IMMERSVS: sparsus immersus irregularis subconicus externe subfurfuraceus. *Obs. myc.* 1. p. 35. t. 4. f. 7. d. e.

Fimo tota fere immersa obseruatur, thecis solummodo prominentibus. Sporulae, iis inclusae, (sub lente) angulatae videntur, et humori manifesto innantes, pro more generis, nigrae.

58. HELOTIVM. (Stipitatum). *Recept.* capituliforme, conuexo-hemisphaericum, vtrinque laeue.

1. HELOT. ACICVLARE: minutum gregarium candidum persistens, capitulo primum subexcauato.

*Leotia acicularis.* *Obs. myc.* 2. p. 20 - 21. t. 5. f. 1.

*Heluella agariciformis.* *Sowerb.* t. 57.

In truncis quercinis putrescentibus.

V. v 3

*Stip.*

*Stip. passim ramosus* observatur. Nonnunquam cinerascit. *Capitul.* ex thecis, sporulis 8 refertis, constat; cfr. *ic. nostram cit. t. 6. f. 1 et 2.*

2. HELOT. AVREVM: obscure flavum, capitulo orbiculari, stipite subtenui basi tomentoso.

Pulchella haec species ad truncos in *Misnia* inuenta fuit a *C. Ludwig.*

3. HELOT. FIMITARIVM: paruum amoene rubrum, capitulo planiusculo subangulato.

*Leotia fimetaria. Obs. l. c. t. 5. f. 4 et 5.*

Sero autumno super fimum vaccinum exsiccatum crescit, sed rarius. Primo subconicum, dein *Capitul.* forma subuaria gaudet.

4. HELOT. GALEATVM: gregarium subtremellosum carneo-fuligineum fuscatum: capitulo subalbicante.

*Acrospermum galeatum. Comment. de fung. clauaef. p. 91. Fl. dan. t. 1100. f. 5.*

*Clauaria galeata. Holmsk. coryph. p. 25. ic.*

β? *Acrospermum vnguinosum. Tode fung. 1. p. 9. et Schrift. d. Ges. Nat. Fr. in Berl. 4. p. 263. t. 12.*

Autumno

Autumno satis frequens ad ramulos deiectos in vliginosis. *Stip.* passim subdivinuisus.

*Species dubiae, subtus fructificantes.*

5. HELOT. GLABRUM: fugacissimum candidum, pileo stipiteque glabris. *Tode fung.* 1. p. 22. t. 4. p. 35.

In ramulis deiectis arborum, stipitibus Herbarum et in graminibus putrescentibus. Fungulus adeo delicatus, vt ferme halitu oris statim flaccescat. *Tode*, — a prima specie hinc omnino diuersus.

6. HELOT. HIRSVTUM: fugax niueum, pileo stpiteque hirsutis. *Tode l. c.* p. 23. *fig.* 36.

Fungulum hunc fasciculatum in fragmine rami putridi simplici vna solum vice offendit b. *Tode*.

7. HELOT. MENALOPVS: pileo membranaceo glabro albido, stipite deorsum nigrescente.  *Ic. et descr. fung.* p. 36. t. 9. f. 7.

In foliis aridis in fagetis. Minutissimum, 2 lin. magnum.

obs. Vereor, ne tantum varietas sit Agarici *epiphylli* (p. 468), cui lamellae nonnunquam obsoletae sunt.

59. STILBVM. *Fungilli* mucoriformes, stipitati. *Capitulum* subrotundum, *solidum*, primo subaquosum, aut subgelatinosum, maturescens ut plurimum opacum, turbidum.

\* *Capitulo rotundato.*

1. STILBVM HIRSVTVM: persistens, stipite ochraceo hirsuto: pilis erectis strictis. *Disp. meth. fung. p. 39. Hoffm. Deutschl. Flor. cryptog. t. 10. f. 2.*

Crescit pulchella haec species rarius ad truncos putrescentes. Ad maiores pertinet, etiam conservari potest. Stipite fere strigoso facile distinguendam.

2. STILB. TOMENTOSVM: (*parasiticum*) stipite tomentoso, capitulo subrotundo. *Schrad. Journ. f. d. Botan. v. 2. p. 65. t. 3. f. 1.*

Provenit super *Trichiam* praesertim *vulgarem* humore corruptam.

obs. Forte tomentum (*Byssus* quaedam parasitica?) s. pili postea subexsiccationem in stipite orti sunt, hinc nomen parasiticum melius congrueret.

3. STILB. RIGIDVM: gregarium, stipite rigido persistente nigro crassiusculo, capitulo subrotundo primo aquoso lacteo, demum

demum compacto griseo deciduo. *Pers.*  
*in Vsteri Annal. der Botan. St. 2. p. 31.*  
*t. 2. f. 2.*

Tempore vernali satis copiose ad  
 truncos putrescentes prouenit. 3 lin.  
 longum. Aetate, ob capitulum deciduum,  
 vt *Byssus* quaedam persistit.

4. STILB. PILIFORME: confertum sub-  
 fasciculare minutissimum, stipite subu-  
 lato nigro, capitulo subrotundo aquoso.  
*Annal. bot. l. c.*

Stilbum minimum,  $\alpha$ . nigripes. *Tode*  
*Fung. mecklenb. 1. p. 11. t. 2. f. 19?*

Vere quoque frequens iisdem in lo-  
 cis reperitur, sed antecedente dimidio  
 minus, oculo inermi vix visibile. *Capitulum*  
*fugacissimum. Stipites* persistunt.

5. STILB. GELATINOSVM: gregarium  
 albidum; stipite crassiusculo subtereti,  
 capitulo globoso.

In ipso disco trunci caesi *Fagi syl-*  
*vat.* autumnno post pluuias; lin. 1 lon-  
 gum et substantia mollissimum est. An  
 a nr. 7. satis diuersum?

6. STILB. CITRINVM: subfasciculare  
 molle glabrum pallescente - citrinum.  
*Disp. fung. p. 39.*

Crescit rarissime vere ad caudices putrescentes. *Stipites* subattenuati, basi videntur coaliti,  $\frac{1}{2}$  lin. longi, nitidi.

7. STILB. VVLGARE: capitulo sphaerico, stipite cylindrico crassiusculo. *Tode fung. mecklenb. 1. p. 10. t. 2. f. 16. †*

In caudicibus semiputridis autumnno frequentissimum. Album, colorem mox in ochraceum mutat. Nudo oculo aegre agnoscì potest. *Tode.*

8. STILB. BVLBOSVM: capitulo sphaerico, stipite attenuato bulboso. *Tode l. c. t. 2. f. 17.*

Autumno post pluuias densas rarius in culmis, stipulis folisque putridis tectis occurrit. *Stip.* vix visibilis, desinit in bulbum hemisphaericum, demum complanatum: colore in ochraceo (forte a succo ligni?) mutato. *Capitul.* album, puluisculo ochroleuco obducitur. *Tode.*

9. STILB. BICOLOR: capitulo subgloboso albido, stipite longo conico attenuato pellucido oliuaceo-albido. †

Prouenit ad truncos. Minutissimum, vix oculo inermi visibile.

10. STILB. PELLVCIDVM: stipite subulato pellucido, capitulo subrotundo. *Schr. l. c.*

Hab. in truncis putridis. †

11. STILB. BYSSINVM: minutissimum confertum nitidum candidum, capitulo primum rotundo demum obouato.

In corticibus arborum, locis humidis deiectis agmine denso proueniens, oculo inermi tantum vt *Byssus* albida apparet.

\*\* *Capitulo ouato aut subturbinato.*

12. STILB. MICROPVS: gregarium late effusum album, capitulo subturbinato, stipite breui subcrasso pellucido. *Disp. fung. p. 59.*

Autumno ad ligna deiecta quoque sed rarius occurrit. Exsiccatum byssoideum. *Capitul.* subtus parum elongatum.

13. STILB. TURBINATVM: capitulo turbinato, stipite cylindrico ad capitulum contracto. *Tode l. c. p. 12. t. 2. f. 20.*

In libro putrescente caudicis faginei, martio inuentum, lin. 1 longum. *Capitulum* pyri inuersi apice compressi forma, ochraceum est; dein polline albo conspersum. *Stipes* gelatinosus, dilute ochraceus. *Tode.*

14. STILB. RUBICVNDVM: capitulo ouato compresso, stipite attenuato (rubicundo). *Tode l. c. p. 11. t. 2. f. 18.*

Aestate

Aestate non raro obuenit in caudibus *fagorum* recens caesis, e quorum succo extrahente inspissato ita emergit, vt *stipes* perichaetio cinctus videatur. *Tode*.

15. STILB. LVTEVM: minimum, capitulo ouali aureo, stipite luteo pelucido. †

St. minimum,  $\beta$ . flauipes. *Tode l. c. pag. 12.*

Julio mense in trunco *fagi* putrido conspicatus fuit beatus *Tode*.

16. STILB. PVBIDVM: capitulo ouato, stipite inferne incrassato pubido (pubescente). *Tode l. c. p. 12. t. 3. f. 21.*

In foliis *Pini sylvestris* putridis post pluuias, augusto. *Capitulum* e guttula limpidissima condensatur et a polline integram eius superficiem occupante candidum fit. *Tode*.

60. AEGERITA. Funguli (acaules) granuliformes, farcti, subfarinacei.

1. AEGERITA CANDIDA: conferta laevis candida. *Disp. fung. p. 40.*

Sclerotium *Aegerita*. *Hoffm. cryptog. t. 9. f. 1.*

Autumno



Autumno in *Alnetis* non infrequens ad ligna, locis humidis et adustis.

2. AEG. PALLIDA: sparsa subtuberculosa pallida. *Disp. l. c. p. 40.*

Ad cortices ramorum deiectorum *Quercuum*. Superficie inaequali differt.

3. AEG. ? CAESIA: sparsa pruinata caesio-albida.

Hyeme ad truncos occurrit. Punctiformis, substantia molliuscula, exsiccata hinc euanescit.

## ORDO SEXTVS.

† FVNGI BYSSOIDEI, forma distincta instructi.

61. ASCOPHORA. Filiformis, *capitulo* subinflato *inani* determinata.

1. ASCOPHORA PERENNIS: alba persistens.

*Ascophora ovalis* *Tode fung. meckl. 1. p. 15. et in d. Schrift. d. Gesellsch. Naturf. Fr. in Berl. v. 3. p. 247. t. 4. f. 4-6. sub Ascidio.*

Autumno ad apices ramorum aut in caudice arborum, *Salicis* etc. inuenitur.

Per

Per longum tempus incorruptum et haud diminutum asservari potest.

Capitulum b. *Tode* descripsit, guttulae aquae ab initio simile, sed in formam ovalem mox abiens; et priusquam a *semine* (?) niueo conspergatur, argenti adinstar nitet. — *Stilbis* hinc affinis videtur.

62. PERICONIA. *Stipes* rigidus (simplex), *capitulo* farinaceo sicco terminatus.

1. PERIC. LICHENOIDES: *capitulo* globoso vesiculari, *stipite* capillari recto rigidiusculo. *Tode Fung.* 2. p. 2-3. t. 8. f. 61. †

Prov. aestate in caulibus plantarum e macula atra crustaeformi. *Vesicula* et *stipes* sensim pulvisculo fusco obteguntur, qui fructescentia peracta deiicitur, quo facto fungus argenti instar nitet. *Capit.* demum ovatum et rugosum fit. *Tode.*

2. PERIC. BYSSOIDES: *stipite* rigido nigrescente, *capitulo* farcto spadiceo deciduo.

Ad caules plantarum passim.

*Bysso* simplici primo similis, praesertim cum *capitulum* delapsum sit.

Lin.

Lin.  $1\frac{1}{2}$  longum. Capit. e farina compacta quasi constat.

5. PERIC. STEMONITIS: gregaria elongato-conica cinerea, stipite setaceo rigido furfure deciduo cincto. — *Comment. de fung. clav. p. 111. sub Isaria.*

Vere in ramulis et caulibus plantarum, agmine denso nonnunquam. Lin. 1 — 2 longa.

63. ISARIA. Subbyssoides, simplex ramosaque, pulvere farinaceo (subfilato) oblecta. (*Substantia molliuscula. Color albus.*)

1. ISARIA CRASSA: simplicissima crassa subconica, stipite distincto glabro. *Comment. p. 99. et Holmsk. coryph. ed. Pers. p. 231.*

Rarissime ad vias, *Chrysalidi*, terra tectae, insidens, ut plurimum solitarie. 3 lin. longa, 2 crassa.

2. ISAR. TRUNCATA: ramosissima: ramis truncatis crenulatis. *Comment. l. c.*

Ramaria farinosa. *Holmsk. coryph. ic. Dicks. pl. crypt. 2. p. 25.*

Prouenit quoque super larvas insectorum, cum inter folia decidua, et radices

dices musci, tum in summitate crustae terreae leuiter insita. *Holmsk.*

3. ISAR. MUCIDA: cespitosa effusa, ramulis subdepressis furcatis pruinatis mollibus. *Comment. p. 100.*

Clauaria Puccinia. *Batsch fung. p. 49.*

Byssus fruticulosa. *Fl. dan. t. 741.*

Puccinia byssoides. *Gmel. Syst. Nat. Linn. 2. p. 1462.*

Prouenit aestate et autumno ad ligna putrescentia, praesertim pinea. Primo intuitu, praesertim exsiccato, *Byssu* similis. Vt plurimum in ramulos obtusos diuisa, quibus *sporulae*, per fila adhaerentes, elasticè dissiliunt.

4. ISAR. AGARICINA: conferta subramosa rigida: ramulis rectangulis. *Comment. p. 111.*

Clauaria brachiata. *Batsch l. c. f. 163.*

Hab. autumno in syluis in *Agaricis* exsiccatis, quos saepe totos fere inuoluit. Persistens est, substantia rigida.

5. ISAR. EPIPHYLLA: cespitosa, clauulis elongatis simplicibus basi in cespitulum connatis. *Comment. p. 100.*

Hab. rarius super *folia* praesertim *populina*. Lin. 3 fere longa, farina tenui obiecta, subincurua.

6. ISAR. VMBRINA: gregaria fasciculata vmbrina subramosa, ramis strictis aridis subtomentosis, in *Annal. bot. Fasc.* 15. p. 12.

Obs. Materie farinacea quidem non obiecta, sed habitu cum ceteris conuenit speciebus. Ad ramos crescit.

7. ISAR. CARNEA: effusa subeuanescentes primo albida dein carnea, stipite flaccido albido. *Comment. p. 101. Obs. myc. 1. t. 2. f. 6-7.*

Autumno ad terram super muscos et folia sicca non raro effusa obseruatur, cito in puluerem dilabitur et colorem ex albido fere in rufum commutat.

8. ISAR. CITRINA: minuta, trunculo erecto citrino ramosissimo: ramis tenuissimis pilosis albicantibus. *Ic. et descr. fung. p. 9. t. 3. f. 1.*

Rarius ad truncos putrescentes obuenit, minutissima, plumulam aemulans, in ramos copiosos tenuissimos diuisa, materie vero farinacea haud obiecta, hinc potius Dematii species.

9. ISAR. ? SACCHARINA: candida effusa, filis parcis intertexta, puluere denso dispergibili obiecta.

Hyeme super *Bol. adustum* aut *unicolorem. Bull.* instar *Sacchari* superstrati

occurrit, in acervulos pulveraceos, nunc sparsos nunc conglobatos conglomerata; concussa pulveris pars fumi adinstar auolat. — An huius aut sequentis generis?

64. BOTRYTIS. Erecta, fruticulosa, dichotoma. *Sporulae* in *racemum* conglomeratae. \*)

1. BOTR. CINEREA: congesta late effusa ramosa cinerea. *Disp. fung. p. 46. t. 3. f. 9.*

Hab. in *Cucurbitis* putrescentibus, et ad caules *Brassicae oleraceae*. Sub lente illustrata formam distinctam sistit, ceteroquin *Byssu* similis.

2. BOTR. RAMOSA: cinerea ramosa, spiculis radiatis. — *Michel. N. G. pl. p. 212. t. 91. f. 2.*

In corporibus corruptis nascitur.

β. *B. alba*: subramosa alba. *Michel. l. c. f. 3.*

3. BOTR. SIMPLEX: grisea, caule simplici: spiculis radiatis. *Disp. p. 40. Mich. l. c. t. 91. f. 1.*

Ad semiputrida ligna et tritici culmos, tempore brumali non raro inuenitur. *Micheli.*

4.

\*) *Botrytis* dicitur a voce graeca *βότρυς racemus*, id est racemosa, nam in hac planta semina racematim nascuntur. *Micheli.*

4. BOTR. SPICATA: ramosa grisea: spiculis geminis ouatis. *Disp. p. 40. Mich. l. c. t. 91. f. 1.*

Septembri mense variis in locis ad umbram praesertim per ambulacra fornicibus tecta. *Micheli.*

65. MONILIA. Stipitata, aut effusa byssoidea. *Fila moniliformia s. articulata.*

\* *Stipitata, fila capitulum rotundum constituentia.*

1. MONILIA AVREA: cespitosa aurea. *Disp. fung. p. 40. Gmel. Syst. nat. Linn. 2. p. 1487. Mich. N. Gen. pl. p. 222.*

In ligno putrescente eam rarius inueni.

2. MONIL. SVLPHVREA: cespitosa sulphurea.

Rarius eosdem in locis et in mucidis.

3. MONIL. ROSEA: cespitosa rosea. *Disp. meth. l. c. Batsch El. fung. t. 12. f. 58.*

In putridis rarius.

4. MONIL. GLAVCA: cespitosa cinereo-glauca. — *Mich. l. c. t. 91. f. 1.*

*Mucor glaucus*: stipitatus, capitulo subrotundo aggregato. *Linn. Syst. veg. 15. p. 1020. Fl. dan. t. 777. f. 2.*

Hab. in fructibus putridis frequens, cespitulos efformans.

5. MONIL. PVLLA: nigrescens.

Aspergillus capitatus, capitulo pullo, seminibus rotundis. *Mich. p. 212.*

Hab. in putridis.

6. MONIL. CANDIDA: sparsa candida subpersistens. *Disp. fung. p. 40. Mich. l. c. t. 91. f. 2.*

Variis in corporibus putrescentibus occurrit. Antecedentibus paullo minor, sed substantia firmior est, hinc asseruari potest.

7. MONIL. PENICILLVS: persistens gregaria citrina, stipite tomentoso: filis in capitulum congestis laeuissimis s. non moniliformibus. *Obs. myc. 2. p. 34. t. 4. f. 8.*

Rarissime in muscerdis mihi obuiam venit. A ceteris differt speciebus, quod *fila* non articulata, sed laeuia sint.

\*\* ASPERGILLVS: caulescens, *fila* moniliformia recta digitata.

8. MONIL. RACEMOSA: albicans, stipite racemoso. *Disp. fung. p. 41.* sub Aspergillo (vbi loco nigrescens, albicans, et loco f. 6. fig. 4, legi debet).

Aspergillus terrestris cespitosus ac ramosus albus. *Mich. l. c. p. 213. t. 91. f. 4.*

Iunio



Iunio mense in viridariis occurrit. *Micheli*. Quod iconem pulchella species; caulis mox a basi ramulos digitatos emittit.

9. MONIL. DIGITATA: glaucus, stipite simplice digitato. *Disp. l. c.* sub *Aspergillo*. *Mich. l. c. f. 3.*

*Mucor crustaceus*, stipitatus, spicis digitatis. *Linn. l. c. p. 1020.*

*Mucor cespitosus*. *Bolt. fung. t. 132. f. 2.*

*Mucor penicillatus*. *Bull. champ. p. 107. t. 504. f. 11.*

Hab. in variis corporibus putrescentibus, omni tempore.

\*\*\* TORULA: *effusa, acaulis, filis articulatis indeterminate effusis mucidis.*

10. MONIL. FRUCTIGENA: cespitulo subrotundo cinereo - albido: filorum articulis ovatis *Obs. myc. 1. p. 26.* sub *Torula*.

Hab. in fructibus putridis praesertim *Pyri communis* exsiccatis aut *prunis* immatris, etc. Prima albicans, demum cespitulus induratur et fere nigrescit.

11. MONIL. HERBARVM: late incrustans atra, filorum articulis globosis subcontiguis. *Obs. myc. 1. p. 25.* *Torula monilis*.

In caule exsiccato herbarum maiorum.

12. MONIL. ANTENNATA: effusa nigra, florum articulis ouatis.

Dematium antennaeforme. *Hoffm. Deutschl. Fl. cryptog. t. 13. f. 4.*

*Aspergillus* cespitosus, ex obscuro nigricans, seminibus ouatis. *Mich. l.c. p. 213?*

Hab. autumnno vulgaris ad truncos et in assulis ligneis, nigris hinc ortis. Aetate tenera fere oliuacea et sparsa est.

†† FUNGI BYSSOIDEI, decumbentes, uniformes.

66. DEMATIVUM. *Byssus* forma indeterminata, erecta aut depressa, subfasciculata aut effusa. *Fila* laeuiua, nec contexta.

\* *Rigida, simplex aut fasciculata.*

1. DEMATIVUM ARTICVLATVM: minutum nigrescens fasciculatum: setulis divergentibus subarticulatis. *Disp. meth. fung. p. 41. t. 4. f. 2.*

Hab. in caulibus herbarum, praesertim in scapis exsiccatis *Allii fistulosi* etc. Minuta, sub lente determinanda species.

2. DEMAT. VERTICILLATVM: nigrum, filis s. setulis verticillatis. — *Hoffm. Fl. germ. 2. t. 13.*

In caulibus plantarum.

3. DEM. CILIARE: subsparsum atrum, filis subbulbosis, confertis simplicibus longis

longis filiformibus. *Hypoxylon ciliare*  
*Bull. champ. p. 173. t. 46. f. 1.*

β. *Ceratonema rigidum. Roth. Catal.*  
*2. p. 251. (Colore cinereo fusco differt.)*

Vere ad ramos exsiccatos, vbi colore  
atro et pilorum copia mox dignoscitur.

obs. Sub lente *fila* e tuberculo *sphae-*  
*rulaeformi* quidem prouenire videntur;  
verum substantia sunt molliora, quam  
ostiola *sphaeriarum*, etiam plura, 2 — 3  
saepe, ex vna basi erumpunt, hinc non  
*Sphaeria* s. *Hypoxylon* est.

4. DEMAT. EPIPHYLLVM: erectum  
fasciculatum suboliuaceum demum pul-  
veraceum, filis laeuibus.

In *foliis* aridis, deciduis. Cespitulos  
minutos sparsos sistit.

5. DEMAT. STRIGOSVM, α: cespito-  
sum fuluo-griseum, filis subrigidis di-  
vergentibus. *Disp. l.c. p. 75. Mich. N. G.*  
*pl. p. 211. t. 90. f. 1.*

Byssus fulua *Humb. friberg. p. 62.*

In domiciliis, locis aqua saepe ir-  
rigatis.

β. *incanum*: basi compactum cano-  
cinereum.

Ad aquaeductum quemdam inuen-  
tum a Dr. *Werner* et ab eo mihi bene-  
vole missum.

*γ. rupestre*: compactum fuluo-virens.  
Ad rupes in *Misnia* lectum a D. *Ludwig*.

*δ. arboreum*: tenerius subsimplex subfuluum fibrillosum.

Sub cortice *Iuniperi Sabinæ*, et *Sambuci* occurrit.

6. DEMAT. STYPOSVM: subterraneum magnum fuluo-ferrugineum, filis longissimis subparallelis stuposis, molli-busque intertectis.

In fodina lithantracina in monte *Meisner*, lignis adhaeret.

Spithamam longa, pro ratione loci natalis satis firma species. *Fibrae* inter se quidem cohaerent, non vero intertextae sunt.

7. DEM. BOMBYCINVM: fugacissimum candidum lanuginem aut gossypium referens. — *Roth germ.* 3. p. 563. sub *Byss*.

*Mucor fugacissimus*. (*Wetterzotte*.)  
*Schrank Naturhist. Briefe.* 2. p. 321.

*Byssus floccosa*. *Schreb. spic.* p. 144.  
*Dill. hist. musc.* p. 5. t. 1. f. 9.

*Byss. subterranea*. *Scop. carn.* 2. p. 411.  
*Humb. friberg.* p. 64. \*)

Hab. in fodinis subterraneis vbiq̄ue fere lignis, imo lapidibus adhaerens, ad  
tactum

\*) De ceteris *Byssis subterraneis* perlegi merentur  
*Humbold Spec. Fl. friberg.* et *Scopoli Diss. ad  
scientiam histor. natural. pertinentes.* v. 1. p. 91.

tactum ferme in aquam soluitur. An vegetabile quid?

\*\* *Cespitosa, subintertexta, nec pannum s. pellem referentia.*

8. DEMAT. PETRAEVUM: rupestre cespitosum subconfluens puluerulentum, primo aureum demum incanum. *Obs. myc.* 1. pag. 25.

Byss. aurea LINN. *Roth. germ.* 4. p. 564.

Byssus petraea. *Dill. hist. musc.* p. 8. t. 1. f. 16.

Lapis crinitus. *Rar. Mus. besrl.* t. 36.

Crescit ad lapides praesertim calcarios; oculos colore amoene flauo e longinquo alliciens. *Fila* pulueracea ramosa: ramis inaequalibus.

9. DEMAT. OLLARE: terrestre effusum mollissimum breue canescente-subfulvum. — *Mich. G. pl.* p. 211. nr. 11. t. 90. f. 4?

In vaporario super ollas plantarum totam terrae superficiem saepe incrustans, breuem sed compactam lanuginem sistit.

10. DEMAT. VIOLACEVM: cespitulo paruo violaceo-caesio.

Byssus phosphorea LINN. *Roth.* p. 564.

Ad ligna exsiccata putrescentia. *Cespitulus* 2 — 3 lin. latus.

11. DEM. CINNABARINVM: compactum breue opace cinnabarinum late effusum.

X x 5

Raris-

Rarissime hanc speciem inueni super Agaricum quercinum. *Linn.*

12. DEMAT. IMPRESSVM: tenue orbiculare albicans, in fungis maioribus parasiticum.

Autumno in Agarico nudo *Bull.* etc. putrescente occurrit, 3—4 lin. latum.

13. DEMAT. VIRESCENS: cespitosum laxum subfarinaceum primo virens, deinde sordide oliuaceum opacum. *Disp. fung. p. 41.*

Hab. vere satis frequens ad ligna et ramos exsiccatos, in umbrosis sylvaticis. Latitudine variat.

OBS. Medusula labyrinthica *Tode fung. p. 17. t. 3. f. 28.* quoad viua ab auctore communicata specimina huc pertinere videtur. Descriptio erronea forte est, cum ratio habita videtur *Sphaer. rubiginosae*, in cuius societate nec non simul cum (sic dicto) *Hypoxyllo biualui Bull.* nostra species saepe crescit.

14. DEMAT. HIPPOCASTANI: cespitosum late effusum nigricans: superficie sparsim bullata. *Annal. bot. Fasc. 11. p. 32.*

Hab. in caudice *Aesc. Hyppocast.* laeso. Latitudine saepe palmari. Suboliuaceum.

15. DEMAT. HERBARVM: effusum compactum virescente-oliuaceum puluerulentum. *Annal. l. c. Disp. fung. p. 75.*

In caulibus plantarum maiorum, colore laete oliuaceo distinguitur.

Byssus caespitosa. *Roth. Fl. germ. 4. p. 566?*

β. D. *Brassicae*: crassius nigricans, in caule et foliis *Brassicae*.

Byssus nigricans. *Roth. l. c. p. 566.*

γ. D. *fungorum*: tenerius subfasciculatum, in fungis putrescentibus.

Nonnunquam longitudine 2—3 unciali, subelliptica, passim orbicularis in foliis exsiccatis *Brassicae* est.

16. DEMAT. ABIETINVM: subtenue late effusum flauo-cinnamomeum puluerulentum canescens. *Disp. fung. p. 41.*

Crescit in cortice *Pini abietis* adhuc viuæ. Exsiccatum incanum fit.

17. DEMAT. SALICINVM: epiphyllum effusum rubiginosum tenue.

In auersa superficie foliorum *Sal. caprææ*. Transitum sequens ad genus efficere videtur.

67. ERINEVM. Epiphyllum. *Fila rigida*, grumosa, in cespitulum, foliis subcupulaeforme impressum, conglomerata.

1. ERINEVM ACERINVM: depressum latiusculum rufo-fuscum (primo grumosum pallidum). *Disp. meth. fung. p. 43.*

Mucor ferrugineus. *Bull. t. 514. f. 12.*

Hab. in foliis *Aceris* delapsis.

2. ERIN. FAGINEVM: subimmersum compactum subellipticum spadiceum.

*Obs. myc. 2. p. 102.*

In *fol. Fagineis* vere. Molliusculum.

3. ERIN. PYRINVM: oblongum laxum spadiceum. *Disp. fung. p. 43. t. 4. f. 2.*

Rarius in foliis *Pyri Mali* sylvestris.

4. ERIN. TILIACEVM: gregarium subpuluinatum albido-pallidum. *Obs. myc. 1. p. 25.*

Hab. satis frequens in *fol. tiliaceis*.

Obs. Non confundi debet cum villo subconcolore in venarum huius folii axillis occurrente, cum e contrario noster vegetabile ei parasiticum sit, nec non situ indeterminato crescat.

5. ERIN. AVREVM: subimmersum latiusculum sericeum aureum.

Aestate in foliis adhuc viridibus *Populi nigrae* crescit. Hanc speciem quoque misit cel. *Acharius*.

6. ERIN. POPVLINVM: cupulare immersum subgrumosum spadiceum (primo subpurpurascens). *Obs. myc. 1. p. 100.*

In



In foliis *Pop. Tremulae*. Subst. grossa.

7. ERIN. ALNEVM: puluinatam grumosum fuluo-ferrugineum.

Hab. in fol. *Alni Betuli*. Etiam accepti a cel. *Swartz*. Confertum, 2 lin. latum.

68. RACODIVM. Expansum, molle, filis dense intertextis pannum referens.

1. RACODIVM RUPESTRE: compactius nigrum rupibus adnatum. *Disp. fung.* p. 43. *Dill. musc. t. 1. f. 18.* — *Ehrh. Pl. crypt. exsic. Dec. 25. nr. 248.* *Hall. hist. stirp. nr. 2104.* *Gled. meth. fung. p. 21. e.*

Byssus nigra *Huds. Leers herb. nr. 1006.*

Byssus antiquitatis. *Weis Pl. crypt. gotting. p. 15.* *Dillen. musc. p. 9. t. 1. f. 18.*

β. *B. petraea*: velutino-capillacea saxatilis atra, filamentis (filis) brevissimis ramosis erectis, densissime stipatis forma panni holosericei tonsi. v. *Wulf. in Act. Nat. cur. Berol. v. 8. p. 101.*

γ? *B. nigra*, crustacea atra ramulis confusis madreporiformibus intertexta. *Villars Dauph. 3. p. 1004.*

Ad rupes (α) praesertim arenarias crescit, lepra farinacea fere semper intertexta inuenitur.

2. RACOD. CELLARE: late expansum mollissimum nigrum. *Disp. l. c. Mich. N. G. pl. p. 211. t. 89. f. 9.*

Byssus

Byssus mollissima. *Ehrh. Pl. crypt. nr. 217. B. septica. Roth. germ. 4. p. 561. Dill. musc. t. 1. f. 12.*

Hab. in cellis vinariis, dolia extus longe lateque obtegens, pellem murium referens. *Granulis* an fructificationibus? saepius adpersum.

3. RACOD. ALUTA: compactum alutaeforme fuluum aut cinnamomeum nitidum.

Racodium Aluta *Disp. fung. p. 43.*

Intra arborem cauam, latitudine insigni reperta fuit prope *Rudolstadt.*

4. RACOD. XYLOSTROMA: latissimum molle ochroleucum.

Xylostroma giganteum. *Tode fung. mecklenb. 1. p. 56. t. 6. f. 51.*

β. R. Corium: compactum albicans subdurum.

γ. Thelephora crocea, tota glabra crocea. *Schrad. spic. p. 16.*

In centro truncorum adhuc vegetantium, praesertim in quercubus vetustis, quarum iam fracta sunt cacumina, generatur. Substantia fungi alutae admodum similis, lenta, elastica, tactu suavis, extus glabra, intus fibrillis validis dense perplexis albis contexta, quibus adhaereat *semina*, quae fungo disrupto, nubeculae

beculae instar, in altum sublata disparent. *Tode.*

Varietatem  $\beta$ ., quam etiam in truncis quercinis exsiccatis inueni, latitudine vix spithamea et vltra est, lin. 1 — 2 lata, ad tactum duriuscula, intus tantum subtomentosa, et colore albido est, hinc forte diuersa species.

5. RACOD. POPYRACEVM: candidum tenuissimum-papyraceum.

Crescit intra ligna exsiccata praesertim *Salicis albae*. Papyro vix crassior.

6. RACOD. AERUGINOSVM: tenue aeruginosum subeuanescens. *Obs. myc. 2. p. 19.*

Rarius in truncor. caesorum fissuris crescit. Pulchra species, demum opaca subnigricat.

69. HIMANTIA. Repens, villosa, ramoso-fibrosa.

1. HIMANTIA DOMESTICA: maxima subuiolaceo-fuscescens mollis, in membranam subcohaerens.

Noxia haec species passim in domibus intra ligna fabrefacta, quae destruit, nascitur, longitudine nonnunquam vlnari.

2. HIM. SVLPHYREA: sulphureo-pallens byssacea fibrisque ramosis subteretibus intertexta. *Disp. meth. fung. p. 122.*

In

In pinetis ad truncos; *Corticis* affinis.

3. HIM. CANDIDA: (epiphylla) tenera candida: apice subplumoso dilatato.

Byssus candida. *Huds. angl. p. 601. Dill. hist. musc. t. 1. f. 15. A.*

Frequens intra folia decidua.

β. *H. albida*: maior, teres sublibera. *Disp. l. c.* — Ad ramos aridos.

4. HIM. ? LATERITIA: flexuosa subramosa libera spadicea: apicibus incrassatis albidis.

Clavaria filiformis. *Bull. champ. p. 205. t. 448. f. 1.*

In *Gallia* super folia semiputrida. Modo fusca; modo cinereo-fuscescens, vt plurimum lateritia *Bull.* — An potius *Merisma*?

5. HIM. VMBRINA: fibrosa tenera villosa umbrina. *Disp. fung. p. 43.*

Rarius ad ligna exsiccata abietina. Non est *Rhizomorpha subcorticalis*.

6. HIM. FARINACEA: spadicea sicca albo-farinacea: fibris depressis.

Super ligna et ramos. *Ludwig.*

70. RHIZOMORPHA. Repens, rigida, glabra, intus medulla villosa farcta.

1. RHIZOMOR. SUBCORTICALIS: compressa ramosa fusco-nigricans inter corti-

corticem et lignum. — *Mich. N. Gen. pl.*  
t. 66. f. 3.

Lichen aidaelus *Humb. friberg. p. 33.*

Rhizom. fragilis. *Roth. Catal. 1. p. 232.*

Clauaria phosphorea. *Sowerb. t. 100.*

Hab. in sylvaticis frequens ad trun-  
cos exsiccatos, praesertim pineos.

2. RHIZ. SVBTERRANEA: longa ramosa  
teretiuscula sublibera nigra.

β. *R. putealis*: conferta nigra: recens  
apice albicans, axillis subcompressis.

Lichen radiformis, filamentosus teres  
ramosiss. glaber radiformis. *Murr. Syst.*  
*veg. 14. p. 964. Web. Spicil. fl. germ. p. 232.*  
*Humb. l. c. p. 54.*

*Vsnea radiformis. Scop. Diss. t. 8.*

Hab. frequens in fodinis metallicis. β.  
in puteis tectis et suffocatis ad ligna  
humida, apice more *Sph. Hypoxyli* albi-  
cans, sed non puluerulenta.

obs. Tam loco, quam crescendi  
modo a priore specie differt.

3. RHIZ. SETIFORMIS: filiformis sub-  
simplex; foliis pineis adhaerens.

Rhiz. setiformis *Roth. Catal. 1. p. 235.*

Lichen Hippothrihodes. *Web. spic.*  
*Humb. l. c. p. 32. Dillen. p. 67. t. 13. f. 11. b.*

Hab. in pinetis ad terram inter fo-  
lia acerosa muscis, ramulis etc. oblecta.

Tenerrima vix vnc. longa, simplex aut subdiuisa, nigricans.

71. MESENERICA. Repens, *gelatinosa*, venosa: venarum ramificationibus *membranula* iunctis.

1. MESENT. LVTEA: citrino vel aureo colore.

Mesenterica tremelloides,  $\alpha$ . lutea. *Tode fung.* 1. p. 7. t. 2. f. 12.

Mucilago primo nodulo similis e ramis deciduis pullulans, mox in venas serpit, quarum subsequentes ramificationes membranula gelatinosa sulphurea aut viridescente inuicem ita iunguntur, vt mesenterium expansum constituent. *Tode.*

2. MESENT. CAERVLEA: tota caerulea. — *Tode l.c.* p. 8. var.  $\beta$ .

Semel obuia in assula semiputrida, colore tantum glauco-caeruleo discrepans. *Tode.*

3. MESENT. ARGENTEA: latissima alba, margine tumidulo floccoso.

*Corallofungus argenteus*, omentiforma. *Vaill. bot. paris.* p. 41. t. 3. f. 1.

In trabibus vetustis.

Spithamam longa, forma eleganti distincta, venis tumidulis, margi fimbriato.

# INDEX GENERVM.

**A**

Aecidium	pag. 204
Aegerita	684
Agaricus	257
Amanita	246
Arcyria	182
Ascobolus	676
Ascophora	685
Aspergillus	692

**B**

Batarrea	129
Boletus	503
Botrytis	690
Bouista	136

**C**

<i>Cantharellus</i>	488
Clauaria	585
Clathrus	241
Conoplea	234
Coprinus	391
Corticium	563
Cortinaria	276
Craterella	565
Cribraria	189
Cyathus	236

**D**

Daedalea	499
Dematium	694
Diderma	164

**E**

Erineum	699
---------	-----

**F**

Fuligo	139
<i>Fistulina</i>	549

**G**

Geastrum	130
Geoglossum	607
Gymnopus	302

**H**

Himantia	703
Helotium	677
Heluella	614
<i>Hericium</i>	556
Hydnum	554
Hysterium	97

**I**

Isaria	667 687
--------	---------

**L**

<i>Lactifluus</i>	429
Leotia	611
<i>Lepiota</i>	257
Licea	195
Lycogala	157
Lycoperdon	140

**M**















Merisma	582
Merulius	488


Mesen-














INDEX GENERVM.


Mesenterica	706	<i>Serpula</i>	496
Monilia	691	<i>Solenia</i>	675
Morchella	618	<i>Spathularia</i>	610
Mucor	199	<i>Sphaerobolus</i>	115
<i>Mycena</i>	375	<i>Sphaeria</i>	I
		<i>Spumaria</i>	162
<i>N</i>		<i>Stemonitis</i>	186
Naemaspora	108	<i>Stereum</i>	566
		<i>Stictis</i>	674
<i>O</i>		<i>Stilbospora</i>	96
Odontia	560	<i>Sistotrema</i>	550
<i>Omphalia</i>	447	<i>Stilbum</i>	680
Onygena	203		
		<i>T</i>	
<i>P</i>			
Periconia	686	<i>Thelephora</i>	565
Peziza	631	<i>Torula</i>	693
Phallus	242	<i>Thelebolus</i>	116
Physarum	168	<i>Tuber</i>	126
Pilobolus	117	<i>Tubercularia</i>	111
<i>Polyporus</i>	549	<i>Tubulina</i>	197
<i>Pleuropus</i>	472	<i>Tulostoma</i>	139
<i>Poria</i>	542	<i>Tremella</i>	622
<i>Pratella</i>	417	<i>Trichia</i>	176
<i>Puccinica</i>	225	<i>Trichoderma</i>	230
<i>Pyrenium</i>	235		
		<i>V</i>	
<i>R</i>			
Racodium	701	<i>Vredo</i>	214
<i>Ramaria</i>	585	<i>Vermicularia</i>	110
<i>Rhizomorpha</i>	704		
<i>Russula</i>	438	<i>X</i>	
<i>S</i>		<i>Xylaria</i>	I
Scleroderma	150	<i>Xylodon</i>	552
Sclerotium	119	<i>Xyloma</i>	103














































Smithsonian Libraries

*Adopt-a-Book Program*

Adopted by

James G. Mead

